

---


This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books


<https://books.google.com>








1817



PROPERTY OF  
*University of  
Michigan  
Libraries*  
1817  

---

ARTES SCIENTIA VERITAS



UNIVERSITY  
OF MICHIGAN

MAY 23 1930

LIBRARY



CONCILIUM FLORENTINUM  
DOCUMENTA ET SCRIPTORES  
EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS PONTIFICII INSTITUTI ORIENTALIUM STUDIORUM  
SERIES B

ANDREAS DE SANTACROCE  
ADVOCATUS CONSISTORIALIS  
ACTA LATINA CONCILII FLORENTINI

QUAE EDIDIT  
GEORGIUS HOFMANN S. I.

Vol. VI



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM  
PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE, 7  
ROMA  
—  
1955

# CONCILIUM FLORENTINUM

## DOCUMENTA ET SCRIPTORES

---

### Proderunt:

- Vol. I (Series A) - **Epistolae pontificiae ad Concilium Florentinum spectantes.** Ed. GEORGIUS HOFMANN, S. I.  
Pars I. *Epistolae pontificiae de rebus ante Concilium Florentinum gestis (1418-1438)*, pag. xviii, 118. Romae 1940. L. it. 2850; Doll. 4.75.  
Pars II. *Epistolae pontificiae de rebus in Concilio Florentino annis 1438-1439 gestis*, pag. xx, 148. Romae 1944. L. it. 2850; Doll. 4.75  
Pars III. *Epistolae pontificiae de ultimis actis Concilii Florentini annis 1440-1445 et de rebus post Concilium gestis annis 1446-1453*, pag. xvi, 180. Romae 1946. L. it. 3780; Doll. 6.30
- Vol. II, fasc. I (Series B) - IOANNES DE TORQUEMADA O. P., **Apparatus super decretum Florentinum Unionis Graecorum.** Ed. EMMANUEL CANDAL, S. I., pag. LXII, 147. Romae 1942. L. it. 3150; Doll. 5.25.
- Vol. II, fasc. II (Series B) - FANTINUS VALLARESSO, archiepiscopus Cretensis, **Libellus de ordine generalium conciliorum et unione Florentina.** Ed. BERNARDUS SCHULTZE, S. I., pag. LXIV, 121. Romae 1944. L. it. 3150; Doll. 5.25.
- Vol. III, fasc. I (Series A) - **Acta Camerae Apostolicae et civitatum Venetiarum, Ferrariae, Florentiae, Ianuae, de Concilio Florentino.** Ed. GEORGIUS HOFMANN, S. I., pag. xxiii, 125. Romae 1950. L. it. 3150; Doll. 5.25
- Vol. III, fasc. II (Series A) - **Fragmenta protocolli, diaria privata, sermones.** Ed. GEORGIUS HOFMANN, S. I., pag. XLII, 99. Romae 1951. L. it. 3150; Doll. 5.25.
- Vol. III, fasc. III (Series A) - **Orientalium documenta minora.** Edd. GEORGIUS HOFMANN, S. I., THOMAS O'SHAUGHNESSY, S. I. IOANNES SIMON, S. I. pag. xi, 86. Romae 1953. L. it. 2000; Doll. 3.50.
- Vol. IV, fasc. I (Series B) - ANDREAS DE ESCOBAR O. S. B., ep. Megarensis, **Tractatus polemico-theologicus de Graecis errantibus.** Ed. EMMANUEL CANDAL, S. I., pag. CXXVI, 112. Romae 1952. L. it. 3150; Doll. 5.25.
- Vol. IV, fasc. II (Series B) - IOANNES DE TORQUEMADA O. P. **Oratio Synodalis de primatu (sept.-oct. 1439).** Ed. EMMANUEL CANDAL, S. I., pag. LXXXIV, 116. Romae 1954 L. it. 4.700; Doll. 7.70.
- Vol. V, fasc. I (Series B) - **Acta graeca Concilii Florentini cum versione latina: Pars I - Res Ferrariae gestae,** Ed. IOSEPHUS GILL, S. I., pag. xci, 228. Romae 1953. L. it. 5.000; Doll. 8.50.
- Vol. V, fasc. II (Series B) - **Acta graeca Concilii Florentini cum versione latina: Pars II - Res Florentiae gestae.** Ed. IOSEPHUS GILL, S. I., pag. 256. Romae 1953. L. it. 4.000; Doll. 6.50
- Vol. VI, (Series B) - ANDREAS DE SANTACROCE, advocatus consistorialis, **Acta Latina Concilii Florentini,** Ed. GEORGIUS HOFMANN, S. I., pag. LVI, 288, Romae 1955. L. it. 6200 Doll. 10

### Praeparantur

- Vol. IV, fasc. III (Series B) - BESSARIO NICAENUS, **Sermo dogmaticus de Unione.** Ed. EMMANUEL CANDAL, S. I.,
- Vol. IV, fasc. IV (Series B) - IOANNES LEO, O. P., ep. Larinensis, **De visione beata.** Ed. EMMANUEL CANDAL, S. I.
- Vol. VII (Series B) - SILVESTER SYROPOLUS, **Historia graeca Concilii Florentini.** Ed. VITALIANUS LAURENT, A. A.
- Vol. VIII, (ultimum) fasc. I (Series A) - **Documenta slavica,** Ed. IOSEPHUS OLŠR, S. I., Fasc. II (Series A) - **Sermones graeci inediti Isidori Kioviensis.** Ed. GEORGIUS HOFMANN. S. I., cooperante FRIDERICO TAILLIEZ S. I.





CONCILIUM FLORENTINUM  
DOCUMENTA ET SCRIPTORES  
EDITUM CONSILO ET IMPENSIS PONTIFICII INSTITUTI ORIENTALIUM STUDIORUM

SERIES B

ANDREAS DE SANTACROCE  
ADVOCATUS CONSISTORIALIS  
ACTA LATINA CONCILII FLORENTINI

QUAE EDIDIT

GEORGIUS HOFMANN S. I.

Vol. VI



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM

PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE, 7

ROMA

1955

**ANDREAS DE SANTACROCE**  
**ADVOCATUS CONSISTORIALIS**  
**ACTA LATINA CONCILII FLORENTINI**

QUAE EDIDIT  
GEORGIUS HOFMANN S. I.

Vol. VI



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM  
PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE, 7  
ROMA  
—  
1955

1438  
A.  
40  
V. 5

---

OMNIA IURA RESERVANTUR  
*Copyright by Pont. Inst. Orient. Romae*

---

---

Imprimatur: *Ex Vic. Urbis* - 17 Iun. 1955 - † ALOYSIUS TRAGLIA, *Vicesgerens*

---

TYPIS PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE — ROMAЕ 1955

# INTRODUCTIO

---

## I.

### DE TITULO OPERIS

Horatius Iustinianus (Giustiniani), primus editor secundae et tertiae partis operis Andreae de Sancta Cruce (Santacroce), in quibus disputationes de concilio Florentino referuntur, inseruit istud opus sub titulo *Disputationes seu collationes inter Latinos et Graecos in generali concilio Florentino habitae et ab Andrea de S. Cruce patricio Romano et Apostolici Consistorii advocato conscriptae in modum dialogi cum Ludovico Pontano* libro suo *Acta sacri oecumenici Concilii Florentini* (Romae 1638). Hic titulus certe non potest vituperari, quamvis non sit ita ab auctore Andrea de S. Cruce redactus; nam praecise vocabula characteristic *disputationes*, et maxime *collationes* inveniuntur in subdivisionibus operis, vox *dialogus* adhuc etiam in dedicatione et post dedicationem in titulo primae partis, quae continet dialogum Andreae de Sancta Cruce cum Ludovico Pontano, protonotario et adversario concilii Florentini, utpote a papa Eugenio IV contra voluntatem maioris partis synodaliū Basiliensium convocati et celebrati, de primatu papae. Catalogus bibliothecae Nicolai V papae continet librum nostrum sub unico titulo *Dialogus Andree de Sancta Cruce de ecclesiastico primatu*. Ea, quae adiuncta sunt a Giustiniani vocabulo *disputationes seu collationes*, scilicet *inter Latinos et Graecos in generali concilio Florentino habitae*, correspondent bene titulo ipsius auctoris. Hic in initio dedicationis operis sui Alberto regi Romanorum haec habet: *Dialogus Andree de Sancta Cruce de Roma, apostolici consistorii advocati, in Ludovicum Pontanum Romanum, de ecclesie primatu et gestis per Latinos Grecoſve patres in Ferariensi Florentiam demum translata ycomenica synodo in spiritu sancto legitime congregata*. Sed post dedicationem auctor utitur breviori titulo scilicet *Dialogus domini Andree de Sancta Cruce consistorialis advocati et domini Ludovici prothonotarii*. In alio suo libro adhuc solum ex parte edito<sup>1</sup>, scilicet « ephemeris curialis », dat dialogo hunc titulum: *liber Grecorum* (40v). Ad hunc librum alludit haec nota (39v): *cepta est disputatio cum Grecis, ... et in his disputationibus publice factis plures occupationes habite sunt et quidem dietim singule memorabiles, de quibus hic mentionem non faciam, cum particulari libro tamquam de particulari nota dignis singularem gestorum seriem Alberto imperatori directo adscripserim*. Cum dialogus, sicut dixi, Alberto regi dedicatus sit, nullum dubium est, quin auctor de hoc opere a nobis iterum edendo locutus sit. Facile aliquis concludere potest auctorem innuisse similem titulum vocabulo *gesta* (concilii). Sed nova quaestio exurgit, quae ex aliis verbis auctoris nobis imponitur solvenda. Cum dialogus dedicatus Alberto regi (mortuo octobri 1439) solum *gesta* cum Graecis et Armenis in concilio Florentino complectatur, quae in bullis eorum unionis die 6 iulii et 22 novembris 1439 finita sunt, mirum est, quod auctor de unione Coptorum (Iacobitarum) die 4 februarii 1442 hanc notam nobis relin-

cf. librum meum eiusdem collectionis, III, 2, silicet *Fragmenta protocolli, diaria privata, sermones*, Romae 1951, 41 - 49.

quat : (46r in codice Gaddiano 48) *prout eorum* (oratorum Coptorum Aethiopumque) *exposita in libro de gestis dicti concilii adnotata descripsimus* ; (47v) *cuius decreti* (unionis Coptorum) *seriem in libro de gestis conciliorum adscripsimus*. Etiam de aliis factis concilii post unionem Graecorum, Armenorumque (1439) et Coptorum (1442) auctor in diario suo curiali de alio suo libro *gesta conciliorum* loquitur. Duae solutiones huic quaestioni possunt dari. Aut auctor Andreas de Sancta Cruce voluit opus suum dialogi, cuius forma actualis solum usque ad unionem Armenorum (22 novembris 1439) extenditur, complere descriptione aliorum factorum concilii, aut — id quod nobis videtur — de opere distincto a dialogo cogitandum est. Nam iam in dialogo non solum loquitur de diario suo curiali<sup>1</sup>, sed etiam de alio libro suo de gestis concilii, distincto a narratione praestita in dialogo ; nam in collatione XII diei 4 decembris 1438 dicit : *Que per concilium gesta sunt, alibi cuncta ascripsimus*, et in narratione collationis XXII de actis diei 27 iunii 1439 haec habet : *Ego que in concilio gesta sunt, separatim tractatu alio annotavi*. Quae cum ita sint, ne confusio fiat operis *dialogi* cum alio opere *gesta* et ut simul brevissime titulus tractatus a nobis edendi exhibeatur, selegi titulum : ACTA LATINA CONCILII FLORENTINI. Hic titulus certe menti auctoris Andreae de Santacroce plene satisfacit ; nam opusculum praevium de legitima translatione concilii Basiliensis Ferrariam, res narratae de actis in concilio Ferrariensi et Florentino efficiunt unicum opus, ex tribus partibus constitutum : I. Prooemium in forma tractatus brevis apologetici, in quo habetur simul bonum argumentum pro dote scriptoris historiae, non solum facta narrantis, sed etiam causas, occasiones et effectus indagantis. II. Collationes sive disputationes Ferrarienses. III. Collationes Florentinae.

## II.

## DE CODICIBUS

Codices sequentes pro hac editione consului.

## 1. Codex V = Vaticanus latinus 4119.

Est manuscriptum cartaceum, 29 × 16 cm. ; ultima quattuor folia sunt ex pergamena constituta. Maxima pars, 1r-157v, a scriptore amanuense exarata est in scriptura humanistica calligraphica ; ultima folia, scilicet maxima pars paginae 157v et paginae sequentes, 158r-162v, a scriptore secundo amanuense facta sunt, eodem, qui codicem Corsinianum 779 (41-F-117) bibliothecae romanae Accademia dei Lincei scripsit. Tertia manus, quae in marginibus et in aliis correctionibus ipsius textus saepe manifestatur ac quidem in scriptura cursiva, est sine dubio manus autographa ipsius auctoris Andreae de Sancta Cruce, cuius manus autographa mihi ex codice Gaddiano 48 bibliothecae Mediceo-Laurentianae partim autographo partim calligraphico nota est. Ex hac ratione augetur valde pretium codicis Vaticani 4119 utpote ab auctore inspecti et correcti. Nihilominus eius vigilantiam effugerunt non pauci errores primi scriptoris amanuensis, qui nimis festinanter aliquando videtur operi suo studuisse vel textum ei sibi sive oraliter sive scripto exhibitum saepe non intellexit. Attamen eius errores omnes fere sanari possunt, aut ex contextu aut ex aliis documentis. Ita citationes frequentissimae Scripturae sacrae, Patrum, Conciliorum, auctorum profanorum, si apud auctorem laesae vel mutilatae sunt, facile restitui possunt. Textus bullarum pontificiarum Andreae de Sancta Cruce comparari possunt cum bullis originalibus vel authenticis. Etiam opus historicum graecum Praktika appellatum in auxilium vocari potest. De aetate codicis hoc constat : iam in bibliotheca Nicolai V (1447-1455) eum ad-

fuisse<sup>1</sup>. Immo ex dedicatione operis ad regem Romanorum Albertum II († die 27 oct. 1439), ex narratione mortis Ludovici Pontani protonotarii († paulo ante mensem novembris 1439), ex documentis de unione Armenorum die 22 novembris conclusa, cum magna probabilitate videtur sequi codicem fine anni 1439 completum esse vel paulo post. Cum codicem V ut fundamentum editionis adhibeam, aliqua mihi adiungenda sunt de abbreviationibus huius codicis et aliis notis characteristicis palaeographicis. Non inhaereo in consuetis siglis iuridicis et canonisticis hic describendis, quae in prima parte operis saepissime habentur. Magis attentionem merentur haec :

- a) consonantes *duplicantur* saepe, ubi expectarentur simplices, verbi gratia : lettentur, summitur, summendo, commedunt, motta, necesse ;
- b) viceversa consonantes duplices scribuntur tamquam *simplices*, verbi gratia : corrupti, apetunt, silogismus, humilime ;
- c) *c, t* saepe confunduntur, etiam praeter casus alioquin consuetos in coniunctione *ci, ti*, verbi gratia : detertavimus, extogitari, catetizandis, ottavo.;
- d) confusio in expressione *h* et in omissione *h*, verbi gratia : ortatur, habundantia, perhenes, cohetaneos, inchohabimus, cohoperator ;
- e) maxima confusio habetur in nominibus *propriis* sive latinis sive graecis, verbi gratia : Collocensis, Agato, et subscriptiones decreti unionis Graecorum ;
- f) *c, g, ch, q* confunduntur, verbi gratia : vagare, Valagie, secuntur ;
- g) *s, ss, x, s, sc* confunduntur, verbi gratia : sexio, mixticum, Ambroxii, testus, canzel-laria, scilentium ;
- h) *omissio signorum* abbreviationis est origo complurium errorum, verbi gratia : invicem, onderet, ondere, dapnabiliter, traslatum ;
- i) ex alia parte *falsa signa* abbreviationis posita, verbi gratia : Spiritus .s. (hoc signum = scilicet ; sed debet exprimi *sanctus*) ;
- k) ante *t* adiungitur *p*, verbi gratia : legiptime, scruptari ;
- l) *i, j, ii, y, u* confunduntur, verbi gratia : tirampnus, Ylarii (*loco* Hilari) caput (*loco* capit) ;
- m) signa abbreviationis consueta ad distinguendas particulas *prae, per, pro* pluribus vicibus confunduntur, ita ut lectio dubia fiat, verbi gratia : perducemus *loco* producemus, praepositio *loco* propositio. Similes confusiones habentur in abbreviationibus *q* cum linea (quod, quia, qui) ;
- n) scriptor aliquando bene notat, si magnum spatium vacuum est : *hic nihil deficit* (91v, 114v, 149v), sed in textu ipso, quando agitur verbi gratia de aliqua citatione vel de nomine exprimendo, ponit aliquoties spatium vacuum, sed oblitus postea esse videtur, ut huic defectui remedium afferat.

2. Codex C = Corsinianus 779 (41-F-17) bibliothecae Lynceorum academiae (Accademia dei Lincei), quondam bibliothecae S. Mariae sopra Minerva (sicut ex nota ante textum posita apparet) cartaceus saec. XV, 28 × 20 cm., ab eadem manu scriptus, qua ultima quinque folia codicis V exarata sunt, sicut iam Ubaldus Mannucci cognovit. Immo totus codex, sicut idem auctor exposuit in periodico *Bessarione*, 30 (1914) 154, immediate a codice V dependet. Nam complures lacunae, dittologiae, aliique errores, sunt iidem in utroque manuscripto. Ponamus aliqua exempla characteristicia.

<sup>1</sup> cf. MÜNTZ-FABRE, *La bibliothèque du Vatican au XV<sup>e</sup> siècle*, in *Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome*, 48 (Paris 1887) 76.

Ex prima parte (Dedicatio et tractatus apologeticus):

a) protonotharii VC; in Petro VC loco in Petrum; ex alia parte in Petrum VC loco in Petro; silicet VC; domini VC loco omnium; Faustus VC loco fastus; efficiunt VC loco efficiuntur; nihilominus loco nihil nimis;

b) integram lineam in V expressam (cap. 1: susceperunt - hoc otio) omittit C propter lapsum oculi; sententia posita in V in duabus lineis inter vocabula quin ymo sibi similem - quin ymo et infidelium (cap. 2) omittitur a codice C; sententia posita in V (cap. 7) inter vocabula velut - rami omittitur in C, quia post ramo redit vocabulum *velut*; Petrus - subscripsi (cap. 12) positum in V omittitur in C, quia immediate antea finita est sententia cum eodem vocabulo *subscripsi*; vocabula *errorem expressum* (cap. 12) quamvis in V expuncta repetit C; vocabula *successor* in codicis V (cap. 14) mutavit codex C in *successorum*; ratiove V (cap. 3), ratione C; casu (abbreviatum cau) V (cap. 20), cautius C.

Ex parte tertia, sermone de Purgatorio (in V: 132v-135v; in C: 127v-130r):

a) vestre postulationem VC loco vestre postulationi; tunc mestigmata VC loco in me stigmata; Gregorius Nycenus V, Gregorius Nicenus C; siceram loco sanctam VC; artem VC loco Aerium;

b) sed Dei V, sed fidei C; orationibus vero V, orationibus veris C; misericordias V, misericordia C, loco misericordius; miserere V, miserie C; pro peccatoribus oramus, pro peccatoribus quidem divinam misericordiam imploramus V, pro peccatoribus oramus quidem divinam misericordiam imploramus C; conscii (abbreviatum) V, *ysi* C;

Codex Cr = Cracoviensis 104 archivii metropolitani, cartaceus saec. XV, 28 × 20 cm., 1r-166v. In hoc codice miscellaneo, descripto ab Ignatio Polkowski in libro *Archivum do dziejów literatury i oświaty w Polsce III*, Kraków 1884, 83, est omissa prima pars operis Andreae de S. Cruce, scilicet dedicatio et tractatus apologeticus. Habentur ibidem alii tractatus, scilicet *Flores sententiarum b. Thomae Aquino collecti per magistrum Iohannem de Turrecremata* (Torquemada) *in concilio Basiliensi anno 1437, decreta concilii Constanciensis, oratio Iuliani* (Cesarini) *in concilio Basiliensi, litera unionis Latinorum et Armenorum*. Ante textum Andreae de S. Cruce habetur titulus: *Liber dialogi disputationis occidentalium et orientalium per d(ominum) Andream de Sancta Cruce advocatum compositus. Disputationes Latinorum cum Grecis*. Codex dat textum Andreae de Sancta Cruce solum in iis partibus, quae de unione Graecorum in concilio tractant, usque ad decretum unionis, omittendo cetera, quae in codicibus V et C habentur, exceptis verbis, quae immediate in C decretum unionis Graecorum sequuntur: *Andreas. Capies* (in Cr: *Copie scilicet*) *frater optime, ... Et tu vale*.

V (15v)

Cum res memoratu dignas, que nostro tempore evenere, dum forensibus ex negotiis quid superextaret otii, scripto mandarem, ephemerium curialem in librum, conficiens et Graecorum conventus eorumque adventus causas inter communia meditarer adscribere, conspexi non convenire mixturam re, modo et personis a communibus differentem

Cr (1r)

Res memoratu dignas ac nostro occursum (!) temporibus compendioso tractatu etsi mandaverim registris(?; scriptor habet: *ris* cum linea supradicta) curialium dierum novum ascribens, cum Graecorum conventus eorumque adventus causas inter communia scriberem, conspexi non convenire mixturam re, modo et personis a communibus differentem

Codex Cr praebet textus magis deturpatos quam in B (et C); immo in initio mutat verba, sicut ex his apparet:



Praeter omissiones iam dictas codex C una vice omittit rem etiam decursu narrationis conciliaris Andreae de Sancta Cruce in codicibus B (et C) fideliter notatam. Exemplum est hoc :

V (81r)

Decreti autem translationis verba per dominum Anthonium Portugalensem episcopum in generali sessione lecta hec fuerunt : Eugenius (*sequitur totus textus decreti*)

Cr (73v)

Decreti autem translationis verba per r(everendum) dominum Anthonium Portugaliensem episcopum in generali sessione lecta fuere etc. (*omittitur totus textus decreti*)

Unde scriptor codicis Cr sumpserit, est difficile dicere. Certe omissiones notatas non invenit in codicibus Andreae de Sancta Cruce, sed propria voluntate, ut referret solum res stricte conciliares de unione Graecorum, omisit primam partem, scilicet dedicationem et tractatum apologeticum, et res, quae ad unionem Armenorum spectant. Cur bullam translationis concilii Florentiam omiserit, nescio. Brevem notitiam de egressu imperatoris Graecorum die 26 augusti 1439 forte per distractionem neglexit. Nihilominus codex Cr a codicibus B et C dependet, quamvis suo modo aliqua omiserit, sicut supradixi, et etiam, saltem quoad vocabula, aliqua mutaverit. Ita codex Cr scripsit non una vice *Rupecremata* (cf. 156v) (= Torquemada), quia etiam B et C ita habent ; nam una vice ipse mutavit in margine eius nomen in *Thurecremata* (141v), ergo sibi conscius erat erroris codicum. Etiam in decreto unionis Graecorum, in ea parte, ubi referuntur subscriptiones Graecorum, habet eandem phrasim ac in codice B et C habitam : *Hic debent esse episcopi Russie*, ac quidem eodem loco ac in B et C.

Maiores videtur esse dependentia codicis Cr ab codice C quam ab codice V ; iam factum facilius scriptoris, quae in codice C prae codice V habetur, scriptorem codicis Cr impellere debuit ad sequendum codicem C vel aliquem similem. Saltem aliqua exempla demonstrant cum probabilitate dependentiam codicis Cr magis a codice C esse. Ita in sermone de purgatorio habentur hae lectiones variantes, sicut ostendi in libro *Concilium Florentinum*, I, *Erstes Gutachten der Lateiner über das Fegfeuer*, in *Orientalia Christiana*, XVI, 3 (1929) 285-298.

V	C	Cr
offerri commemoretur	offerri commemorent	offerri commemorant
orationibus que in vigilia	orationibus in vigilia	orationibus in vigilia
Theodoricus episcopus	Theodericus episcopus	Theodoricus episcopus
dona Sabaothi	dona Sabaoth	dona Sabbaoth
que iuxta mensuram	que est iuxta mensuram	que est iuxta mensuram
de morte infernali	de vita infernali	de vita infernali

Doleo quod codex Mediolanensis, saeculi XVI iuxta descriptionem ab Iulio PORRO factam in libro *Catalogo dei codici manoscritti della Trivulziana* (Torino 1884, pag. 399) non fuerit mihi notus nisi post bellum ultimum, in quo ille codex destructus est. Sed dubito, an usus huius manuscripti, quod solum saeculo XVI exaratum est, mihi magnum auxilium ad meliorem editionem faciendam praebere potuerit. Nihilominus gratias ago clarissimo viro Campana, qui me die 24 novembri 1951 de hoc codice certiore fecit. Iuvat ex descriptione codicis referre titulum iuxta PORRO : *Sancta Cruce (Andrea de), Ad Ser(enissimum) Caesarem semper augustum Albertum Romanorum regem dialogus Andreae de S. Cruce de Roma apostolici concistorii advocati in Ludovicum Pontanum Romanum, de Ecclesiae primatu et gestis per Latinos Graecosque patres in Ferrariensi demum translata oecumenica synodo in Spiritu s(ancto) legitime congregata.*

Codices alii, qui mihi noti sunt, scilicet Vaticanus latinus 6387, cartaceus, saec. XVII, 25,7 × 19,5 cm. et Borgiani latini 33-35 bibliothecae vaticanae, autographum Horatii Iustiniani

(Giustiniani) ante annum 1638 exaratum, negligi possunt ; nam prior est solum copia codicis supradicti V, probabiliter a Leone Allatio scripta, et codices Borgiani nihil aliud sunt, quam fundamentum editionis ab Horatio Giustiniani factae *Acta sacri oecumenici concilii Florentini*, Romae 1638. In hoc libro pars secunda et tertia operis Andreae de Sancta Cruce efficiunt partem principalem scriptoris (postea cardinalis) Giustiniani, qui documenta varia de Concilio Florentino in editione sua collegit. Ei quoad Andream de Sancta Cruce solum codex V notus erat. Eius editio certe pro temporibus suis optima servitia scientiae reddit, sed exigentiis hodiernis non sufficit amplius. Nam praeterquam quod non bene distinguat inter varia documenta collectionis suae de documentis Concilii Florentini et etiam iram sui concivis Leonis Allatii excitavit propter editionem publicam documentorum, quae, sicut saltem Allatius asserit, ab hoc ei solum legenda monstrata sunt, nihil nobis narrat de auctore Andrea de Sancta Cruce, nihil de dispositione generali operis huius advocati nobis refert nec quidquam de partibus ab Horatio Giustiniani omissis. In textu reproducendo saepe errores commisit, sicut ex comparatione editionis illius cum hodierna apparebit, citationes saepe non verificavit, et verificatas non semper exacte indicat quoad editiones ; attamen eius plurimae notae, maxime hae quoad doctrinam spectantes, etiam hodie valorem habent. Ubaldus Mannucci habet meritum, edendi primam partem operis Andreae de Sancta Cruce in periodico iam nominato *Bessarione*, 30 (1914) ; nihilominus in editione non paucorum locorum non erat felix, neque de citationibus quamplurimis semper curam necessariam adhibuit. Fateor grato animo me his duobus editoribus non pauca debere, sed simul relinquo iudicio legentium, quid et quomodo nova editio super duas anteriores contribuat ad progressum scientiae.

In editione mea saepe emendationes facere debui, sed hae semper tamquam tales signis consuetis < > vel [ ] indicavi, dum Horatius Iustinianus numquam fere frequentes suas mutationes textus manuscripti ullo modo a reliquo textu distinxerit. Emendationes meae sunt in maiore parte certissimae, quando agitur de aliquibus consonantibus vel vocalibus vocabulorum, in erroribus orthographicis, in confusione nominum priorum. Sunt etiam saepe certae saltem quoad sensum, quando agitur de citationibus Scripturae Sacrae et Patrum et conciliorum. Nam in his casibus ex editione Scripturae Sacrae et Patrum emendatio statui potest ; vel ex bullis pontificiis et actis aliorum conciliorum iam critice editis. Etiam ex comparatione textus manuscripti cum textu graeco actorum nunc critice a GILL edito, remedium erroribus sanandis adhiberi cum fructu potuit. Nihilominus mihi procedendum fuit cum moderamine. Nam Andreas de Santacroce, cuius etiam alia opera cognosco, non utebatur lingua classica ; eius opus de concilio Florentino manifestat characterem alicuius diarii, ad quod conficiendum adhibebat proprias notas factas a semetipso in sessionibus publicis et documenta etiam scripta (notariorum concilii) ; non est ergo mirandum cur prae se ferat formam aliquo modo imperfectam. De caetero etiam oratores concilii in disputationibus non semper recitabant sermones praeparatos ; neque interpres communis Nicolaus Sagundinus neque Andreas de Santacruce erat theologus. Ideo qui legunt hanc editionem Andreae de Sancta Cruce ne mirentur de stylo saepe imperfecto auctoris ; sed cogitantes de circumstantiis disputationum ab eo relatarum cum interruptionibus, quae fiebant ex parte imperatoris byzantini, cardinalis Cesarini et ex parte recitantium textus Patrum et conciliorum, potius benigne iudicent.

## III.

## DE AUCTORE ANDREA DE SANCTA CRUCE

Andreas de Sancta Cruce<sup>1</sup>, in lingua italica Santacroce, natus Romae anno 1402 ex familia illustri, inter annos 1423-7 studiis iuris in universitate Patavina et Bononiensi operam dedit. Bononiae die 22 maii 1428 laurea doctoratus insignitus est. Revolutioni civitatis Bononiensis contra dominium pontificium non consensit, immo 15 decembris Ferrariam aufugit, et consilium secutus patroni sui Beati Nicolai Albergati cardinalis et episcopi Bononiensis Romam rediit. Hic ab Eugenio IV Papa est nominatus anno 1433 advocatus sacri consistorii. Remansit fidelis Summo Pontifici, cum hic anno 1434 ab hominibus turbulentis coactus esset, aufugere ex Urbe. Fuit homo morum integerrimorum, a Summis Pontificibus magni aestimatus. Mortuus est Romae anno circiter 1473. Complurium opusculorum et librorum est auctor. Scripsit enim :

1. *Dialogus de Ecclesiae primatu et gestis in Concilio Florentino* (= Acta latina concilii Florentini).

2. *Gesta concilia*. An hoc opus, nondum inventum, sit opus distinctum ab libro sub numero 1. citato, non est omnino certum. Potest enim agi de continuatione primi libri, qui seriem actorum conciliarium decreto unionis Armenorum (die 22 novembris 1439) claudit, dum auctor in suo libro *Ephemeridum liber curialis* loquendo de bulla 3 ianuarii 1443 asserit : *cuius rei seriem in gestis conciliaribus scripsi* (52r).

3. *Ephemeridum liber curialis*, nondum editus<sup>2</sup> exceptis aliquibus extractis, conservatus in codice partim autographo Gaddiano 48 saec. XV bibliothecae Mediceo-Laurentianae. De hoc codice tractaverunt G. BECKMANN, in *Deutsche Reichstagsakten*, XIII, Gotha 1908, 334 nota 5 ; 345 nota 2 ; 577 nota 3 ; MEHUS, qui hunc codicem sub titulo codicis Magliabechiani XXIV, 109 citavit, in opere *Ambrosii Traversari latinae epistolae*, I, Florentiae, 381-3, 427-9 ; et imprimis PICOTTI in periodico iam suprascripto.

4. *Liber decisionum causarum* pro auditoribus Rotae Romanae, citatus in codice *Ephemeridum liber curialis* (20r).

5. *Tractatus de quaestionibus praecedentiae*, citatus ibidem, 114r.

6. *De notis publica auctoritate approbatis*.

7. Votum (iudicium) de quaestione institutionis ordinis Iesuatarum (Gesuati), conservatum in bibliotheca S. Marci Venetiis, lat. classis IV, 104 (2632). Ibi legimus (55r) : Et sic consultum dico et consulo ego Andreas de Sancta Cruce utriusque iuris doctor sacri apostolici consistorii advocatus, et ad fidem propria manu subscripsi et solito sigillo munivi.

8. Sententia Andreae de Sancta Cruce contra episcopum Civitatis Castellanensis *pro abbate S. Pauli*, super exemptione ecclesiarum monasterii, die 13 nov. 1444 ; cf. B. TRIFONE, *Le carte del monastero di San Paolo*, in *Archivio della R. Società Romana di Storia Patria*, XXXII (1909) 63-64.

9. Responsio oratoribus regis Franciae *pro defensione Ferdinandi* regis et regni Siciliae, in concilio Mantuano. Huius tractatus novi duos codices saec. XV, scilicet M. 35 Bibliothecae Ambrosianae et n. 792 Bibliothecae quondam Vittorio Emmanuele nominatae. Hic secundus codex

<sup>1</sup> Notitias de vita Andreae de Sancta Cruce (Santacroce) hausi imprimis ex auctoribus G. B. PICOTTI *L'effimerium curiale di Andrea da S. Croce*, in *Rivista delle Biblioteche e degli Archivi*, XXIV (1913) 149-157 et U. MANNUCCI (ex articulo iam citato), adiunctis propriis investigationibus.

<sup>2</sup> Excerpta ex hoc libro, quae ad Concilium Florentinum pertinent, edidi in fasciculo II voluminis III collectionis nostrae *Concilium Florentinum*, Romae 1951, 41-49.

pergamenus, 28 foliorum, in scriptura humanistica exaratus, habet hunc titulum (1v): *Andreas de Sanctacruce Iur(is) Perit(issimus) ac consistorialis advocatus. Ferdinando regi salutem plurimam dicit. Placet mihi ex secundo codice haec apponere, quae vitam Andreae de Sancta Cruce illustrant:*

(2r) Scribit Plinius Isocratem XX talentis unam suam vendidisse orationem, Demosthenem vero quinquaginta. Ego iussu tuae Maiestatis Mantuam ad universalem omnium christianorum regum et principum conventionem per Pium secundum pontificem maximum indictam accessi, ubi orationem infrascriptam pro tuorum regnorum defensione disserui. Scio nec materia nec personis nec loco aliquam per quenquam habitam orationem maiori premio dignam, nisi quod pronuntiantis verborum ornatus inaequalitas esse posset. Recipiat etiam Maiestas tua, in qua titulos omnes tui principatus ascripsi et tuae personae ad regium solum meritum, postquam nostrorum temporum gesta rempublicam concernentia per me fideliter scripta, si haec suo precio compensabitur, destinare curabo. In quibus tui genitoris in Italia gesta ac tuos ad tui regni adeptionem successus ad tuorum consiliorum in gerendis normam, cum ut plurimum ex preteritorum notione, praesentia et futura prudentius ordinantur. Vale.

(3r) Andreae de sancta cruce iur(is) perit(issimi) consistorialisque et Ferdinandi regis advocati oratio adversus Gallorum oratores habita in concilio Mantuano.

Responsurus, sanctissime pater, ad ea, quae per illustres christianissimi principis Francorum regis aliorumque principum Galliarum oratores pridie hoc in loco contra iura serenissimi principis Ferdinandi regis Siciliae vestrae sanctitatis devotissimi filii dicta fuere, deducam brevissime eiusdem in regno Siciliae iura, per quae omnium aliorum iura hoc loco exposita inefficacia esse manifestissime apparebit verbis caritate plenis ad pacem et ad armorum depositionem tendentibus et ad finem huius congregationis et desyderii vestrae sanctitatis facientibus. Si primo hoc unum praemisero, quod ea, quae per dictos oratores pridie hic dicta fuere, ac huius sanctae conventionis loco nec tempori nec eorum dominis, pro quibus vera (*lege verba*) facere (*lege fecere*), convenisse. Venit sanctitas vestra maximo cum sui corporis ecclesiasticique status incommodo, zelo tutandae christianae religionis incensa, ad hanc Mantuanam civitatem, ut devotissimos christianae religionis principes conveniret exregi Hungariae et eius filiis restituere.

(28r) Requirit igitur ipse Ferdinandus rex V(estram) Sanctitatem, hunc sacrum ordinem omnesque astantes principes principumque oratores, ut sancta iura non violentur, arma contra eum deponantur, sua iura ad regnum a vestra sanctitate, cui immediate subicitur, protegantur et defendantur, nec permittatur, cui sibi bellum aliquod inferatur. Alias protestatur se suumque regnum divino gentium humanoque iuribus permittentibus armis tueri nec per eum stare, quominus bellum in infideles inferatur. Considerentque qui ea agunt, quibus legibus, quibus divinis preceptis contravenire nituntur. Insurgat pro deo sanctitas v(estra), et illustrissimi principes regum et principum oratores requirant christianissimum regem et principes Galliarum, ut arma deponant, legibus, locis et temporibus se conforment, divinas ultiones effugiant.

Ex epistolis Nicolai SAGUNDINI quondam interpretis in concilio Florentino iuvat hic prima vice edere epistolam, quam Andreae de Sancta Cruce die VI iunii 1446 ex urbe Neapoli misit, sicut in bibliotheca S. Marci Venetiis in codice 4418 (Ms. lat. cl. 13, n. 62) saec. XV, f. 47r-47v conservatur tamquam apographum. Hoc documentum est pulcherrimum argumentum amicitiae inter has duas personas.

Domino Andree de Sancta Cruce.

Prestantissime et humanissime vir. Si tuam humanitatem ignorarem, si virtutem eximiam et integritatem in omni re tuam, longo experimento exploratissimam non haberem, dubitarem utique, an tuus ille in me amor et ardentis cuiusdam benevolentie significatio adhuc viveret suisque subsisteret viribus, quamdiu ab oculis tuis longe abfuerim quodque locorum intercape-

dine prohibitus, amice tecum atque familiariter versari nequiveram. Solent enim vulgares amicitiae et quae leviter sunt contractae neque ex animi firmitudine virtute duce profecte parum durare mutuaque consuetudine paululum intermissa abrumpi protinus et instar fugientis coloris obliterari, quam facillime. Verum qui te norim quive sinceritatem amoris erga me tui perspectam habeam, dubitare minime possum, quin etiam absentem me ames et solita tibi benevolentia prosequaris. Quippe qui non meritis ullis meis adductus, sed ingenite tibi caritatis ductu ultro me amare acceperis, et cum presenti tum non minus absenti, mihi gratuite et constanter favere non desinas.

Hinc mihi facile persuasi, ut exhibitorem presentium concivem meum presbyterum Marcum Romam proficiscentem et patrociniis tuis summopere indigentem, quo possem studio tibi quam diligentissime commendarem. Eius causam antehac in omnibus ingenti humanitate suscipere et susceptam tueri non es dedignatus. Quod tuum in se beneficium, grato animo homo haud ingratus, ubique studiosissime predicat, nomen tuum honorificentissime celebrat, laudes tuas reverenter prosequitur et ad celum extollit. Quid impresentiarum sibi cupiat, quid assequi velit, ex eo ipso coram narrante explicatius intelligere poteris. Quid nunc abs te petam equidem et impetrare iure quodam meo contendam pro mutua nostra benevolentia, illud est, ut tu te ipsum, humanitatem et mores tuos secutus, benignitatem tuam erga hunc pauperculum exhibere inducas animum. Per amicitiam nostram obsecro; consilio et auxilio, auctoritate, gratia, ope denique et patrociniis tuis adesto causamque eius tutandam defendendamque suscipe. Homini inopi et egeno, alioquin bono et simplici laboranti succurre ac tandem effice, ut opinio, quam de te conceptam animo tenet, eum minime fallat. Erit hoc profecto deo optimo patri acceptum obsequium, erit nomini et moribus tuis mirifice aptum et consentaneum, erit preterea mihi observantissimo et amantissimo tui perquam gratissimum. Plura de hac re dicere nolo, ne videaris plus verbis meis quam humanitati egregie tue tribuere. Spero denique fore, ut impetrata ab inclyto senato Veneto bona venia hinc brevi discedam et isthuc veniam, Venetias inde repetiturus. Isthic te igitur, ut veterem amicitiam nostram decet, letus revisam et ex animo amplexabor. Vale. Ex Neapoli, VIto iunii M CCCC L VIto.

## IV.

## DISPOSITIO OPERIS DIALOGI ANDREAE DE SANCTA CRUCE DE PRIMATU ET GESTIS CONCILII FLORENTINI SIVE ACTORUM LATINORUM CONCILII FLORENTINI

Andreas de Sancta Cruce intentionem habuit, sicut ex dedicatione ad Albertum regem Romanorum († octobri 1439) et ex prooemio gestorum de concilio Florentino apparet, demonstrare legitimitatem translationis concilii Basiliensis Ferrariam et deinde Florentiam et describere disputationes Latinorum cum Graecis. Propterea narrationi historicae sive actis latinis concilii Florentini tractatum apologeticum praemittit. Hoc tractatu in forma dialogi impugnat rationes amici sui Ludovici Pontani (1409-1439) protonotarii et doctoris iuris, Romae nati, qui tamquam legatus Alphonsi regis Aragoniae cum Nicolao Panormitano ad concilium Basiliense missus ibidemque usque ad suam mortem praematuram in aetate 30 annorum permansit, assecla theoriae funestae conciliarismi sive superioritatis concilii oecumenici supra papam et ideo adversarius acerrimus translationis papalis concilii Basileae Ferrariam Florentiamque. Hoc demonstrant eius scripta adhuc conservata<sup>1</sup> in bibliotheca Vindobonensi

<sup>1</sup> nunc Vindobon. lat. 4943, 95v-97r; 98v-101v. Cf. quoque manuscripta bibliothecae S. Marci Venetiarum, class. VIII, ius canon., cod. 2.

(Vindobon. Iur. Can. 68) scilicet *De potestate ecclesiae universalis super papam*, eiusque *Quaestio per eundem facta ad depositionem papae incorrigibilis procedi posse*, et in bibliotheca Vaticana, scilicet Vaticanus latinus 4905, 1r-16r : Tractatus super potestatem universalis ecclesiae et generalium conciliorum illam repraesentantium, pronuntiatus in concilio Basiliensi ; 16v-23r : Sermo in praesentia universitatis Coloniensis et venerabilis capituli et cleri, in quo ostendit, quomodo non peccat synodus (Basiliensis) in refutando pacem, quam sibi offert Eugenius papa ; 23v : Parvus alius tractatus super eo, quod papa concilium generale dissolvere non potest. Ex his testimoniis certo sequitur Ludovicum Pontanum conceptus erroneos de Primatu habuisse. Dialogi formam seligens, Andreas de Sancta Cruce errores amici sui bene cognoscens, in proemio suo apologetico hos ample refutat et multa documenta ex Sacra Scriptura, ex Patribus, ex conciliis, ex iure canonico, ex iure civili affert, ut primatum papae defendat et legitimitatem concilii Florentini demonstret. Formam dialogi cum amico Ludovico Pontano, qui versus finem vitae pacatior erga Sanctam Sedem factus est, retinet Andreas de Sancta Cruce etiam in secunda et tertia parte sui operis, ubi disputationes Latinorum cum Graecis describuntur ; sed raro hic Pontanum alloquitur, quia iam ipsae disputationes Latinorum et Graecorum narrationem efficiunt vivam ; nam haec erat una ratio explicite in dedicatione ab auctore affirmata, cur dialogi formam elegerit in libro suo.

Quia iam ibi sumus in rebus, quae directe historiam concilii Florentini respiciunt, non esse inutile puto hic in summa referre, quomodo Andreas de Sancta Cruce narrationes suas diviserit et quomodo chronologiam et circumstantias characteris singularium sessionum distinxerit. Reservamus capitulo sequenti quaestionem fundamentalem pertractandam, quid et quomodo auctor ad historiam obiectivam concilii Florentini contribuerit, et hoc persolvemus studio comparativo, scilicet comparando narrata ab Andrea de Sancta Cruce cum aliis fontibus authenticis concilii Florentini et cum duabus historiis graecis concilii Florentini, scilicet cum opere *Praktika* et cum memoriis (Memoirs) Silvestri Syropuli.

Andreas de Sancta Cruce explicite affirmat se velle veritatem obiectivam exhibere ; ita in fine operis post unionem Graecorum narratam dicit : *hisque sanctissime unionis optatus finis impositus est. Capiēs, frater optime, quae quidem, etsi facundius, non tamen recte proprie, refferri potuissent, retuli, prout fuere, verbisve propriis eorum, qui ea protulere, ne verborum ornamento a gestorum veritate divertere iudicaretur.* Iam in dedicatione affirmaverat : *in scriptis cuncta redegei, in nullo a rei veritate discrepans, ornatum verborum consulto obmittens, verba, prout prolata fuerunt, ascribens, ne in aliquo a facti veritate diverterem.*

Hic auctor est testis ocularis concilii Florentini, iam per officium suum et persuum indolem observator acutissimus, sicut ex alio libro eius, scilicet *Ephemeridum liber curialis* elucet. Se restringit ad sessiones describendas, quibus ipse interfuit ; ideo omittit sessiones privatas deputatorum latinorum et graecorum de Novissimis, et sessiones Graecorum inter se, de quibus multa in opere *Praktika* habentur.

Ipse auctor has divisiones generales operis sui indicat :

1. Titulus generalis in initio (1r) : *Ad serenissimum cesarem semper augustum Albertum Romanorum regem. Dialogus Andree de sancta Cruce de Roma, apostolici consistorii advocati, in Ludovicum Pontanum Romanum, de ecclesie primatu et gestis per Latinos et Grecosve patres in Feriensi, Florentiam demum translata, ycomenica sinodo in spiritu sancto legitime congregata.*

2. Post dedicationem, ante tractatum apologeticum (dialogum) habetur (1v) : *Dialogus domini Andree de sancta Cruce de Roma consistorialis advocati et domini Ludovici prothonotarii.*

3. Post tractatum apologeticum ante descriptionem adventus Graecorum Ferrariam non habetur titulus, nec ante sessionem communem diei 9 aprilis 1438 nec ante sessionem communem diei 9 octobris (in libro *Praktika* 8 octobris), ubi de cetero solum sermones salutatorii Bes-

sarionis et Andreae Chrysobergis archiepiscopi latini Rhodi (apud « auctorem » libri *Praktika* in sessione distincta die 11 octobris) habiti sunt; nihilominus sermonibus duobus titulus praefixus est, qui nomen oratoris exprimit. Sed pro sessione eadem Andreas adhuc textum saluatorium Marci Eugenici dat (dum in partibus diversis *Praktika*; scilicet in actis notariorum graecorum et in descriptione, hic sermo refertur pro die 8 octobris vel 13 octobris); sed ante hunc sermonem ponit verba (23v): *Incipit secundus liber, in quo Graeci incipiunt collationes cum Latinis et data optione, Ephesini collatio.*

4. Initio sessionis sequetis sub die 13 octobris apud Andream de Sancta Cruce dicitur (24v): *Secundi diei collatio XIII<sup>a</sup> mensis eiusdem. Cardinalis, Collocensis, Provincialis, Ephesinus, Nicenus.*

5. Initio sessionis, diei 16 octobris, habetur titulus (25v): *Tertia collatio sedecima octobris habita est.*

6. Sequitur (27r): *Quarta conventio fuit vigesima octobris.*

7. De quarta et quinta collatione ab eo omissa haec habet (27r): *Duas collationes domini Collocensis non curavi adscribere, quia formaliter collecte non sunt, sed quia in septima collatione idem omnia repetiit, ideo non fuere hic adscripta, sed ibidem eius dicta videas, ubi declaravit, que hic in confuso expresserat.*

8. (28r) *Collatio sexta kalendis novembris.*

9. (30r) *Collatio septima IIII<sup>a</sup> novembris.*

10. (33v) *Collatio VIII<sup>a</sup>, VIII<sup>a</sup> novembris.*

11. (40r) *Undecima novembris actus nonus fuit.*

12. (45v) *Die XVIII novembris decimus actus.*

13. (51v) *Decimus(!) (XI) actus secundi et tertii et quarti dierum collatio.*

14. (65r) *Actus undecimus (XII) ottava decembris.*

15. (73v) *Actus XIIus (XIII) tredecima decembris.*

16. (81v) *Tertius liber processionis spiritus sancti Florentiae discusse. Andreas, Ludovicus, provincialis, Ephesinus, cardinalis, imperator, Collocensis.*

17. (82r) *Tertiadecima (XIV) collatio publica facta die secunda martii.*

18. (87r) *Secunda Florentie disputatio. Quinto martii ordine modoque prout sepius dictum etiam relatum est, cepit provincialis hoc modo videlicet.*

19. (92r) *Die octava martii in conventu 3<sup>o</sup> Florentie Ephesinus huiusmodi colluctationem (lege colluctationi) principium dedit.*

20. (98r) *<Di>e X<sup>a</sup> martii in conventu ut supra cepit cardinalis hoc modo.*

21. (103r) *Andreas .<Q>uarto decimo martii in conventu Florentie civitatis ordine et modo solita hora qua solet conventio disputationum, principium Ephesini verbo Graeci dedere.*

22. (108r) *Die XVII martii inchoata est disputatio.*

23. (115r) *Die XXI martii cepta est disputatio, qua respondendum est dictis Graecorum.*

23. (123r) *Die XXIII martii facta est conventio alia publica.*

24. Post sessiones publicas mensis martii 1439 finitas aliae viae coeptae sunt ad unionem Graecorum praeparandam. Andreas de Sancta Cruce narrationes suas diversis modis distinguit, ex. gr. (130v) *Papa*; usu vocabuli ANDREAS in nova materia narranda: (132v) *Cedule* (de Purgatorio) *continentia hec exstitit*; (135v) de formulis praeviis decreti; (136r) de sermonibus Ioannis de Montenegro et Ioannis de Torquemada; (142r) *Die XX iunii facta est precedentis more conventio, ubi cunctis conventis, imperatore dempto, cepit dominus cardinalis*; (149r, 149v, 151v) de praeparatione proxima decreti unionis Graecorum; (153r) de promulgatione unionis; (153v) titulo: *Decretum* (sequitur totus textus decreti unionis Graecorum in lingua latina).

25. *Appendix.* Dixi supra Andream de Sancta Cruce habuisse intensionem demonstrare concilium Florentinum esse legitimum et describere totum decursum negotii unionis Graecorum

in hoc concilio. Etiam si non accidisset mors amici Ludovici Pontani, interrupisset secundum suam intentionem primam opus suum, quod in forma dialogi inter Andream et Ludovicum scriptum est. Nihilominus sequitur adhuc appendix, ubi post brevissime narratam mortem Pontani describitur etiam brevissime unio Armenorum, cum longiore autem exhibitione textus trium documentorum, scilicet epistolae credentialis patriarchae Armenorum pro suis legatis, epistolae tenoris personalis consulis Pauli Imperialis fautoris unionis Armenorum ad papam Eugenium IV, ultimo ipsius decreti unionis Armenorum (die 22 novembris 1439).

## V.

QUID ET QUOMODO OPUS ANDREAE DE SANCTA CRUCE AD HISTORIAM  
CONCILLII FLORENTINI CONFERAT

Duabus difficultatibus, quae contra valorem historicum operis *Dialogi de Primatu et de gestis concilii Florentini* obici possunt, iam ab initio responsum dare volo. Nonne Andreas suo prooemio apologetico sufficienter manifestavit se non esse historicum obiectivum? Nonne forma dialogi pro expositione sua in toto opere selecta ab methodo vere historica discedit? Ut primo secundam obiectionem, quae est facilior, dissolvam, advertere volo formam dialogi inter Andream de Sancta Cruce et Ludovicum Pontanum in tractatu apologetico maxime manifestari, sed in duabus aliis partibus raro ac quidem ad modum interrogationum, quae ad res historicas Concilii clarius et concretius describendas conferunt. Sumamus aliqua exempla quaestionum, quas Pontanus amico suo Andrae facit in secunda et tertia parte operis:

(17r) LUDOVICUS. *Sed summus pontifex hique, qui Ferrarie pro concilio se habebant, nonne aliquos destinarunt (ad receptionem Graecorum Venetias venientium)?*

(17v) LUDOVICUS. *Quomodo (patriarcha graecus) per summum pontificem receptus est?*

(18r) LUDOVICUS. *Quis prefatorum omnium (Latinorum) ornatus fuit?*

(18r) LUDOVICUS. *Quis locus fuerat Graecorum imperatori (in ecclesia)?*

(20v) LUDOVICUS. *Ex nostris qui (oratores deputati pro sessionibus publicis)?*

(18r) LUDOVICUS. *Ex Grecis vero?*

(152r) LUDOVICUS. *Cur non servatum est, ut tanta non fuerit interpositio temporis, cum quarta iulii haec conclusa fuerint?*

Forma dialogi selecta dedit etiam scriptori occasionem, ut ope interrogationum sibi a Ludovico Pontano positarum describeret circumstantias aliquando etiam minimas sessionum concilii, id quod etiam lectori hodierno onus disputationum relatarum aliquo modo levius facit.

Gravior est prima difficultas, quae de prooemio apologetico versatur. Sed ut responsum nostrum melius intelligatur, debemus primo praebere aliquam summulam idearum, quae ex parte Ludovici Pontani contra concilium Florentinum et papam motae sunt secundum expositionem Andrae de Sancta Cruce, quae ex iam supradictis cum veritate concordat saltem substantialiter; nam Ludovicus Pontanus erat adversarius apertus translationis concilii Basiliensis Ferrariam Florentiamque, et erat commissarius in processu concilii Basiliensis contra papam, quamvis fuerit pro dilatione huius processus. Dicitur de eo in actis concilii Basiliensis<sup>1</sup>: *Ludovicus de Roma prothonotarius ipsas literas (Eugenii IV) per multas rationes tam iuris divini quam humani confutavit et impugnavit (die 27 martii 1438)*. Ludovicus S. Petrum eiusque successorem, pontificem romanum, concipiebat tamquam vicarium ecclesiae, et pro sua theoria proferebat

<sup>1</sup> *Concilium Basiliense*, vol. VI, editum a Gustavo BECKMANN, Basel 1926, 203.



textus ex Scriptura sacra, verbi gratia Matth. 18, 15-17, Gal. 2, 11 (reprehensio S. Petri ex parte S. Pauli), Act. 8, 15, et imprimis ex Decreto Gratiani cum citationibus ibidem habitis S. Patrum. Ideo translationem concilii Basiliensis Ferrariam et Florentiam utpote factam a papa contra decretum maioris partis synodaliū Basiliensium considerabat illegitimam, innixus theoria conciliarismi, quam videbat sancitam in decreto concilii Constanciensis. Ex altera parte Andreas de Sancta Cruce adducebat textus consuetos pro primatu pontificis romani demonstrando ex Scriptura sacra, et citavit multas decisiones conciliorum et pontificum Romanorum et canones in Decreto Gratiani relatos. Ideas premebat, sicut bene Mannucci exposuit, has: ex verbis Christi concludi debere unicum existere vicarium Christi, scripturas esse ex mente Patrum et conciliorum interpretandas, et affert testimonia synodorum ex temporibus papae Hilari<sup>1</sup> (461-8), Bonifatii I (418-22), Anastasii II (496-8), Symmachi (498-514), epistolarum Leonis I (440-61), Gregorii I (590-604); ex Doctoribus recitavit Thomam Aquinatem, immo suum coaetaneum Ioannem de Torquemada. Ad singulas difficultates Ludovici Pontani descendit easque refutat. Inprimis Andreas contra Pontanum defendit Eugenium IV ex causis iustis concilium transtulisse Ferrariam Florentiamque; etiam ex fructibus, scilicet ex unione Graecorum iam peracta, defendit haec decreta papae. Non est negandum Andream de Sancta Cruce etiam in proemio apologetico procedere methodo scientifica et eum bene intellexisse praehistoriam concilii Florentini et radicem conflictus inter synodales renitentes Basilienses et synodales concilii Florentini papae adhaerentes bene perspexisse.

Ut autem legentibus sit facilius et etiam commodius cognoscere, quid et quomodo Andreas de Sancta Cruce in duabus partibus principalibus sui operis immediate tractatum praevium apologeticum sequentibus de historia concilii Florentini meritis sit, exhibere primo volo in luce omnium fontium concilii Florentini, in quantum mihi cogniti sunt, quid unice apud Andream de Sancta Cruce relatum sit de concilio Florentino et tale, quod non sit reiiciendum tamquam apocryphum; secundo volo summam praebere singularum sessionum secundum mentem auctoris eamque conferre cum actis graecis, scilicet protocollo notariorum graecorum contradistincta a descriptione concilii<sup>2</sup>.

Unice ex opere Dialogi de gestis concilii Florentini cognoscimus: complures textus in extenso datos quattuor sermonum synodaliū maximi valoris, Ioannis de Montenegro O. P. de Primatu (duo sermones) die 16 et 18 iunii 1439 et Ioannis de Torquemada O. P. de S. Eucharistia (duo sermones) eisdem diebus; Iuliani Cesarini cardinalis sermonem de toto decursu negotii unionis die 27 iunii 1439 habitum; mandatum patriarchae graeci die 9 aprilis 1438; in appendice narrationem de discussionibus religiosis Latinorum cum Armenis, epistolam Pauli Imperialis consulis Caffae (Teodosia in Crimea) ad papam die 1 decembris 1438. Unice apud Andream de Sancta Cruce habentur complures discussiones publicae Ferrarienses mensibus novembris et decembris 1438, duo magni sermones Ioannis de Montenegro diebus 21 et 24 martii 1439 Florentiae de processione Spiritus sancti.

Praeter hos textus, de quibus ne versio quidem alibi conservatur, saltem iuxta actualem statum investigationis, habemus solum in opere Andreae de Sancta Cruce textum plenum latinum formulae concordiae Latinorum et Graecorum de Processione Spiritus sancti die 8 iunii 1439 conclusae, cuius versio graeca apud Syropulum habetur, et alios textus formularum praeviarum ad alios quattuor articulos decreti unionis Graecorum, de quarum versione graeca in diversis phasibus deliberationum reciprocarum deputatorum latinorum et graecorum saltem aliquae redactiones inprimis in descriptione

<sup>1</sup> Hilarius (non Hilarius) papa.

<sup>2</sup> cf. introductionem operis Ios. GILL, *Quae supersunt actorum graecorum concilii Florentini*, I, Roma 1953, LIII-LXIX.

graeca (cf. GILL 146 sqq.) habentur. Sermones duo, scilicet sermo Iuliani Cesarini die 4 iunii 1438 de Purgatorio habitus et sermo abbatis generalis Cisterciensium versus finem novembris 1438 nomine ducis Philippi Burgundiae recitatus in extenso apud Andream de Sancta Cruce referuntur, ac quidem, exceptis paucis sententiis, integre reproducentur, id quod ex comparatione cum eorum textu alibi invento stabilire potui; rev. mus Petit invenit etiam versionem graecam sermonis cardinalis Cesarini. Decreta ab Andrea relata conciliare 9 aprilis 1438 et 6 iulii 1439 cum bullis originalibus concordant; id quod valorem historicum Andreae de Sancta Cruce bene demonstrat. Inscriptio super sepulchrum Ioseph patriarchae graeci ab eo relata est, in quantum scio, unicum testimonium litterarium coevum et cum inscriptione antiqua sculpta, quae hodie conspicitur adhuc, bene congruit, excepta ultima linea, ab Andrea omissa, et uno vel altero vocabulo diverso. Apud Andream de Sancta Cruce sunt tot aliae circumstantiae historicae sessionum narratae, quae in historiis graecis desunt, et sermones synodaliū latinorum sunt saepe longius relati ac in eorum versionibus, quae ordinarie in Actis graecis habentur, et etiam de sermonibus synodaliū graecorum in sessionibus publicis communibus dat relationem fidelem, etsi non semper ita longam. In omni casu sermones synodaliū latinorum et maxime papae referuntur in eorum textu originali et, exceptis aliquibus aliis fontibus latinis unum vel alium sermonem latinum referentibus, unice in dialogo Andreae de Sancta Cruce de gestis concilii Florentini conservantur (in lingua originali). Cetera, quae ad quaestionem valoris historici huius auctoris pertinent, lector benevolus videat in descriptione mea summaria totius narrationis conciliaris Andreae de Sancta Cruce. In notis, quas editioni textus adiungam, indicabo, quid in actis graecis iuxta editionem GILL et apud Syropulum iuxta editionem CREYGHTON vel etiam saltem aliquando iuxta codicem Parisinum graecum 427 narrationi conciliari Andreae de Sancta Cruce correspondeat.

## VI.

DESCRIPTIO SUMMARIA CONCILII FLORENTINI SECUNDUM MENTEM AUCTORIS  
ANDRAE DE SANCTA CRUCE

Descriptionem sat amplam sessionum concilii Florentini alibi<sup>1</sup> dedi. Hic solum summarie referre volo, in quibus punctis characteristicis ille historiam concilii Florentini praebeat.

Iam ab initio notare iuvat Andream de Sancta Cruce terminum *collatio*, paucis vicibus etiam *actus*, unice *discussionibus publicis conciliaribus Graecorum et Latinorum simul congregatorum applicasse*; ideo nec sessio sollemnis diei 9 aprilis 1438, nec sessio sollemnis diei 10 ianuarii 1439, nec demum sessio sollemnis diei 6 iulii 1439 ab eo in numero Collationum ponitur; item ea quae acta sunt Ferrariae conciliariter ante adventum Graecorum, ab eo non narrantur. Concordia inter collationes Andreae de Sancta Cruce et protocollum notariorum graecorum, in quantum consideratur enumeratio discussionum publicarum inter Latinos et Graecos, haec est, adiunctis in initio et fine sessionibus ab Andrea de Sancta Cruce latine relatis, et graece ab auctore descriptionis conciliaris (quae non est protocollum notariorum graecorum) et quoad acta Florentina per bullam unionis Graecorum latinam et graecam conclusa.

<sup>1</sup> cf. *Orientalia Christiana Periodica*, III (1937) 110-140, 403-455. IV (1938) 157-188, 372-422. V (1939) 151-185. VIII (1942) 15-39. XVI (1950) 358-376; *Miscellanea Historiae Pontificiae*, II, 2 (Roma 1940); *Acta Academiae Velehradensis*, XIII (1937) 81-105, 237-260. XIV (1938) 45-54, 138-148, 161-169. XV (1939) 193-211; *Gregorianum*, XVIII (1937) 337-360.

## ACTA FERRARIENSIA

## ANDREAS DE SANCTA CRUCE

Sessio sollemnis, 9 apr. 1438  
 Collatio I, 9 oct. 1438  
 Collatio II, 13 oct. 1438  
 Collatio III, 16 oct. 1438  
 Collatio IV, 20 oct. 1438  
 Collatio V, 25 oct. 1438  
 Collatio VI, 1 nov. 1438  
 Collatio VII, 4 nov. 1438  
 Collatio VIII, 8 nov. 1438  
 Collatio IX, 11 nov. 1438  
 Collatio X, 18 nov. 1438  
 Sessio, 27 nov. 1438  
 Collatio XI, 4 dec. 1438  
 Collatio XII, 8 dec. 1438  
 Collatio XIII, 13 dec. 1438  
 Sessio sollemnis, 10 ian. 1438

## PROTOCOLLUM GRAECUM

[Indictio concilii oecumenici, 9 apr. 1438]  
 Sessio I (Συνέλευσις), 8 oct. 1438  
 Sessio II, 13 oct. 1438  
 Sessio III, 16 oct. 1438  
 Sessio IV, 20 oct. 1438  
 Sessio V, 25 oct. 1438  
 Sessio VI, 1 nov. 1438  
 Sessio VII, 4 nov. 1438  
 Sessio VIII, 8 nov. 1438  
 Sessio IX, 11 nov. 1438  
 Sessio X, 18 nov. 1438  
 [Sessio XI, 27 nov. 1438]  
 [Sessio XII, 4 dec. 1438]  
 [Sessio XIII, 8 dec. 1438]  
 [Sessio ultima Ferrariae, 10 ian. 1438]

## ACTA FLORENTINA

## ANDREAS DE SANCTA CRUCE

Sessio particularis, 26 febr. 1439  
 Collatio I, 2 martii 1439  
 Collatio II, 5 martii 1439  
 Collatio III, 7 (8) martii 1439  
 Collatio IV, 10 martii 1439  
 Collatio V, 14 martii 1439  
 Collatio VI, 17 martii 1439  
 Collatio VII, 21 martii 1439  
 Collatio VIII, 24 martii 1439  
 Sessio sollemnis unionis Graecorum,  
 6 iul. 1439

## PROTOCOLLUM GRAECUM

Sessio I (Συνέλευσις), 26 febr. 1439  
 Sessio II, 2 martii 1439  
 Sessio III, 5 martii 1439  
 Sessio IV, 7 martii 1439  
 Sessio V, 10 martii 1439  
 Sessio VI, 14 martii 1439  
 Sessio VII, 17 martii 1439  
 [Sessio VIII, 21 martii 1439]  
 [Sessio IX, 24 martii 1439]  
 Bulla unionis latine et graece redacta,  
 promulgata, acceptata 6 iul. 1439

De unione Armenorum Andreas de Sancta Cruce adiungit textum bullae eorum unionis diei 22 nov. 1439.

## 1.

*Prima sessio communis Latinorum et Graecorum.*  
 9 aprilis 1438

Andreas de S. Cruce describit adventum imperatoris graecorum et patriarchae Constantinopolitani Venetias et Ferrariam eorumque receptionem solemnem, et primam sessionem communem conciliarem Latinorum et Graecorum adiungitque duo documenta, prius, mandatum

patriarchae appellatum, alibi non conservatum, alterum de decreto sessionis supradictae die 9 aprilis 1438. Ultimo pauca dicit de disputationibus privatis deputatorum latinorum et graecorum de Purgatorio. Quamvis duae historiae graecae de Concilio Florentino, scilicet Descriptio<sup>1</sup> et Syropulus<sup>2</sup>, de receptione Graecorum Venetiis et Ferrariae et de sessione publica diei 9 aprilis 1438 et de disputationibus privatis de Purgatorio descriptiones amplas reliquerint, nihilominus descriptio Andreae de S. Cruce habet suum valorem. Immo, sicut iam dixi, ipse solus textum mandati patriarchae praebet. Iuvat hic adiungere diploma<sup>3</sup> originale latinum-graecum, quod decretum conciliare continet, adhuc conservari.

## 2.

*Secunda sessio Latinorum et Graecorum.*

9 octobris 1438

Andreas de S. Cruce secundam sessionem publicam communem Latinorum et Graecorum Ferrariensem amplissime describit. Indicat enim exacte circumstantias historicas huius sessionis, dat nomina deputatorum latinorum et graecorum pro disputatione, dat textum oratoris primi, scilicet Bessarionis, deinde textum sermonis Andreae (Chrysobergis) archiepiscopi Rhodiensis, notatque etiam munus interpretis communis Nicolai (Sagundini), ultimo dat textum dialogi inter Marcum Eugenicum et Andream Chrysobergem. De chronologia huius sessionis est difficultas inter Andream de S. Cruce et Syropulum<sup>4</sup>, qui diem 6 octobris assignat; adhuc maior inter Andream de S. Cruce et Acta graeca<sup>5</sup>, quae aliter assignant dies, ipsis Actis notariorum graecorum dies 8 et 13 oct. referentibus unicam sessionem Andreae de S. Cruce in duas sessiones hanc dividitibus.

## 3.

*Tertia sessio Latinorum et Graecorum.*

13 octobris 1438

Andreas de S. Cruce breviter thema huius sessionis publicae indicat, scilicet modum procedendi in disputationibus publicis, et dicta oratorum latinorum et graecorum de illa causa, quae deputationi ad solutionem inveniendam remissa est.

## 4.

*Quarta sessio Latinorum et Graecorum.*

16 octobris 1438

Id quod Andreas de S. Cruce solum breviter innuit, in Actis graecis amplius narratur, quomodo Latini Graecis quoad quaestionem modi procedendi in disputationibus duas concessiones fecerint, scilicet praecedentiam et facultatem recitationis textuum etiam ampliorum pro argumentis; hi duo auctores assignant diem 15 octobris pro conclusione huius controversiae, dum Syropulus diem 14 octobris indicat.

<sup>1</sup> Cito editionem P. GILL in collectione nostra *Concilium Florentinum*, V, 1-2, Romae 1952, p. 1-26.

<sup>2</sup> Cito editionem CREYGHTON, Hagae 1660, sed consului saltem aliquando etiam codicem principalem Syropuli, scilicet Parisinum graecum 427; cf. CREYGHTON 80-84, 90-98, 110.

<sup>3</sup> Fuit editum a me in fasc. II vol. I *Concilium Florentinum*, 21-23.

<sup>4</sup> CREYGHTON 166.

<sup>5</sup> GILL 35-48, 49-58.

<sup>5</sup> cf. GILL p. LXXVIII.

Hac basi ordinis procedendi data Marcus Eugenicus poterat controversiam quaestionis, an liceret Symbolo Nicaeno formulam adiungere, incipere et longas citationes textuum in medium afferre in sessione publica<sup>1</sup> die 16 octobris. Hi textus sicut sermo ipse in lingua graeca prolati sunt et postea in linguam latinam translati. In hac sessione cardinalis Cesarini, postquam Marcus Eugenicus definitionem VII concilii oecumenici recitari fecit, codicem latinum huius concilii antiquissimum exhibuit, in quo *Filioque* iuxta affirmationem cardinalis habetur probatum etiam testimonio Chronicae Martinianae (Martini Oppaviensis, Chronicon). Cardinalis, id quod Andreas de S. Cruce non dicit, evidenter alludit ad epistolam Tarasii patriarchae ad Hadrianum I Papam. Sessio duravit per tempus longissimum, ita ut Andreas de S. Cruce relationem suam his verbis finiret (26v): *Quibus expositis assurreximus cuncti, hora iam vigesima prima.*

## 5.

*Quinta et sexta sessio Latinorum et Graecorum.*

20 et 25 octobris 1438

De his duabus sessionibus Andreas de S. Cruce paucissima habet; solum exhibet factum duarum sessionum et nomen oratoris, scilicet Andreae Chrysobergis, et causas, cur duos sermones huius archiepiscopi non reproduxerit. Causas indicat hoc modo (27r): *duas collationes domini Colossensis non curavi adscribere, quia formaliter collecte non fuere, sed quia in septima collatione (= sessione octava diei 4 novembris) ipse idem omnia repetiit, ideo non fuere hic adscripta, sed ibidem eius dicta videas, ubi declaravit, que hic in confuso expresserat.* Sed ex Actis graecis hi duo sermones eorumque citationes optime in summa reconstrui possunt; et addi ea, quae Andreas de S. Cruce die 4 novembris repetiit.

## 6.

*Septima sessio Latinorum et Graecorum.*

1 novembris 1438

Andreas de S. Cruce exhibet textum sermonis oratoris principalis huius sessionis, scilicet Bessarionis, qui prius dicta Andreae Chrysobergis repetiit breviter et postea responsum dedit. Hic sermo Bessarionis iuxta Syropulum<sup>2</sup> et iuxta Georgium Scholarium<sup>3</sup> erat redactus a Georgio Scholario tunc adhuc laico (postea patriarcha). Acta graeca<sup>4</sup> etiam textum ample in lingua graeca praebent.

## 7.

*Octava sessio Latinorum et Graecorum.*

4 novembris 1438

In hac sessione habetur iuxta Andream de S. Cruce et Acta graeca dialogus inter Bessarionem et cardinalem Cesarini, et textus horum sermonum ab Andrea et in Actis graecis datur.

<sup>1</sup> GILL 67 -87 ; CREYGHTON 169-170.<sup>2</sup> cf. CREYGHTON 174.<sup>3</sup> cf. PETIT - SIDERIDES - JUGIE, *Oeuvres complètes de Gennade Scholarios*, II, Paris 1929, XXIV.<sup>4</sup> GILL 138 -156 .

## 8.

*Nona sessio Latinorum et Graecorum.*

8 novembris 1438

Andreas de S. Cruce et Acta graeca<sup>1</sup> nobis tradunt textum vel versionem graecam oratoris latini huius sessionis, scilicet Ludovici (de Pirano) episcopi Foroliviensis, O. F. M. Prior etiam dialogos brevissimos cardinalis Cesarini et Bessarionis, quibus oratorem interruperunt, adnotat et impressionem optimam sermonis in audientibus et gratissima verba Bessarionis erga oratorem. Certe Andreas de S. Cruce textum sermonis Ludovici Foroliviensis melius expressit, dum Acta graeca solum dimidiam fere partem eius reproducunt et Syropulus nihil fere de eo habet.

## 9.

*Decima sessio Latinorum et Graecorum.*

11 novembris 1438

Andreas de S. Cruce est solus auctor, qui nobis tradit sermonis Ludovici Foroliviensis in sessione praecedente coepti continuationem sat longam. Simul cum Actis graecis<sup>2</sup> nobis relinquit sermonem coeptum a cardinali Cesarini de quaestione Symboli et continuatum in 4 sessionibus sequentibus, scilicet 18 nov. et 4, 8, 13 decembris. Syropulus nihil de Ludovici secunda parte sermonis habet, sed solum aliqua verba de dialogo inter Cesarini et Marcum Eugenicum. Sermo cardinalis Cesarini etiam independentem ab Andrea de S. Cruce et Actis graecis nobis traditus est, ac quidem in forma ampla<sup>3</sup>.

## 10.

*Undecima sessio Latinorum et Graecorum.*

18 novembris 1438

Andreas de S. Cruce diem 11, Syropulus<sup>4</sup> diem 18 novembris pro sessione conciliari indicant, item Acta graeca<sup>5</sup>. Marcus Eugenicus est prior orator huius sessionis, qui ad dicta etiam scripto Graecis data et ab eis accepta cardinalis Cesarini in congregatione praecedente, responsum dat ac quidem in forma quaestionum cardinali propositarum. Qui princeps Ecclesiae se declaravit promptum ad haec desideria Marci Eugenici adimplenda, sed cum clausula (46r): *cum hoc pacto respondeo, quod si respondendo non esset mea responsio sufficiens, quod non praedudicet veritati, vel aliis*. De hac re Andreas de S. Cruce et Acta graeca nos faciunt certiores; nam dialogum Marci Eugenici et cardinalis sat ample referunt, dum Syropulus hunc solum innuit.

<sup>1</sup> GILL 161-176.<sup>2</sup> GILL 176<sub>2</sub>-186<sub>2</sub>.<sup>3</sup> Hunc edidi in collectione *Orientalia Christiana*, XXII, 1, Romae 1931, 22-41, ibidem versionem graecam Nicolai Sagundini, 42-62.<sup>4</sup> CREYGHTON 175.<sup>5</sup> GILL 187.

## 11.

*Duodecima sessio Latinorum et Graecorum.*  
27 novembris 1438

De hac sessione Andreas de S. Cruce nihil fere habet<sup>1</sup>; probabiliter quia in hac nihil tractatum est inter Latinos et Graecos de Symbolo, sed solum de receptione solemnium legatorum Burgundiae coram concilio et de eius sermonibus actum est. Unice in sessione decima tertia describenda diei 4 decembris 1438 nomina legatorum Burgundiae indicat et sermonem unius legati scilicet abbatis generalis Cisterciensium nobis exhibet, qui tamen sessioni duodecimae melius ascribendus est. De hoc Andreas de S. Cruce meritum habet, quod *u n i c e* actis concilii Florentini textum huius sermonis inserit, dum neque Acta graeca neque Syropulus hunc textum exhibent. Attamen alibi textus plenus huius sermonis praeter acta concilii Florentini conservatus a me inventus et editus<sup>2</sup> est. De difficultatibus caeremonialibus, quas receptio legatorum imperatori praebuit, Andreas de Santacroce initio sessionis decimae tertiae aliqua habet, item Acta<sup>3</sup> graeca iam in sessione undecima, dum Descriptio<sup>4</sup> graeca ibidem et Syropulus<sup>5</sup> magis ample has res describunt.

## 12.

*Decima tertia sessio Latinorum et Graecorum.*  
4 decembris 1438 .

Andreas de S. Cruce huic sessioni minus recte inserit, sicut iam supra dixi, sermonem legati Burgundiae abbatis generalis Cisterciensium; saltem hoc retinendum est, in initio huius sessionis, difficultates inter legatos Burgundiae et imperatorem graecum antea ortas fuisse feliciter superatas, id quod etiam Andreas innuit et modo ampliore auctor Descriptionis graecae describit. Dialogus sequens inter Marcum Eugenicum et cardinalem Cesarini ab Andrea de S. Cruce et ab auctore Descriptionis graecae<sup>6</sup> describitur, attamen a posteriore paululum. Etiam in hoc excellit prior scriptor, quod interruptiones quinque imperatoris in hac discussione diligenter notavit.

## 13.

*Decima quarta sessio Latinorum et Graecorum.*  
8 decembris 1438

Andreas de S. Cruce refert primo aliqua verba imperatoris graeci de modo procedendi in discussionibus et responsum cardinalis Cesarini, postea discussionem inter Marcum Eugenicum et Cesarini, in qua hic longius disserit. Sessio iuxta Andream de S. Cruce duravit usque ad ho-

<sup>1</sup> Nihilominus etiam Andreas de S. Cruce cognoscit sessionem inter diem 11 novembris et 4 decembris habitam his verbis (51v-52r): *quia inter collucationem precedentem et hanc (4 decembris) solempnes ducis Burgundie legati advenerant, ac summo pontifici grecisve presentibus concilio ycumenico solempnem orationem fecerant, et imperatori grecorum nil dixerant in publico, nunc Cabilenensis episcopus ex oratoribus, qui ex duce venerant, primus assurgens hec inquit imperatori.*

<sup>2</sup> In fasc. II vol. III collectionis *Concilium Florentinum*, 63-70.

<sup>3</sup> GILL 212<sub>21</sub>-213<sub>4</sub>.

<sup>4</sup> GILL 212<sub>21</sub>-214<sub>8</sub>.

<sup>5</sup> CREYGHTON 175-177.

<sup>6</sup> GILL 214<sub>8</sub>-26.

ram 23., non obstante frigore et fame synodali. Syropulus nihil habet de hac sessione. Descriptio graeca<sup>1</sup> solum in una pagina brevissimam summulam rerum huius sessionis praebet.

## 14.

*Decima quinta sessio Latinorum et Graecorum.*

13 decembris 1438

Unice Andreas de S. Cruce hanc sessionem describit ac eam amplissimo modo, dum aliqua, scilicet verba Marci Eugenici in hac sessione ab initio iuxta Andream de S. Cruce relata, ab auctore Descriptionis graecae sessioni praecedenti assignantur. Haec verba Marci Eugenici sunt directa contra octo capitula sermonis cardinalis Cesarini in praecedente congregatione conciliari habiti, qui 28-30 capitula continebat, et respiciebant textus conciliorum. In fine sermonis sui Marcus Eugenicus habet exhortationem<sup>2</sup> de Symbolo conservando, hancque expositionem tum Andreas de S. Cruce tum auctor Descriptionis graecae praebent. Cardinalis in forma dialogi sat ample argumentationes Marci Eugenici refellit, cum explicatione multorum textuum canonicorum et patristicorum et conciliarium. Etiam haec sessio duravit iuxta Andream de S. Cruce usque ad horam 23., ingressa 24., (80v) *cunctis frigore, inedia, attentione agitatis.*

## 15.

*Decima sexta sessio Latinorum et Graecorum.*

10 ianuarii 1439

Andreas de S. Cruce huius ultimae sessionis Ferrariensis breviter refert, quomodo obiectum novum pro deliberationibus conciliaribus sit statutum, scilicet tractandum non amplius de Symbolo, sed de ipsa Processione Spiritus Sancti et quomodo fuerit decisum de hac re Florentiae tractatum fore, quia pestis periculum Ferrariae immineret. Ipse dat textum<sup>3</sup> decreti sessionis diei 10 ianuarii 1439 de translatione concilii Florentiam. Etiam auctor Descriptionis graecae<sup>4</sup> textum bullae sessionis ultimae Ferrariensis dat, sed imperfecte. Hic auctor sicut Syropulus de praeambulis translationis concilii, scilicet de discussionibus inter ipsos solos Graecos ante horum consensum huic decreto dandum, complura habet. Tractatus<sup>5</sup> inter papam et Florentiam die 18 decembris conclusus de libertate et securitate concilia nobis alibi traditus est.

## 16.

*Acta Florentiae inter Latinos et Graecos.*

26 februarii usque ad 6 iulii 1439

Ante sessionem particularem diei 26 februarii 1439 Andreas de S. Cruce nobis describit, quomodo Graeci Florentiae sollemniter recepti sint, additque epistolam<sup>6</sup> Eugenii IV, qua ex Florentia translatum iam concilium principibus annuntiat eosque hortatur, ut concilio frequentando

<sup>1</sup> GILL 215<sub>2-35</sub>.<sup>2</sup> GILL 216<sub>1-217</sub>.<sup>3</sup> Edidi hunc in fasc. II vol. I *Concilium Florentinum*, 60<sub>23-61</sub><sub>25</sub>.<sup>4</sup> GILL 224<sub>31-225</sub><sub>7</sub>.<sup>5</sup> Edidi hunc in fasc. I vol. III *Concilium Florentinum*, 50<sub>1-54</sub>.<sup>6</sup> Edidi hanc epistolam, Florentiae die 27 iun. 1439 datam, iuxta diploma aliquod originale in fasc. II vol. I *Concilium Florentinum*, 61<sub>28-62</sub><sub>28</sub>.



per legatos et praelatos auxilium praestent. Auctor Descriptionis graecae<sup>1</sup> describit etiam egressum sollemnem Papae ex Ferraria eiusque iter Florentiam, ingressum sollemnem patriarchae<sup>2</sup> graeci Florentiam et post tres dies receptionem sollemnem imperatoris<sup>3</sup>; Syropulus<sup>4</sup> simili modo hoc facit.

17.

*Sessio particularis*

26 februarii 1439

Dum Syropulus<sup>5</sup> et Acta graeca<sup>6</sup> iam hanc sessionem tamquam primam sessionem publicam Florentinam designant, rectius Andreas de S. Cruce notat solum actum esse de deliberatione deputationis 40 synodaliū latinorum et 40 synodaliū graecorum, de modo procedendi in sessionibus publicis Florentinis, de obiecto, de tempore.

18.

*Prima sessio publica Florentina de Processione Spiritus sancti.*

2 martii 1439

Principalis orator huius sessionis erat Ioannes de Montenegro (Montenero, familia Ianuensis) O. P., cuius verba ab Andrea de S. Cruce et a notariis Actorum graecorum<sup>7</sup> referuntur. In medium attulit post introductionem de methodo, quam sequitur, Patres graecos, Pseudo-Dionysium Areopagitam, Epiphanium, Basilium, Gregorium Nazianzenum, interrogans aliquando Marcum Eugenicum et mox ac quidem saepius respondens quaestionibus sibi ab hoc metropolitano positis. Praeter has expositiones Andreas de S. Cruce notat auxilium praestitum oratori latino per Ambrosium generalem Camaldulensium. Acta graeca referunt<sup>8</sup> Andream Fratrem (archiepiscopum Rhodi) locum aliquem Basilii et Epiphanii in graeco recitasse, id quod etiam cum aliqua nota Andreae de S. Cruce, quamvis hic nomen recitantis omittat, concordat; solum hic de recitatione Basilii tacet. Interrogatio Bessarionis ad Ioannem de Montenegro in eadem sessione et responsum solum in Actis indicantur. Syropulus de hac et sequentibus sessionibus publicis mensis martii nihil fere habet.

19.

*Secunda sessio publica Florentina de Processione Spiritus sancti.*

5 martii 1439

Andreas de S. Cruce et Acta graeca<sup>9</sup> ample nos docent de hac sessione. Orator latinus Ioannes de Montenegro et Marcus Eugenicus inter se disputant de sensu alicuius loci Pseudo-Basilii in V libro contra Eunomium; sed propter difficultatem, quae proveniebat ex forma-

<sup>1</sup> GILL 225<sub>18</sub>-226<sub>14</sub>.

<sup>2</sup> GILL 226<sub>24-28</sub>.

<sup>3</sup> GILL 226<sub>29</sub>-227<sub>17</sub>.

<sup>4</sup> CREYGHTON 211-214.

<sup>5</sup> CREYGHTON 216.

<sup>6</sup> GILL 239<sub>5</sub>.

<sup>7</sup> GILL 250<sub>20</sub>-273<sub>39</sub>.

<sup>8</sup> GILL 263<sub>11</sub>; 271<sub>16-17</sub>.

<sup>9</sup> GILL 274<sub>1</sub>-295<sub>9</sub>.

tione diversa theologica amborum, orator latinus erat coactus, ut explicaret complures conceptus theologicos familiares Latinis. Semper recurrebatur ad textum originalem graecum, qui publice recitatus est, et ad contextum; etiam aliquis locus ex libro III contra Eunomium citatus est, ut sensus Basili erueretur. Sed praecise hic locus erit obiectum discussionum posteriorum sessionum. Etiam in hac sessione Acta graeca<sup>1</sup> faciunt Bessarionem quaerentem aliquid ab oratore latino, de qua re et responso nihil dictum est apud Andream de S. Cruce.

## 20.

*Tertia sessio publica Florentina de Processione Spiritus sancti.*

7 (8) martii 1439

Andreas de S. Cruce differt in chronologia ab Actis graecis<sup>2</sup>; prior diem 8 martii, posteriora rectius diem 7 martii pro hac sessione assignant, de cuius actis ambo ceteroquin non pauca habent eaque concordia. Centrum disputationis inter Marcum Eugenicum et Ioannem de Montenegro est collocatum in authentia loci Basili, Contra Eunomium, lib. III, cap. 1 (Migne PG 161, 326 A-B) aut deneganda (Eugenicus) aut demonstranda (Montenegro):

## Lectio Latinorum

Τίς γὰρ ἀνάγκη, τῷ ἀξιῶματι τρίτον καὶ τῇ τάξει ἐστὶ τὸ Πνεῦμα, τρίτον καὶ τῇ φύσει εἶναι; Τῷ γὰρ ἀξιῶματι δεύτερον τοῦ Υἱοῦ, ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον καὶ ἐξ αὐτοῦ λαμβάνον καὶ ὅπως τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐξημμένον ὁ τῆς εὐσεβείας παραδίδωσι λόγος.

## Lectio Graecorum

Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιῶματι τρίτον καὶ τῇ τάξει ἐστὶ τὸ Πνεῦμα, τρίτον καὶ τῇ φύσει εἶναι; Τῷ γὰρ ἀξιῶματι δεύτερον εἶναι τοῦ Υἱοῦ, ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας παραδίδωσι λόγος.

Ioannes de Montenegro pro hac lectione postulavit codicem Cusanum (Nicolai de Cusa) ex Constantinopoli allatum; insuper affirmavit apud Latinos non esse usum falsificandi codices, dum talia exempla in Oriente habita sint, ex. gr. temporibus concilii Ephesini; etiam contextus Basili cohaeret cum textu. Eugenicus e contra asseruit Constantinopoli esse 4 vel 5 codices, qui continerent textum breviorum; etiam in Occidente accidisse falsificationes, ex. gr. temporibus Zosimi Papae in quaestione alicuius canonis praetensi concilii Nicaeni; Basilium in epistola ad fratrem Gregorium Nyssenum aliter docuisse ac sententiam textus a Latinis acceptati. Ioannes causam falsificationis fuisse in Oriente auctores schismatis instat, et epistolas papales Ferrariae a cardinali Cesarini recitatas loqui de textu originali latino et graeco actorum concilii Nicaeni in archivio papali; sensum epistolae Basili ad Gregorium Nyssenum esse alium. In cursu disputationis orator latinus imperatorem byzantinum alloquens (saltem iuxta Acta graeca<sup>3</sup>) explicavit, quantum momentum habeat terminologia philosophica et theologica, et illustravit inprimis conceptum naturae, sequens Aristotelem, et Patres Athanasium, Basilium, Augustinum. Hoc modo voluit sensum naturae in loco suprascripto Basili stabilire.

## 21.

*Quarta sessio publica Florentina de Processione Spiritus sancti.*

10 martii 1439

Iuxta Andream de S. Cruce et Acta graeca<sup>4</sup> iterum in hac sessione discutiebatur inter Marcum Eugenicum et Ioannem de Montenegro, an citatio ex S. Basilio, Contra Eunomium, lib. III,

<sup>1</sup> GILL 294<sub>24-26</sub>.<sup>2</sup> GILL 205<sub>10</sub>.<sup>3</sup> GILL 313<sub>19-29</sub>.<sup>4</sup> GILL 318<sub>22-330</sub>.

c. 1 authentica sit. Andreas de S. Cruce notavit etiam codicem Dorothei Mitylenensis habere illum textum Basilii, et cardinalem Cesarini dixisse (99v): *Hic in civitate hac sunt tres libri et duo faciunt pro nobis*. Imperator byzantinus asseruit (99v); *Diximus pridie quod in Costantino poli non sunt ita*. Pretiosa et sat concrete descripta relatio Andreae de S. Cruce in concordia cum Actis graecis (GILL 327) quam de sermone Ioannis de Montenegro dedit, qui etiam homiliam S. Basilii pro sententia Latinorum attulit et versionem latinam Hugonis Aetheriani. En eius verba (99v-100r): *Provincialis (Ioannes de Montenegro) ... Item nos habemus translata hanc auctoritatem tempore Alexandri tertii, quod sunt ultra trecentum anni ... Cum pridem essem in domu domini Sancte Sabine (Cesarini) et esset nobiscum Frater Ambrosius (Traversari), qui habet bonum donum interpretationis, qui ita de facili legit linguam latinam ex scripturis grecis, ut si latine forent, allatus fuit quidem liber grecus valde antiquus et in membranis, ubi sunt multa opera Basilii; quem protulit quidam peritus interpret literarum grecarum, nomine Leonardus Aretinus huius civitatis cancellarius. Dum Frater Ambrosius haberet librum, et quereremus de epistola Basilii, occurrit una homilia eiusdem de Spiritu sancto, feci illam legi, sperans quia si Basilius alicubi dixit quid de spiritu sancto, in hac etiam dicet. Audivi eam totam, et cum fuit in hoc passu, gratias retuli spiritui sancto*. Marcus Eugenicus contra Latinos inprimis S. Ioannem evangelistam adduxit et patres Athanasium et Gregorium Nazianzenum, dum Ioannes de Montenegro argumentationem ex S. Scriptura sibi pro alia sessione reservavit et interim insistit maxime in testimoniis Patrum graecorum, inprimis Basilii et Athanasii, sed etiam hic nondum plenam argumentationem patristicam peregit, quae ab eo erit facta in duabus sessionibus dierum 21 et 24 martii. Andreas de S. Cruce refert narratiunculam de hoc dialogo inter imperatorem (indignatum de longa expositione Ioannis) et Ioannem de Montenegro (102r): *Imperator. Scitis, quod convenimus, quod disputantes responderent ad quesita brevibus verbis, hic dicta sunt tot verba, quod nescimus, unde incipiamus, et dies non sufficerent, et videtur, ut in alia (sessione) sequamur brevius. Provincialis. Sum longus, quia longa propositio*. Etiam Acta graeca referunt verbaliter fere verba imperatoris, sed tacent de responso Ioannis de Montenegro.

## 22.

*Quinta sessio publica Florentina de Processione Spiritus sancti.*

14 martii 1439

Dialogus inter Marcum Eugenicum et Ioannem de Montenegro ab Andrea de S. Cruce et a notariis Actorum graecorum<sup>1</sup> concorditer reproducitur. Iterum disputatum est de S. Basilio. Sed aliquis locus homiliae S. Basilii conduxit disputantes de themate Processionis Spiritus sancti ad quaestionem de donis Spiritus sancti, id quod etiam imperatori displicuit, ita ut cum papa tractaret ac quidem cum successu. Declaratione Ioannis de Montenegro de unico principio spirationis in S. Trinitate est factus pons pro meliore reciproca intelligentia.

## 23.

*Sexta sessio publica Florentina de Processione Spiritus sancti.*

17 martii 1439

Andreas de S. Cruce et Acta graeca<sup>2</sup> bene referunt de longissima expositione Marci Eugenicii contra doctrinam *Filioque* cum recitatione textuum ex S. Scriptura et Patribus graecis et de

<sup>1</sup> GILL 330<sub>0</sub>-363<sub>29</sub>.<sup>2</sup> GILL 364<sub>4</sub>369<sub>34-37</sub>.

dialogo inter eum et Ioannem de Montenegro, interceptis aliquando interruptione ex parte cardinalis Cesarini<sup>1</sup> et imperatoris<sup>2</sup>. Iterum rediit Marcus Eugenicus<sup>3</sup> ad celebrem citationem ex capite primo libri tertii contra Eunomium. Sed orator dominicanus de valore manuscriptorum antiquorum pro sententia Latinorum dixit; simile quid cardinalis Cesarini affirmavit. Iterum fuit Graecis dictum Ecclesiam catholicam unicum principium spirationis in S. Trinitate agnoscere. Cardinalis Cesarini sessionem finivit, his verbis ab Andrea de S. Cruce notatis (114v): *Satis, pro nunc, quia dominus Ephesinus fuit longus in responsione.*

## 24.

*Septima sessio publica Florentina de Processione Spiritus sancti.*

21 martii 1439

U n i c u s orator huius sessionis erat Ioannes de Montenegro, quia iuxta declarationem imperatoris ab Andrea de S. Cruce et etiam ab auctore Descriptionis graecae datam Graeci non erant prompti ad disputationem faciendam<sup>4</sup> et ipse Marcus Eugenicus erat absens. Sermo latinus videtur esse integre conservatus in ipsa narratione Andreae de S. Cruce, dum auctor Descriptionis graecae tantum summam<sup>5</sup> huius sermonis nobis dat. Thema oratoris latini erat demonstratio doctrinae catholicae *Filioque*; in medium protulit multa argumenta cum propriis explicationibus ex *Scriptura* sacra et ex Patribus latinis Augustino, Ambrosio, Hilario, Hieronymo, Fulgentio (Pseudo-Augustino), Isidoro (Hispalensi), Gregorio Magno, Ioanne Diacono, Leone Magno, ex scriptore Boetio, et ex conciliis oecumenicis Chalcedonensi, Constantinopolitano III, et ex conciliis particularibus Toletanis.

## 25.

*Octava sessio publica Florentina de Processione Spiritus Sancti.*

24 martii 1439

Iterum u n i c u s orator huius sessionis erat Ioannes de Montenegro, cuius sermo longissimus ab Andrea de S. Cruce nobis traditus est, dum auctor Descriptionis graecae<sup>6</sup> tantum unam fere paginam de sermone praebet. Orator synodalibus pro doctrina catholica Processionis Spiritus sancti testimonia cum explicationibus ex Patribus graecis proposuit Basilio, Epiphanio, Didymo, Athanasio, Cyrillo Alexandrino, Gregorio Nazianzeno. Impressio quam orator in audientibus excitavit, ita describitur ab Andrea de S. Cruce (130r-130v) *His expositis, silentium maximum perceptum est locutione finita; fuerat namque loquente magistro ad eius verba quis [que] intentus.* Isidorus metropolita Kioviensis desideravit sermones scripto exaratos huius et praecedentis sessionis, quibus orator locutus fuerat (130v) *per VIII horas et plus.* Etiam imperator, sicut auctor Descriptionis graecae<sup>7</sup> hoc notat, idem petiit. Eorum desiderium fuit adimpletum iuxta declarationem cardinalis Cesarini. Notare adhuc iuvat, id quod scimus ab Andrea de S. Cruce, auctoritates Patrum graecorum fuisse in textu originali recitatas ab Ambrosio generali Camaldulensium.

<sup>1</sup> GILL 382<sub>27-29</sub>.<sup>2</sup> GILL 373<sub>33-37</sub>.<sup>3</sup> GILL 383<sub>1-22</sub>.<sup>4</sup> GILL 394<sub>2-9</sub>.<sup>5</sup> GILL 393<sub>25-30</sub>, 394<sub>10</sub>-396<sub>20</sub>.<sup>6</sup> GILL 397<sub>4</sub>-398<sub>13</sub>.<sup>7</sup> GILL 398<sub>24-26</sub>.

## 26.

*Acta de unione Graecorum ante concordiam in primo articulo decreti unionis, de concordiae formula' de morte patriarchae graeci eiusque testamento.*

ab aprili usque ad 10 iunii 1439

Sessiones publicae Florentinae de unione Graecorum cessaverunt fine martii; solum die 6 iulii 1439 sessio publica eaque definitiva celebrata est, in qua unio promulgata est. Sed strenue etiam extra sessiones laboratum est pro unione sive apud Latinos sive apud Graecos; non defuerunt sessiones particulares ipsorum Graecorum separatim, et Latinorum separatim, non defuerunt variae occasiones contactus morales inter deputationes utriusque partis, non defuit zelus ipsius papae, qui energice diversis mediis opus unionis promovit. Apud Andream de S. Cruce nihil relatum est de sessionibus separatim Graecorum, de quibus ab auctoribus graecis certiores sumus; sed de sessionibus separatim Latinorum optime ab eo docemur, item de tractatis reciprocis inter papam, deputatosque Latinos et Graecos.

Andreas de S. Cruce nos certiores facit de ultimis actis ante concordiam Latinorum et Graecorum in primo articulo decreti unionis, scilicet de Processione Spiritus sancti. Primo nobis dat brevem conspectum generalem de actis inter imperatorem et papam aliosque. Postea dat textum sermonis papae die 1 iunii 1439 habitum ad Graecos, praesentibus etiam Latinis. Etiam auctor Descriptionis graecae<sup>1</sup> loquitur de hoc sermone, sed dat chronologiam forte rectiorem diei 27 maii. Papa loquitur de suo zelo unionis faciendae, conqueritur de remissione zeli unionis in cordibus Graecorum prius melius dispositorum, denique verba facit de bono spirituali et temporali unionis. Responsum metropolitae Russiae Isidori<sup>2</sup> ab Andrea de S. Cruce brevissime relatum, non erat negativum, sed cum aliqua spe coniunctum. Quae a Graecis inter se acta sint post hunc sermonem, scimus imprimis ab auctore Descriptionis<sup>3</sup>. Andreas de S. Cruce solum de bona fama sparsa nos certiores facit inter Graecos crevisse multum actionem pro unione, et de votis publicis Graecorum (excepto Marco Eugenio) factis consentiente patriarcha et impetratore, in favorem sententiae catholicae Processionis Spiritus Sancti. Immo nobis praebet textum formulae concordiae ab eis acceptatae, quae cum primo capitulo decreti futuri unionis Graecorum verbotenus fere concordat; etiam Syropulus<sup>4</sup> nobis hanc primam formulam concordiae in extenso dat.

Andreas de S. Cruce merita patriarchae graeci pro unione laudat, eius mortem die 10 iunii 1439 factam notat, item eius sepulturam honorificam in ecclesia S. Mariae Novellae, immo versus inscriptos super tumulum eius.

## 27.

*De actis Latinorum et Graecorum circa articulos decreti unionis Graecorum post mortem patriarchae usque ad 5 iulii 1439*

Andreas de S. Cruce, de cuius opere mihi imprimis agendum est, habet non pauca de actis inter diem 10 iunii usque ad 5 iulii 1439 circa decretum unionis Graecorum remote et proxime praeparandum. Eius valor consistit in descriptione rerum a Latinis pro hac causa exhi-

<sup>1</sup> GILL 404<sub>13</sub>-405<sub>4</sub>.<sup>2</sup> GILL 405<sub>5</sub>-23.<sup>3</sup> Ad libitum interpretis.<sup>4</sup> CREYGHTON 236-237; Paris. gr. 427, 157r-157v.

bitarum et maxime in textibus formularum praeviarum et sermonum oratorum latinorum exhibendis. Suppletur optime ab auctore Descriptionis, aliquando, sed raro etiam a Syropulo.

Andreas de S. Cruce, sicut nobis iam praebuit textum formulæ praeviae de Processione Spiritus sancti, ita nobis dat etiam textum aliarum formularum praeviarum de aliis articulis decreti unionis Graecorum.

Cum formula praevia de Purgatorio coniungit sermonem Iuliani Cesarini iam Ferrariae habitum, qui formulam de Purgatorio in professione Michaelis Palaelologi habitam ex Scriptura sacra et ex Traditione et ratione theologica demonstrat. Quamvis Andreas de S. Cruce de circumstantiis Florentinis huius quaestionis nihil dicat, eius textus sermonis Iuliani Cesarini erat usque ad annum 1920 unicus textus notus, usquedum Rev. mus Ludovicus Petit versionem graecam huius sermonis coevam concilio edidit et paucis annis postea auctor huius libri textum plenum latinum, independentem a traditione Andreae de S. Cruce, detexit et edidit<sup>1</sup>.

Andreas de S. Cruce nobis dat textum formularum praeviarum de Symbolo (additione ad Symbolum), de materia consecrationis eucharisticae, de Primatu, de iuribus patriarcharum.

Postea textus duorum sermonum Ioannis de Montenegro de Primatu, et duorum sermonum Ioannis de Torquemada de materia et forma Eucharistiae nobis praesentat, non neglectis aliquibus circumstantiis horum sermonum.

## 28.

*Prior sermo Ioannis de Montenegro de Primatu.*

16 iunii 1439

Dum Syropulus nihil de hoc sermone dicit et auctor historiae *Praktika*<sup>2</sup> tantum pauca verba, Andreas de S. Cruce longum sermonem praebet, qui parvum tractatum de argumentis pro Primatu Pontificis Romani efficit. Haec ex Scriptura sacra, ex Patribus Augustino, Leone Magno, Ioanne Chrysostomo, ex conciliis Chalcedonensi et Constantinopolitanis III et IV, et quattuor epistolis collectionis Pseudo-Isidori desumpta sunt. Scriptor non omisit narrare circumstantias sermonis, praesentiam papae, imperatoris, eius fratris Demetrii, cardinalis Cesarini, aliquorum metropolitaram graecorum et aliquorum synodalium latinorum, interruptionem sermonis per cardinalem Cesarini, qui duo argumenta adiunxit, scilicet ex Ioanne Chrysostomo et epistola Papae Agathonis et monuit oratorem hunc omisisse aliqua verba explicanda formulæ praeviae, quae illustratio erat munus oratoris. Etiam post sermonem adiunxit Cesarini aliquem locum ex VII concilio. Immediate post sermonem de Primatu Ioannes de Torquemada debuit explicare formulam praeiviam de S. Eucharistia, scilicet de materia et forma.

## 29.

*Sermo prior Ioannis de Torquemada de SS. Eucharistia.*

16 iunii 1439

Solus Andreas de S. Cruce nos de hoc sermone bene informat; auctor Descriptionis<sup>3</sup> solum thema sermonis indicat neque nomen oratoris manifestat, immo falso Ambrosium (Traversari) loquentem facit<sup>4</sup>. De materia SS. Eucharistiae Iohannes de Torquemada proposuit argumenta

<sup>1</sup> In collectione *Orientalia Christiana*, XVI, 3, Romae 1929, 285-298.

<sup>2</sup> GILL 448<sub>25-28</sub>.

<sup>3</sup> GILL 448<sub>29-31</sub>.

<sup>4</sup> GILL 448<sub>23</sub>.

ex Scriptura sacra et ex Pseudo-Gregorio Magno. De forma S. Eucharistiae citavit Patres Pseudo-Dionysium Areopagitam, Ambrosium, Augustinum, Ioannem Chrysostomum, Ioannem Damascenum. Cum argumentis positivis orator coniungit considerationes speculativas de convenientia doctrinae catholicae. Explicite agnoscit validitatem et liceitatem pro Graecis usus panis fermentati, quamvis decentius et rationabilius aestimet adhibere panem azymum pro consecratione Eucharistiae. Andreas de S. Cruce dicit papam exhortatum esse Graecos post sermonem Ioannis de Torquemada, ut formulas deputationis latinae acceptent. Sed imperator declaravit se velle cum suis adhuc considerare has formulas.

## 30.

*Sermo alter Ioannis de Montenigro O. P. de Primatu.*

20 (vel iam 18) iunii 1439

Solus Andreas de S. Cruce textum huius sermonis et occasionem dat. Graeci desiderabant aliquas dilucidationes dubiorum, quae de priore sermone Ioannis de Primatu habebant, et papa obtulit Graecis occasionem, ut a Ioanne de Montenigro docerentur. Hic demonstravit epistolas decretales Romanorum Pontificum posse bene adduci tamquam argumenta, cum etiam concilia oecumenica eas laudaverint. Primatum papae non esse merum honorem, sed potestatem iurisdictionis. Papam habere potestatem convocandi concilia oecumenica. Potestatem papae se extendere non solum mediate, sed etiam immediate ad omnes fideles, episcopos, metropolitans, patriarchas. Citationes desumpsit ex conciliis oecumenicis, ex epistolis authenticis paparum Leonis I, Ioannis II, Martini I, Agathonis, aliquando etiam ex Pseudo-Isidori collectione, ex Patribus S. Augustino, S. Ioanne Chrysostomo, immo etiam ex legibus civilibus Iustiniani I. Cardinalis Cesarini, qui cum aliquo Graeco, « Arathensi », dialogum habuit brevem, citavit Ioannem Chrysostomum et donationem apocrypham Constantini, qui duo loci graece recitati sunt. Postea Ioannes de Torquemada sermonem alterum de S. Eucharistia habuit.

## 31.

*Sermo Ioannis de Torquemada alter de SS. Eucharistia.*

20 (vel iam 18) iunii 1439

Unicus auctor, qui hunc sermonem nobis reliquit, est Andreas de S. Cruce. Ioannes de Torquemada publice tractavit ample de forma SS. Eucharistiae, scilicet de verbis consecrationis. Desumpsit argumenta ex S. Scriptura, ex Patribus latinis<sup>1</sup> Ambrosio et Augustino et graecis Pseudo-Dionysio Areopagita, Basilio, Ioanne Chrysostomo, Ioanne Damasceno et Liturgia byzantina, et ex Summa Theologica S. Thomae Aquinatis. Post sermonem sequebantur quaestiones Graecorum de eodem themate, inprimis Isidori Kioviensis, quibus theologus dominicanus respondit, una vice etiam breviter loquente cardinali Cesarini. Papa aliqua verba exhortationis ad Unionem amplectendam Graecis dedit.

## 32.

*Acta inter Latinos et Graecos die 26 iunii 1439.*

Iuxta narrationem Andreae de S. Cruce et etiam Descriptionis graecae<sup>2</sup>, quae tamen minus completa quam prior auctor est, fuit habita in palatio apostolico (apud S. Mariam Novellam)

<sup>1</sup> Etiam Pseudo-Eusebius Emisenus et Pseudo-Augustinus (= Paschasius Radbertus) ab eo citati sunt.

<sup>2</sup> GLL 452<sup>27-37</sup>.

sessio cardinalium et praelatorum latinorum, dum in alia aula eiusdem palatii Graeci interim exspectabant. Cardinalis Placentinus (Branda) synodalibus latinis aperuit iuxta desiderium imperatoris graeci pro promovendo negotio unionis esse eligendos ex parte Latinorum et Graecorum senos deputatos, qui cum papa et imperatore de conclusione Unionis tractarent et, si difficultates exsurgerent, coram synodalibus referrentur et communi sententia delerentur. Fuerunt ex parte Latinorum deputati cardinalis Cesarini, episcopi Morinensis (Therouane) et Legionensis (León) et tres theologi Ioannes de Montenigro O. P. et Ioannes de Torquemada O. P. et Thomas de Sarzana (Parentucelli, papa futurus sub nomine Nicolai V). Sex deputati latini surrexerunt et ad papam accesserunt, ceteri synodales remanserunt in suis locis. Fuit imperator graecus rogatus, ut sex deputatos mitteret; hic destinavit quattuor metropolitas, quorum tria nomina sunt ab Andrea indicata, scilicet Heracleensem, « Russiae » (Isidorum Kioviensem), Nicaenum (Bessarionem), et duos presbyteros. Coram his 12 deputatis, sex latinis et sex graecis, qui interim apud papam per tempus longum fuerant, et synodalibus latinis aliis cardinalis S. Sabinae (Cesarini) hora iam 17<sup>a</sup> nuntiavit sessionem proximam<sup>1</sup> die sequente fore. Offerebatur Latinis et Graecis, quia (149v) *aestus et calor erat maximus ultra meridiem ... et hora iam 18<sup>a</sup> deputata est ibidem Latinis et Grecis potus aliquis (?) et collatio reffectiva spiritus pro volentibus.*

## 33.

*Sessio Latinorum.*

27 iunii 1439

U n i c u s auctor, qui de sessione Latinorum in praesentia Papae ante meridiem diei 27 iunii 1439 in palatio apostolico (apud S. Mariam Novellam) habita tractat, est Andreas de S. Cruce. Hic narrat, quomodo Cesarini cardinalis conspectum historicum de toto negotio Unionis in concilio Florentino tractato et de difficultatibus Graecorum superatis dat et de quinque articulis principalibus iam a Graecis acceptatis. Textum horum articulorum recitat et etiam annuntiat Graecos de verbis consecrationis in sessione publica declarationem esse facturos. Papa laudat id quod deputati latini in causa horum articulorum egerint et determinat, ut synodales latini quaternos deputatos eodem die vespere hora 20<sup>a</sup> ex unoquoque trium statuum concilii (scilicet 1. cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum, 2. abbatum et procuratorum Ordinum, 3. Doctorum clericorum et praelatorum) eligerent, qui cum 12 deputatis graecis de ultima redactione bullae Unionis super basi iam acceptata quinque articulorum agerent.

## 34.

*De redactione ultima bullae unionis Graecorum.*

28 iunii usque ad 4 iulii 1439

De tempore et loco deputationis et numero deputatorum latinorum et graecorum pro redactione ultima decreti unionis Graecorum apud Andream de S. Cruce relata sunt, quae in historiis duabus graecis Concilii Florentini omnino fere desunt. Ex altera parte in his duobus libris, in primis in Descriptione<sup>2</sup>, discussiones de aliquibus punctis habentur, quas Andreas non habet.

<sup>1</sup> Andreas de S. Cruce non distinguit clare in narratione sua, an agatur de sessione communi deputatorum latinorum et graecorum die 27 iunii habenda; de facto eius relatio de sermone Iuliani Cesarini diei 27 iunii supponit solum praesentes synodales latinos ac quidem omnes.

<sup>2</sup> GILL 454<sub>22</sub>-458<sub>2</sub>.



Andreas assignavit exacte tempus discussionum, scilicet mane et vespere ab 28 iunii usque ad 4 iulii, locum scilicet sacristiam<sup>1</sup> ecclesiae S. Francisci (S. Croce), numerum duodecim<sup>2</sup> deputatorum pro utraque parte. Ultimo ipse solus notavit die 4 iulii 1439 in eodem loco nominato fuisse textum latinum et graecum bullae lectum et unanimiter acceptatum.

## 35.

*Sessio Latinorum.*

4 iulii 1439

Iuxta Andream de S. Cruce die 4 iulii 1439 vespere sessio Latinorum in praesentia papae in palatio apostolico habita est, cardinalis S. Sabinae (Cesarini) relationem fecit de actis deputatorum latinae et graecae inter dies 28 iunii et 4 iulii mane, quae de textu bullae unionis Graecorum concordēs factae sunt. Papa fecit legi publice hunc textum in lingua latina et graeca redactum, per subdiaconum apostolicum Thomam (Parentucelli, qui est factus papa sub nomine Nicolai V). Quo textu probabiliter solum in textu latino recitato papa gratias Deo egit de opere unionis peracto et deputatos laudavit. Cum decretum concors sit, inquit Summus Pontifex, cum articulis iam prius omnium synodaliū consensu acceptatis, ipso iure approbatur; deinde indicat sessionem sollemnem (de hoc decreto) octava apostolorum SS. Petri et Pauli in ecclesia cathedrali fore, ubi ipse Missam celebrabit. Hae notitiae habent valorem specialem, quia neque *Praktika* neque Syropulus de hac sessione loquuntur.

## 36.

*Declaratio Graecorum contra Epiclesim in sensu dissidentium conceptam.*

5 iulii 1439

Ex auctoribus historicis coaevis imprimis Andreas de S. Cruce et ex aliis documentis *u n i c e* protocollum originale<sup>3</sup> die 17 augusti 1439 de eadem re redactum de declaratione publica Graecorum de verbis consecrationis eucharisticae contra interpretationem schismaticam epiclesis nobis referunt. Nominē Graecorum Bessarion locutus est in praesentia papae, synodaliū latinorum, et maioris partis Graecorum die 5 iulii vespere in palatio apostolico; ipse ad suspicionem removendam Graecos non credere Sacramentum Eucharistiae confici per verba Domini, declarat solemniter: se sequendo sanctos Doctores Ecclesiae, imprimis S. Ioannem Chrysostomum, (153r) *admittere verba dominica esse, quae mutant et transsubstantiant panem illum in corpus Christi et vinum in sanguinem*. Insuper professus est materiam consecrationis esse panem triticeum sive fermentatum sive azymum, ministrum esse sacerdotem, formam esse (sicut iam supra dixit) verba Domini, ultimo sacerdotem debere habere intentionem consecrandi panem et vinum. Syropulus<sup>4</sup> refert substantialiter recte declarationem Bessarionis. Papa gaudium suum de declaratione Bessarionis expressit. Cardinalis decanus Sacri Collegii Cardinalium declaravit Latinos cum doctrina a Bessarione recitata concordare. Ultimo Bessarion Papae gratias agit.

<sup>1</sup> Descriptio graeca solum generaliter ecclesiam S. Francisci nominat; GILL 454<sub>24-25</sub>; 457<sub>24</sub>.

<sup>2</sup> Descriptio minus exacte numerum sex deputatorum ex utraque parte indicat; GILL 457<sub>15</sub>.

<sup>3</sup> Edidi hoc in fasc. II vol. III collectionis *Concilium Florentinum*, 25<sub>1</sub>-26<sub>20</sub>.

<sup>4</sup> Cf. CREYGHTON 293.

## 37.

*Promulgatio sollemnis unionis Graecorum.*

6 iulii 1439

Breviter Andreas de S. Cruce sollemnitatem promulgationis unionis Graecorum describit. Hanc fuisse celebratam die 6 iulii in praesentia synodaliū latinorum et graecorum in ecclesia cathedrali secundum ordinem conciliarem, etiam multitudinem populi cum nobilibus dominis ad ecclesiam venisse, quae tamen non omnes fideles capere poterat. Synodales latini et graeci papae reverentiam exhibuerunt ante Missam. Graeci hymnum *Veni Creator Spiritus* in lingua graeca cantaverunt et Missae latinae papae cum devotione interfuerunt. Post Missam sessio publica conciliaris aperitur, throno papali ad altare posito et orationibus consuetis dictis. Postea cardinalis S. Sabinae (Cesarini) textum latinum decreti unionis Graecorum legit, deinde archiepiscopus Nicaenus (Bessarion) textum graecum. Andreas de S. Cruce exhibet textum latinum bullae cum subscriptionibus Latinorum et versione latina subscriptionum synodaliū graecorum. Descriptio Andreae est certe amplior quam Descriptio graeca in opere *Praktika*<sup>1</sup> exhibita et ita optime supplet auctorem huius historiae et optime concordat cum notitiis chronistarum Florentiae.

## 38.

*De reditu imperatoris byzantini.*

26 aug. 1439

Andreas de Sanctacruce nobis dat chronologiam exactam discessus imperatoris graeci (Ioannis VIII Palaeologi) ex urbe Florentiae, scilicet die 26 augusti 1439, itemque sollemnitatis externae, qua ab omnibus cardinalibus in egressu e Florentia et a tribus cardinalibus in reliquo territorio reipublicae Florentiae honoratus est. Neque auctor Descriptionis graecae neque Syropulus nobis has duas notitias pretiosas reliquerunt.

## 36.

*Quid Andreas de S. Cruce nobis de unione Armenorum referat.*

Quamvis pauca scriptor Andreas de S. Cruce nobis dicat de unione Armenorum, non sunt spernenda ea, quae nobis reliquit. Ex eo certiores finus de (157v) *sacramentis fidei* cum Armenis post discessum Graecorum usque ad 8 novembris tractatum fuisse, de aliquibus membris deputationis latinae a papa et ab concilio pro his disputationibus designatae, scilicet cardinalibus Ostiensi (Antonio Correr), S. Crucis (Nicolao Albergati), S. Sabinae (Iuliano Cesarini) ac (157v) *doctoribus pluribus*, de loco disputationum, scilicet palatio apostolico (apud S. Mariam Novellam), et de frequentia earum, scilicet (157v) *quasi diebus singulis*. Andreas nobis insuper exhibet tria documenta, scilicet copiam epistolae (5 iulii 1438) patriarchae Armenorum Constantini pro oratoribus suis ad concilium missis, copiam epistolae regentis (consulis) Pauli Imperialis in urbe Caffa (Feodosia in Crimea) residentis Summo Pontifici Eugenio IV die 1 decembris 1438 missae, ultimo textum bullae unionis Armenorum, subscriptionibus et versione armena omissis. Si quis studio comparativo has res historicas nobis ab Andrea traditas cum aliis fontibus Con-

<sup>1</sup> GILL 458<sub>2-13</sub>; 467<sub>19-31</sub>.

cilii Florentini contulerit, agnoscere debet aliquas notas unice ab eo datas esse; hae inprimis disputationes praeparatorias decreti Armenorum respiciunt. Textus epistolae consulis Pauli Imperialis Eugenio IV missae aliunde non est notus. Duo alia documenta sunt copiae non spernendae, certo iam anno 1439 exaratae.

## VII.

## CONCORDANTIAE VERBALES VEL PAENE VERBALES INTER SANTACROCE ET ACTA GRAECA

Historiam latinam Concilii Florentini, quam Andreas de Sanctacruce scripsit, esse magni momenti, iam ex duobus capitulis ultimis (V et VI) elucet. Sed profundius adhuc cognoscemus inesse tum relationibus historicis Andreae Santacroce tum actis notariorum graecorum (sive Actis graecis) maximum valorem, si concordantiae verbales vel paene verbales horum duorum fontium in tabellis sequentibus praesentatae a legentibus attente considerabuntur. Indicabo semper vocabula (vel vocabulum) characteristicam initiorum et finium in variis partibus sessionum publicarum, et personam loquentis. Non extendi studium meum de comparatione ad meras allusiones, ad similitudines, quia iam ex concordantiis verbalibus conclusiones securae deduci possunt.

*Sessiones publicae Ferrarienses*

SANTACROCE (ed. Hofmann)

ACTA (ed. Gill)

I collatio (8 vel 9 oct. 1438)

- |   |  |
|---|--|
| 1. Eugenius : si quid — accommodetur<br>(40 <sub>5-6</sub> )  | ἐὰν συμβῆ — λογιστέον<br>(49 <sub>10-11</sub> )  |
| rev.mi patres — adiunctione<br>(40 <sub>6-8</sub> )   | τῇ ὑμετέρα αἰδεσιμότητι — προσθήκης<br>(49 <sub>14-16</sub> )  |
| hec est nostre disputationis intentio<br>— ad diem alium<br>(40 <sub>9-11</sub> )                         | περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως — πρὸς ἑτέραν<br>συνέλευσιν<br>(49 <sub>19-21</sub> )                                  |
| 2. Andreas Rhodi : Nos et ipsi rogamus —<br>clara, pura et non dubia (responsa)<br>(40 <sub>13-15</sub> ) | Καὶ ἡμεῖς — τὰς ἀποκρίσεις ποιῆσθαι καθα-<br>ρῶς καὶ τελείως, καὶ μὴ .. ἀσαφῆσι (λέξει)<br>(50 <sub>8-16</sub> ) |
| 3. Eugenius : Dominus — schisma<br>(40 <sub>17-26</sub> )   | Ὁ κύριος — σχίσμα<br>(51 <sub>16-52<sub>22</sub></sub> )   |
| Nunc — assequi optatum finem<br>(40 <sub>27-36</sub> )  | νῦν — εἰς τὸ προκείμενον ἔργον<br>(52 <sub>23-53<sub>20</sub></sub> )  |
| 4. Andreas Rhodi : Quod secundo — evan-<br>gelio<br>(41 <sub>5-20</sub> )                                 | τὸ δεύτερον — εὐαγγέλιον<br>(54 <sub>26-55<sub>34</sub></sub> )  |
| 5. Eugenius : Romana ecclesia — non sa-<br>tisfaciunt hec quesito<br>(41 <sub>21</sub> )                  | ἡ ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία — οὐκ ἀναγκαῖα πρὸς<br>τὸ λύσαι<br>(56 <sub>5-8</sub> )                                       |
| diffinitiones antiquorum conciliorum le-<br>gantur constitutiones — nisi forma<br>(40 <sub>32-34</sub> )  | ἀναγνώσεως τῶν ὄρων — ἀναγκαιοτάτην<br>(56 <sub>29-30</sub> )  |
| addiderit — nec a patribus<br>(40 <sub>24-25</sub> )  | προσθήκην — πατέρων<br>(57 <sub>19-21</sub> )  |

SANTACROCE (ed. Hofmann)

ACTA (ed. Gill)

6. Andreas Rhodi: Dico — licite factum est  
(41<sub>29-30</sub>)

ἀποδείξομεν — ὡς ἀληθὲς καὶ ἀναγκαῖον προ-  
σετέθη  
(58<sub>27-31</sub>)

## II collatio (13 oct. 1438)

1. Andreas Rhodi: Tue sanctitatis — pri-  
die fuere proposita  
(41<sub>35-36</sub>)
2. Cesarini cardinalis: pacta serventur —  
posset  
(42<sub>5-6</sub>)
3. Ioannes de Montenegro: quilibet servet  
ordinem — (modus) inquisitionis  
(42<sub>27-30</sub>)
4. Cesarini: Iubet dominus noster — de-  
putati  
(42<sub>35-39</sub>)
5. Imperator: surgamus — de convenien-  
dis  
(43<sub>1</sub>)

τοῦ μακαριωτάτου πατρός — τὰ εἰρημένα κε-  
φάλαια  
(59<sub>5-8</sub>)

τηρῶνται, αἱ συμφωνίαι — οὐδὲν δύναται γίνεσθαι  
(61<sub>1-2</sub>)

δεῖ... τηρεῖν τὴν τάξιν — συζητήσεως  
(64<sub>1-10</sub>)

ὀρίζει μοι ὁ μακαριώτατος πατήρ — οἱ ἐκλελεγ-  
μένοι  
(65<sub>3-16</sub>)

ἀναστῶμεν — ἵνα διαλέξωνται  
(65<sub>18-22</sub>)

## III collatio (16 oct. 1438)

1. Eugenius: Quoniam nobis fuit conces-  
sum — conciliorum  
(43<sub>24-25</sub>)
2. Cesarini: servare necesse est promissa  
— nostra parte  
(43<sub>26-30</sub>)
3. Eugenius: Legemus — prout expedie-  
rit  
(43<sub>34</sub>)
- Rogamus paternitatem vestram —  
nostram propositionem  
(43<sub>34-36</sub>)
4. lectum est Nicenum (Constantinopoli-  
tanum) symbolum  
(44<sub>1</sub>)

ἐνεδόθη — συνόδων  
(66<sub>12-15</sub>)

δίκαιόν ἐστιν ἵνα φυλάξωμεν τὰς ἡμετέρας  
συμφωνίας — ἡμετέρας θελήσεως  
(67<sub>1-11</sub>)

Ἐναγνώσθησεται — ὅσα ἀνήκει  
(67<sub>14-16</sub>)

παρακαλοῦμεν δὲ τὴν ὑμέτεραν ἀγάπην —  
τὰς ἡμετέρας δικαιολογίας  
(67<sub>28-33</sub>)

ἀνεγνώσθη τὸ σύμβολον  
(68<sub>3</sub>)

*Dum in Actis graecis textus conciliorum et  
Patrum plene reproducuntur, Santacroce potius  
solum innuit eos in hac sessione*

5. Eugenius: Duo videntur esse inquiren-  
da — continebatur (symbolum Con-  
stantinopolitanum) in primo (Niceno)  
(44<sub>9-41</sub>)
6. Eugenius: Audistis, rev. patres — reii-  
cimus  
(45<sub>24-29</sub>)

δύο ζητῆσαι ἀξιόν — δυνάμει τὸ δεύτερον  
περιέχοντος  
(69<sub>24-72,37</sub>)

Ἐκούσατε — ἀποβαλλόμεθα  
(86<sub>20-87,22</sub>)

SANTACROCE (ed. Hofmann)

7. Cesarini: Quia placet — per notarios  
scripta auscultentur  
(45<sub>35-36</sub>)

IV collatio (20 oct. 1438)

V collatio (25 oct. 1438)

*De his duabus collationibus Santacroce nihil  
fere refert*

VI collatio (1 nov. 1438)

1. Bessarion: Auditis — prohibitio in ter-  
tia synodo  
(46<sub>26-50</sub>)
2. Bessarion: Secundo dixistis — fidei ex-  
positionem  
(50<sub>8</sub>)
3. Bessarion: Tertio arguistis — non fue-  
runt adiecte (declarationes)  
(50<sub>10-13</sub>)  
dicitis — ad futurum conventum  
(50<sub>16-24</sub>)

VII collatio (4 nov. 1438)

Bessarion: ad plura — querimus  
(51<sub>31-51</sub>)

VIII collatio (8 nov. 1438)

Ioannes episc. Foroliviensis: vos rev. pa-  
tres — arguitis sic  
(56<sub>13-62</sub>)

IX collatio (11 nov. 1438)

1. Cesarini: Quia ex utraque parte — di-  
sputationes  
(72<sub>28-33</sub>)
2. Imperator: Dicat — placet  
(72<sub>4</sub>)
3. Cesarini: Tangam radicem — symbo-  
lum neque Nicenum neque Constan-  
tinopolitanum  
(72<sub>35-73</sub>)
4. Cesarini: amovet certa Niceno concilio  
— cum correptione sanctissimi domi-  
ni nostri, et imperatoris, et aliorum  
(73<sub>25-76</sub>)

ACTA (ed. Gill)

ἐπειδὴ ἐζητήσατε — ἀναγνωσθῆναι τὰ... ἀνα-  
γεγραμμένα παρὰ τῶν νοταρίων  
(87<sub>32-88</sub>)

ἀκροασάμενοι — ἡ τρίτη σύνοδος

(138<sub>3-153</sub>)

Δεύτερον εἶπατε — πίστεως ἔννοιαν

(153<sub>15-16</sub>)

Τρίτον προστεθέν

(153<sub>26-154</sub>)

ἔτι λέγετε — ἐν τῇ μελλούσῃ συνελεύσει  
(155<sub>3-156</sub>)

Πρὸς τὰ πλείω — ζητοῦμεν  
(156<sub>17-160</sub>)

ὁμῆς, αἰδεσιμώτατοι πατέρες — ἐπιχειρεῖτε  
οὕτως

(161<sub>5-176</sub>)

Ἐπειδὴ ἐξ ἑκατέρου μέρους — παρ' ὑμῖν

(176<sub>24-177</sub>)

Εἰπάτω — εἰπάτω

(177<sub>13</sub>)

Ἄφομαι τοίνυν τῆς ῥίζης — οὔτε τὸ ἐν  
Νικαίᾳ (σύμβολον) οὔτε τὸ ἐν Κωνσταντινου-  
πόλει

(177<sub>14-178</sub>)

ἀρεῖ ἀπὸ τοῦ συμβόλου τοῦ ἐν Νικαίᾳ —  
ὑπὸ διορθώσει τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς  
καὶ κυρίου ἡμῶν καὶ τοῦ γαληνοτάτου βα-  
σιλέως καὶ τῶν ἄλλων πατέρων

(178<sub>20-186</sub>)

SANTACROCE (ed. Hofmann)

ACTA (ed. Gill)

## X collatio (18 nov. 1438)

- |  |   |
|--|---|
| 1. Eugenicus : Nos, amati patres — Interrogo, an ita se habeat argumentum vestrum.<br>(77 <sub>16</sub> -78 <sub>9</sub> ) | Ἡμεῖς, ὦ φίλοι πατέρες — οὕτως ἔχει τὸ σὸν ἐπιχείρημα ;<br>(187 <sub>4</sub> -189 <sub>9</sub> )        |
| 2. Cesarini : audivi gratañter — dicam<br>(78 <sub>12-23</sub> )   | ἤκουσα ἄσμενος — ἐρῶ<br>(189 <sub>9</sub> -190 <sub>8</sub> )   |
| 3. Eugenicus : non quero — nisi ut dicatis aut sic aut non<br>(78 <sub>24-26</sub> )                                       | οὐ δέομεθα — ἢ οὐ<br>(190 <sub>9-15</sub> )   |
| 4. Imperator : Isti patres — respondeat alius<br>(78 <sub>27-28</sub> )  | Οἱ πατέρες — οἱ ἄλλοι<br>(190 <sub>16-17</sub> )  |
| 5. Eugenicus : Querimus — breviter respondeatis<br>(78 <sub>30-31</sub> )  | Ζητοῦμεν — ἐν ὀλίγοις ... τὰς ἀποκρίσεις εἰπάτω<br>(190 <sub>20-22</sub> )                              |
| 6. Cesarini : non interrogetis — Dicatis, quicquid vobis placet.<br>(78 <sub>32-37</sub> )                                 | μηδὲν ἐρωτᾶς εἰπὲ δ χρῆζεις<br>(190 <sub>27-30</sub> )  |
| 7. Eugenicus : Convenistis — Estne ita ?<br>(78 <sub>38-79<sub>2</sub></sub> )   | Συνεφώνησας — ἢ ἄλλως ;<br>(191 <sub>8-17</sub> )   |
| 8. Cesarini : Placet — professio fuit imposita per synodum, vel non ?<br>(79 <sub>3-6</sub> )                              | Ἄρᾶσκει — ἢ ὁμολογία ἐκεῖνη ἐδέχθη παρὰ τῆς συνόδου ἢ οὐ ;<br>(191 <sub>18-28</sub> )                   |
| 9. Eugenicus : professionem, ut Charisii — non ut catholice fidei<br>(79 <sub>7-8</sub> )                                  | Ἐδέχθη ὡς ἰδία — κοινή<br>(191 <sub>29</sub> )  |
| 10 Cesarini : Fecistis duo quesita — expositionem sue fidei<br>(81 <sub>3-6</sub> )  | Δύο τινὰς ἐρωτήσεις ἐποιήσω — τὴν ἑαυτοῦ ὁμολογίαν<br>(196 <sub>9-16</sub> )                            |
| 11. Cesarini : Nunc respondeo — symbolum<br>(81 <sub>27-31</sub> )   | νῦν ἀποκρινοῦμαι — σύμβολον<br>(197 <sub>33</sub> -198 <sub>11</sub> )                                  |
| 12. Eugenicus : Illud symbolum — non tetigerunt symbolum<br>(82 <sub>3-10</sub> )  | Ἐκεῖνο τὸ σύμβολον — τοῦ συμβόλου οὐχ ἤψαντο<br>(198 <sub>24</sub> -199 <sub>4</sub> )                  |
| 13. Cesarini : (in synodo Ephesina) querens (Cyrillus) — ne perdamus tempus<br>(84 <sub>1-20</sub> )                       | ὁ Κύριλλος ἠρώτησε τὴν σύνοδον — τὸν καιρὸν ἐπὶ ματαίῳ<br>(204 <sub>5</sub> -205 <sub>24</sub> )        |
| 14. Eugenicus : Nos istos sermones — unio christianorum<br>(84 <sub>23-34</sub> )  | Ἡμεῖς... τοὺς τοιοῦτους λόγους — ἢ τῶν χριστιανῶν ὁμόνοια<br>(205 <sub>25</sub> -206 <sub>14</sub> )    |
| 15. Cesarini : Quia tempus est carior res — sicut de illo <i>Filioque</i><br>(84 <sub>36</sub> -86 <sub>17</sub> )         | Ἐπειδήπερ ὁ καιρὸς ἐστὶ τὸ ποθεινότατον πρᾶγμα — ἐκ τοῦ Υἱοῦ<br>(206 <sub>16</sub> -210 <sub>27</sub> ) |
| 16. Eugenicus : Ad illa, que primo dicta sunt — parati sumus<br>(86 <sub>23-36</sub> )                                     | Πρὸς μὲν τὰ πρότερον εἰρημένα - ἔτοιμοί ἐσμεν<br>(210 <sub>28</sub> -211 <sub>21</sub> )                |

SANTACROCE (ed. Hofmann)

ACTA (ed. Gill)

17. Cesarini: Sunt inter alios articulos —  
in aliis articulis erimus bene concordes

(86<sub>37</sub>-87<sub>7</sub>)

Μετὰ τῶν ἄλλων ἄρθρων — ἐν τοῖς ἄλλοις  
ὁμονόησομεν

(211<sub>2</sub>-212<sub>17</sub>)

*Sessiones publicae Florentinae* (collatio I sessio particularis)

I collatio (2 martii 1439)

1. Ioannes de Montenegro: Cum benedictione sanctissimi domini nostri — habere debeatis

(135<sub>19</sub>-136<sub>36</sub>)

Μετὰ τῆς εὐλογίας τῆς ἀγιότητος τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς — ἔχειν ὀφείλετε

(250<sub>22</sub>-253<sub>32</sub>)

2. Eugenicus: Rev. patres et domini. Ad prima quidem — que volui respondere

(136<sub>37</sub>-137<sub>14</sub>)

Αἰδεσιμώτατοι κύριοι καὶ πατέρες, πρὸς μὲν τὰ πρῶτα — δ' ἐβουλόμην, ἀπεκρινάμην

(253<sub>33</sub>-254<sub>32</sub>)

3. Ioannes: Intelleximus — quero, si sic intelligitis

(137<sub>15</sub>-24)

Συνήκαμεν — ἐρωτῶ οὖν, εἰ οὕτω νοεῖς

(254<sub>33</sub>-255<sub>22</sub>)

4. Eugenicus: Talem — Spiritus sanctus

(137<sub>26</sub>-27)

Τοιαύτην — τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον

(255<sub>23</sub>-25)

5. Ioannes: Placet, habemus — procedit a Filio

(137<sub>28</sub>-31)

Ἄρῆσκει μοι, ἔχομεν — ἐκ τοῦ Υἱοῦ

(255<sub>26</sub>-256<sub>3</sub>)

6. Ioannes: Placet quod dictum est — a Filio

(137<sub>35</sub>-138<sub>6</sub>)

Ἄρῆσκει μοι τὸ ῥηθέν — τοῦ Υἱοῦ

(256<sub>7</sub>-33)

7. Eugenicus: Cum pollicitus — Spiritum accipere esse a Filio

(138<sub>7</sub>-30)

Ἵποσχόμενος — ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον

(256<sub>34</sub>-258<sub>18</sub>)

8. Ioannes: Audivimus que dixisti — capiant esse a Deo?

(138<sub>31</sub>-36)

Συνήκαμην τὰ εἰρημένα σοι..παρὰ τοῦ θεοῦ — τὸ εἶναι λαμβάνει;

(258<sub>19</sub>-259<sub>2</sub>)

9. Eugenicus: Hoc ita — accipiant esse

(138<sub>37</sub>-38)

Τοῦτο οὕτω — παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχει

(259<sub>3</sub>-5)

10. Ioannes: Confitemini — a Deo?

(138<sub>39</sub>)

Συγχωρεῖς — παρὰ τοῦ θεοῦ;

(259<sub>6</sub>-7)

11. Eugenicus: Confitemur — accipiunt esse

(138<sub>40</sub>)

Συγχωρῶ — αἰτίαν ἔχουσι

(259<sub>8</sub>-9)

12. Ioannes: in dicto Epiphani — cum dicitur: est (a Filio)

(139<sub>1</sub>-5)

ἐν τῷ ῥητῷ τοῦ Ἐπιφανίου — ἡνῖκα λέγει. Ἔστι

(259<sub>14</sub>-23)

13. Ioannes: Nemo novit — accipiat esse

(139<sub>17</sub>-25)

Οὐδὲ... οἶδεν — ἔχει τὸ εἶναι

(259<sub>32</sub>-260<sub>17</sub>)

14. Eugenicus: Dicitis, rev. pater — a persona utriusque?

(139<sub>28</sub>-29)

Λέγει ἡ σὴ αἰδεσιμότης — ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν;

(260<sub>18</sub>-25)

15. Ioannes: cum dicimus — unum principium ... a Patre in Filium

(139<sub>30</sub>-32)

ἡνῖκα λέγομεν — ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐπὶ τὸν Υἱόν ἔστιν

(260<sub>28</sub>-34)

- | SANTACROCE (ed. Hofmann)   | ACTA (ed. Gill)   |
|--|---|
| 16. Eugenicus : Dum intelligitis — capiat esse ?<br>(139 <sub>33-38</sub> )  | Εἰ... νοεῖται — ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ<br>(260 <sub>35</sub> -261 <sub>10</sub> )  |
| 17. Ioannes : Nos intelligimus — Filio qui habet unam substantiam cum Patre<br>(140 <sub>1-3</sub> )   | Ἡμεῖς συγχωροῦμεν — ἡ αὐτὴ ἐστὶν οὐσία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ<br>(261 <sub>11-15</sub> )   |
| 18. Eugenicus : concessistis — iam clare Basilius declaravit a persona Patris tantum<br>(140 <sub>10-17</sub> )  | Ἐδωκας ἡμῖν — ἤδη καθαρῶς ὁ μέγας Βασίλειος ἀπεφῆνατο ἐκ μόνης τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς<br>(261 <sub>25</sub> -262 <sub>4</sub> )  |
| 19. Ioannes : Quod dicitis — bene facit ad propositum<br>(140 <sub>18-24</sub> )   | Ἐν οἷς λέγεις — τὰ ῥήματα ποιοῦσι πρὸς τὸ προκείμενον<br>(262 <sub>7</sub> -263 <sub>7</sub> )  |
| 20. Eugenicus : Querimus — explana<br>(140 <sub>32-35</sub> )  | ἔρωτῶμεν — ἀπόκριναί<br>(263 <sub>14-23</sub> )   |
| 21. Eugenicus : Si vos ostendissetis per auctoritatem Epiphani — Iterum querimus<br>(141 <sub>3-11</sub> )   | Εἰ ἀπέδειξας τοῦτο ἐκ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου — πάλιν οὖν ἐρωτῶμεν<br>(263 <sub>35</sub> -264 <sub>16</sub> )   |
| 22. Eugenicus : Secundum confessionem — procedere a Patre tantum<br>(141 <sub>15-17</sub> )  | Κατὰ τὸ συγκεχωρηκὸς — ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς εἶναι<br>(264 <sub>20-25</sub> )   |
| 23. Ioannes : Ibidem disputat Basilius — secundum testimonium Basili<br>(141 <sub>18-26</sub> )  | Ὅτε ταῦτα ὁ μέγας Βασίλειος — ἡ δὲ δευτέρα τοῦ μεγάλου Βασιλείου<br>(264 <sub>27</sub> -265 <sub>9</sub> )  |
| 24. Eugenicus : Supposuistis — ita vos dixistis<br>(141 <sub>28-34</sub> )   | ὑπέθου — οὕτω ταῦτα λέγεις<br>(265 <sub>11-23</sub> )   |
| 25. Ioannes : ego dixi — ab alio<br>(141 <sub>38-39</sub> )  | λέγομεν — ἐκ τινος<br>(265 <sub>28-32</sub> )   |
| 26. Ioannes : Dicimus quod essentia et persona sunt unum et idem secundum rem, et differunt secundum modum intelligendi — quomodo intelligitis dictum Basili ?<br>(142 <sub>6-20</sub> ) | ἡμεῖς δὲ λέγομεν ὅτι ἡ οὐσία καὶ τὸ πρόσωπον ἢ ἡ ὑπόστασις εἰσι ταῦτὸν κατὰ τὸ πρᾶγμα, καὶ διαφέρουσι κατὰ τὸν τρόπον τῆς ἡμετέρας νοήσεως — παρακαλῶ ἵνα εἴπητε ἡμῖν καὶ περὶ τοῦ ῥητοῦ τοῦ μεγάλου Βασιλείου<br>(266 <sub>22</sub> -267 <sub>19</sub> ) |
| 27. Eugenicus : Quomodo distinguuntur ab invicem in divinis persona ab essentia — quid vult significare ... a persona<br>(142 <sub>21-27</sub> )   | Ὅπως διαφέρουσιν ἀλλήλων οὐσία τε καὶ ὑπόστασις ἐπὶ τῶν θείων — ἐκ τῆς ὑποστάσεως ;<br>(267 <sub>20-34</sub> )  |
| 28. Ioannes : Dixi — procedere<br>(142 <sub>28</sub> -143 <sub>12</sub> )  | Ἐγὼ εἶπον — ἐκπορεύεσθαι<br>(268 <sub>1</sub> -269 <sub>22</sub> )  |
| 29. Eugenicus : Videtis, patres, quod verbum est non iacet — nec colligitur quod proposuistis<br>(143 <sub>23-27</sub> )   | βλέπετε, πατέρες, ὅτι τὸ Ἔστιν οὐ πρόκειται — οὐδὲ συνάγει τὸ παρ' ἡμῶν προτεθέν<br>(271 <sub>18-30</sub> )   |



SANTACROCE (ed. Hofmann)

30. Ioannes : Quod hoc verbum est — per  
processum communicatur esse  
(143<sub>28-36</sub>)
31. Eugenius : Etiam si consideremus —  
quia consubstantialis  
(143<sub>38</sub>-144<sub>16</sub>)
32. Ioannes : Ego habeo duo dicta — ideo  
oportet, quod vos ostendatis (codi-  
cem Basili) (144<sub>17-24</sub>)

ACTA (ed. Gill)

- Ἔστιν οὐ κεῖται τὸ Ἔστιν — λαμβάνειν τὸ  
εἶναι διὰ τῆς ἐκπορεύσεως  
(272<sub>1-20</sub>)
- Ἄν δὲ δῶμεν τοῦτο κατὰ συγχώρησιν — ὡς  
ὁμοούσιον  
(272<sub>21</sub>-273<sub>27</sub>)
- Ἔχω δύο — ὀφείλομεν οὖν ἰδεῖν  
(273<sub>28-38</sub>)

## II collatio (5 martii 1439)

1. Ioannes de Montenegro : dimisimus in  
precedenti congregatione — latine...  
legam, et inde in greco, vel e contra  
(144<sub>30</sub>-145<sub>2</sub>)
2. Ioannes : Basilius vult — Spiritum dicat  
(145<sub>30-34</sub>)
3. Eugenius Auctoritas — ex alia parte  
(145<sub>34</sub>)
4. Eugenius : Cum Basilius dicit — sylla-  
bizassent et ista ostendissent  
(146<sub>2-12</sub>)
5. Ioannes : Ex verbis tuis — Spiritum  
(146<sub>13-17</sub>)
6. Eugenius : Intentio magni Basili —  
non ab extrinseco  
(146<sub>18-25</sub>)
7. Ioannes : Dicitis, quod intentio Basili —  
in prima convenimus  
(146<sub>26-41</sub>)
8. Eugenius : Cum ego suscepissem ex-  
positionem vestram — eiusdem na-  
ture et consubstantialis  
(147<sub>1-18</sub>)
9. Ioannes : Ea, que dixi in alia congrega-  
tione — placet, ut veniatis ad tertium  
(147<sub>20-28</sub>)
10. Eugenius : Dixistis — causam esse Spiritus  
(147<sub>35-37</sub>)
11. Ioannes : Non bene replicas  
(147<sub>38</sub>)
12. Eugenius : Quando audimus — intelli-  
gere debemus ... causam ?  
(147<sub>39-40</sub>)
13. Ioannes : De necessitate cogimur dicere  
— exemplum ... nihil facit ad propo-  
situm  
(148<sub>1-8</sub>)
- Παρελείψαμεν ἐν τῇ προλαβούσῃ — ἐρῶ πρῶ-  
τον τὸ λατινικόν, εἶτα τὸ ἑλληνικόν  
(274<sub>2-29</sub>)
- Ὁ μέγας Βασίλειος βούλεται — λέγει ... τὸ  
Πνεῦμα  
(274<sub>31</sub>-275<sub>9</sub>)
- Τοῦτο — ἐξ ἑτέρου  
(275<sub>10</sub>)
- Ὅταν ὁ μέγας Βασίλειος λέγει — συνελογί-  
ζοντο τοῦτο καὶ ἀπεδείκνυον  
(275<sub>17</sub>-276<sub>3</sub>)
- Ἄπὸ τῶν σῶν ῥημάτων — τὸ Πνεῦμα  
(276<sub>4-14</sub>)
- Ὁ σκοπὸς τοῦ μεγάλου Βασιλείου — οὐκ ἐξω-  
θεν  
(276<sub>16-31</sub>)
- Λέγεις διὰ τὸ σκοπὸς τοῦ Βασιλείου — πρὸς  
γὰρ τὸ πρῶτον συμφωνοῦμεν  
(276<sub>32</sub>-277<sub>34</sub>)
- Ἐγὼ τὴν σὴν ἐξήγησιν παραδεξάμενος — ὡς  
ὁμοφυῆς αὐτῷ καὶ ὁμοούσιος  
(277<sub>35</sub>-279<sub>3</sub>)
- Ἄ εἶπον ἐν τῇ ἑτέρᾳ συνελεύσει — διὰ τοῦ-  
το ἔλθῃ ἐν τῷ τρίτῳ  
(279<sub>4-21</sub>)
- Εἶπας — αἰτία τοῦ ἁγίου Πνεύματος  
(279<sub>29-35</sub>)
- Οὐ λέγομεν οὕτως  
(280<sub>7</sub>)
- Ἄν δὲ ἀκούσωμεν — νοεῖν ὀφείλομεν... τὴν  
αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ;  
(280<sub>3-10</sub>)
- ἀναγκαίως ἀναγκαζόμεθα νοεῖν — τὸ δὲ πα-  
ράδειγμα οὐκ ἔστι πρὸς τὸ προκείμενον  
(280<sub>13-32</sub>)

- | SANTACROCE (ed. Hofmann)   | ACTA (ed. Gill)   |
|--|---|
| 14. Eugenicus : Ea, que dicta sunt per Beatum Basilium ... dimittenda sunt nunc — a substantia Patris et Filii ?<br>(148 <sub>9-12</sub> ) | Τὰ μὲν τοῦ Βασιλείου κατὰ τὸ παρὸν — ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἐστὶν αὐτῶν ;<br>(280 <sub>33-281</sub> <sub>2</sub> ) |
| 15. Ioannes : Actiones — verum ?<br>(148 <sub>13</sub> )   | αἱ ἐνέργειαι — ἀληθές ;<br>(281 <sub>4-7</sub> )  |
| 16. Ioannes : non est possibile in divinis — persone sunt unum, ubi non est oppositio relativa<br>(148 <sub>16-21</sub> )                  | ἐπὶ τῶν θεῶν οὐκ ἐστὶν — τὰ πρόσωπα ἓν εἶναι · οὐ γὰρ ἐστὶν ἀντίθεσις ἀναφορικῆ<br>(281 <sub>13-24</sub> )    |
| 17. Eugenicus : Ego non possum concludere — dicta doctorum<br>(148 <sub>24-26</sub> )  | Ἐγὼ οὐ δύναμαι συνάψαι — ἀκολούθως τοῖς διδασκάλους<br>(281 <sub>27-32</sub> )                                |
| 18. Andreas Rhodi : Propter equivocacionem — primam intelligimus personam (Patris)<br>(148 <sub>30-34</sub> )                              | τὸ γεννῶν τῆν ἀμφιβολίαν ὁμωνυμία — νοοῦμεν τὸ τοῦ Πατρὸς πρόσωπον<br>(282 <sub>1-12</sub> )                  |
| 19. Imperator : Non videtur posse responderi duobus, maxime ad invicem differentibus<br>(148 <sub>38-39</sub> )                            | Οὐδὲν δύνανται οἱ ἡμέτεροι ἀπολογεῖσθαι τοῖς δυσὶ καὶ ταῦτα μαχομένους ἀλλήλοις<br>(282 <sub>15-17</sub> )    |
| 20. Ioannes : Nos dicimus, quod Isaac ut suppositum — ut veritas habeatur<br>(149 <sub>3-23</sub> )  | ἐρῶ..ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰσαάκ ἐστὶν — ἵνα ἐξετάσωμεν τὴν ἀλήθειαν<br>(282 <sub>19-283</sub> <sub>7</sub> )            |
| 21. Eugenicus : Collegi ex dictis tuis — causam Spiritus ?<br>(149 <sub>25-29</sub> )  | Συνήγαγον ἐκ τῶν σῶν λόγων — αἰτία ;<br>(284 <sub>1-11</sub> )  |
| 22. Ioannes : ego dixi, quod pro finali habenda veritate — omnes intelligunt<br>(150 <sub>10-15</sub> )                                    | Ἐγὼ εἶπον..ὅτι ἡ τελευταία ἀνάλυσις — πάντες νοοῦσιν<br>(285 <sub>13-26</sub> )                               |
| 23. Eugenicus : Videamus dicta vestra — nec in humanis<br>(150 <sub>18-26</sub> )  | Ἰδωμεν..τῶν παρὰ σοῦ εἰρημένων — οὔτε ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων<br>(286 <sub>2-19</sub> )                            |
| 24. Ioannes : Volo ... hoc ostendendo — textus in greco antiquissimus<br>(150 <sub>27-151</sub> <sub>4</sub> )                             | Βούλομαι ἀποδείξαι — ἰδὲ ἀρχαιότατον βιβλίον<br>(286 <sub>21-287</sub> <sub>20</sub> )                        |
| 25. Eugenicus : substantia Patris et Filii — nunc ingrediamur ad auctoritatem (Basili)   | οὐσίαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ — νῦν οὖν πρὸς τὴν ἐξέτασιν χωρήσωμεν<br>(287 <sub>27-288</sub> <sub>9</sub> )         |
| 26. Ioannes : substantia quandoque capitur — sic teneatis intellectum<br>(151 <sub>22-152</sub> <sub>32</sub> )                            | ἡ οὐσία ἐνίοτε λαμβάνεται — τοῦτον τὸν τρόπον κάτεχε<br>(288 <sub>12-291</sub> <sub>11</sub> )                |
| 27. Cesarini : provincialis respondit quesito tuo<br>(152 <sub>34</sub> )  | ὁ προβεντζιάλιος ἀρκούντως διεσάφησε τὸ παρὰ τῆς σῆς αἰδεσιμότητος εἰρημένον<br>(291 <sub>14-16</sub> )       |
| 28. Eugenicus : Nos cum audimus — Placetne vobis hoc, quod substantia dicitur persona ... ?<br>(152 <sub>36-39</sub> )                     | Ἡμεῖς ὅταν ἀκούσωμεν — ἀρέσκει σοι τοῦτο ὅτι ὑπόστασις ἡ οὐσία καλεῖται, ἦ.. ;<br>(291 <sub>17-24</sub> )     |

SANTACROCE (ed. Hofmann)

29. Ioannes : Audistis — de substantia Patris, ut de principio <per> quod (152<sub>40</sub>-153<sub>11</sub>)
30. Eugenius : Dixistis — tribus personis (153<sub>12-13</sub>)
31. Ioannes : Que est (distinctio), realis vel secundum rationem ? (153<sub>21</sub>)
32. Eugenius : Secundum rationem nostram (153<sub>22</sub>)
33. Ioannes : Proprietates iste sunt idem cum persona ... ? (153<sub>26</sub>)
34. Eugenius (vel Bessarion) : Secundum rem — sed distinguuntur ratione (153<sub>28</sub>)
35. Ioannes : cum in Patre — vel utraque ? (153<sub>33-35</sub>)
36. Eugenius : Id quod communicatur — communis tribus (153<sub>36-38</sub>)
37. Ioannes : Id quod communicatur — communem essentiam (153<sub>39</sub>-154<sub>3</sub>)
38. Eugenius : Ita, hoc nos diximus — dividitur (154<sub>4-5</sub>)
39. Ioannes : Id quod ego colligo — secundum rationem distincte (154<sub>10-15</sub>)
40. Eugenius : Ego non dixi — secundum rationem ad invicem distinguuntur (154<sub>16-20</sub>)
41. Ioannes : doctores nostri Latini — secundum essentiam sunt unum, et est unus Deus (154<sub>25-31</sub>)

## III collatio (7 vel 8 martii 1439)

1. Eugenius : legatur auctoritas (Basili) — pietatis tradit sermo (154<sub>36</sub>-155<sub>1</sub>)
2. Eugenius : Liber iste — intentionem Doctoris (155<sub>3-12</sub>)
3. Ioannes : Audivimus duo — quod ita voluerit (155<sub>13</sub>-156<sub>22</sub>)
4. Eugenius : Quod liber iste similis apud nos inveniatur — stare in huiusmodi (156<sub>27</sub>-157<sub>15</sub>)

ACTA (ed. Gill)

- Ἦκουσας — τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, ὡς ἐξ ἀρχῆς δι' ἧς (291<sub>25</sub>-292<sub>14</sub>)
- Εἶπας — τοῖς τρισὶ προσώποις (292<sub>16-18</sub>)
- Τίς ἐστίν, κατ' ἐπίνοιαν ἢ πραγματικῆ; (292<sub>28-29</sub>)
- Κατ' ἐπίνοιαν μὲν ἡμετέραν (292<sub>30</sub>)
- Ταῦτα τὰ ἰδιώματά εἰσι ταῦτά τῶ προσώπῳ; (293<sub>1-2</sub>)
- Κατὰ τὸ πρᾶγμα — διακρίνονται..κατὰ τὴν θεωρίαν (293<sub>3-5</sub>)
- ἐπειδὴ τοίνυν ἐν τῶ Πατρὶ — ἢ ἐκάτερον; (293<sub>11-14</sub>)
- Τὸ κοινωνούμενον — κοινῇ τῶν τριῶν οὐσα (293<sub>15-19</sub>)
- Τὸ κοινωνούμενον — κοινήν ταύτην οὐσίαν (293<sub>20-26</sub>)
- Τοῦτο μὲν οὕτως εἴπομεν — μερίζεται (293<sub>27-29</sub>)
- Ἐκ τούτου συνῆξα — κατ' ἐπίνοιαν εἶναι διηρημένα (294<sub>3-13</sub>)
- Οὐκ εἶπον — κατ' ἐπίνοιαν διακρίνονται (294<sub>14-21</sub>)
- οἱ ἡμέτεροι — κατὰ τὴν οὐσίαν εἰσὶν ἐν καὶ εἰς θεός (294<sub>27</sub>-295<sub>6</sub>)
- ἀναγνωσθήτω τοίνυν ἡ χρῆσις αὕτη — ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος (295<sub>20</sub>-296<sub>3</sub>)
- Τοῦτο το βιβλίον — πρὸς τὸν σκοπὸν τῶν ὑπὸ αὐτοῦ εἰρημένων (294<sub>4-23</sub>)
- Ἦκούσαμεν δύο — ὡς Βασίλειος ἠβουλήθη (296<sub>24</sub>-299<sub>34</sub>)
- Ὅτι μὲν καὶ παρ' ἡμῶν εὕρισκεται τὸ βιβλίον — κεῖσθαι ἐν τοῖς βιβλίοις (300<sub>2</sub>-301<sub>29</sub>)

- | SANTACROCE (ed. Hofmann)  | ACTA (ed. Gill)   |
|---|---|
| 5. Eugenius : In hac parte — sic in nostro libro dicit<br>(158 <sub>18-36</sub> )   | Ἐν τούτῳ τῷ μέρει — οὕτως, ἐν τῷ παρ᾽ ἡμῶν βιβλίῳ λέγει<br>(301 <sub>35</sub> -303 <sub>11</sub> )  |
| 6. Eugenius : quod autem hanc opinionem nullo modo habuerit Basilius — productionm Spiritus, que Patri attribuitur soli ?<br>(159 <sub>8-34</sub> ) | Ἵτι δὲ ταύτην τὴν διάνοιαν οὐκ εἶχεν ὁ μέγας Βασίλειος — οὐκ ἄρα κοινωνεῖ τῇ ἐκπορεύσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἥτις ἰδίως τῷ Πατρὶ μόνῳ ἀποδέδοται ;<br>(303 <sub>22</sub> -305 <sub>11</sub> ) |
| 7. Ioannes : Multa dicta sunt per rev. patrem — quod (Filius) pendet a Patre<br>(159 <sub>35</sub> -161 <sub>10</sub> )                             | Πολλὰ εἴρηγται παρὰ σοῦ — καθὼς λέγει· ὁ Υἱὸς ἐξήρηγται τοῦ Πατρὸς<br>(305 <sub>12</sub> -308 <sub>21</sub> )   |
| 8. Ioannes : Quomodo vocatur ille liber ?<br>(161 <sub>23</sub> )   | Ποῖόν ἐστι τὸ βιβλίον ;<br>(309 <sub>10</sub> )   |
| 9. Eugenius : Liber canonum<br>(161 <sub>24</sub> )   | Τὸ βιβλίον τῶν κανόνων τῶν συνόδων<br>(309 <sub>11-12</sub> )   |
| 10. Ioannes : Nunquam reperietur — fecerit fallaciam<br>(161 <sub>25</sub> )  | Οὐδέποτε εὐρεθῆσεται — πεποιηκέναι τὴν φθορὰν ταύτην<br>(309 <sub>13-15</sub> )   |
| 11. Eugenius : Ea, que connumerantur — ubi invenistis ... ab eo habeat esse ?<br>(161 <sub>31-35</sub> )  | Τὰ συναριθμούμενα — πόθεν νοεῖς..ἐξ αὐτοῦ τὴν αἰτίαν ἔχει ;<br>(309 <sub>23-34</sub> )  |
| 12. Ioannes : Nil aliud est nisi ordo — secluso nomine, non est aliquis ordo Spiritus ad Filium ?<br>(162 <sub>5-6</sub> )                          | Ἡ τάξις αὐτῆ οὐδὲν ἐστίν — ὑπεξαίρομένης τῆς φωνῆς... οὐδεμία θεωρεῖται τάξις ;<br>(310 <sub>14-18</sub> )  |
| 13. Eugenius : Est quidem necessitas — alium ordinem a theologis non habemus<br>(162 <sub>7-13</sub> )  | Ἔστι μὲν ἀνάγκη — ἄλλην δὲ παρὰ τῶν θεολόγων οὐδεμίαν λαβόντες ἔχομεν<br>(310 <sub>19-34</sub> )  |
| 14. Ioannes : Dicitis ex intentione Basilii — in eadem natura intellectuali<br>(162 <sub>14-32</sub> )  | Λέγεις ὅτι ἀπὸ τοῦ σκοποῦ τοῦ θείου Βασιλείου — ἐν αὐτῇ τῇ νοερῇ φύσει<br>(310 <sub>35</sub> -312 <sub>20</sub> )   |
| 15. Eugenius : Est quidem naturalis ordo — per suppositionem hoc ponit<br>(162 <sub>36</sub> -163 <sub>7</sub> )                                    | Ἔστι μὲν φυσικὴ τάξις — καθ' ὑπόθεσιν<br>(312 <sub>21</sub> -313 <sub>10</sub> )  |
| 16. Ioannes : quia ostendimus ex hoc libro — volo dicere imperatori, ut me percipiat<br>(163 <sub>10-12</sub> )                                     | ὅτι ἡμεῖς ἀπεδείξαμεν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας βίβλου — βούλομαι εἰπεῖν ὥστε ἀκοῦσαι καὶ τὸν γαληνότατον βασιλέα<br>(313 <sub>16-20</sub> )   |
| 17. Ioannes : Doctores nostri theologi — hic est punctus rei nostre<br>(163 <sub>15-30</sub> )  | πάντες οἱ διδάσκαλοι καὶ θεολόγοι — ἡ ἀκμὴ τῆς ὑποθέσεως<br>(313 <sub>20</sub> -314 <sub>27</sub> )   |
| 18. Eugenius : Antequam ... consideremus — dignitate tertium ?<br>(163 <sub>31-33</sub> )   | Πρὸ τοῦ διαλαβεῖν... ἐξετάσωμεν — τὸ τρίτον εἶναι τῇ τάξει<br>(314 <sub>28-32</sub> )   |
| 19. Ioannes : Ita — textus<br>(163 <sub>34</sub> )  | Ναί, οὕτως ἐστὶ<br>(314 <sub>34</sub> )   |
| 20. Eugenius : Dicebatne idem ?<br>(163 <sub>35</sub> )   | Αὐτὸ δὴ τοῦτο ;<br>(315 <sub>1</sub> )  |

SANTACROCE (ed. Hofmann)	ACTA (ed. Gill)
21. Ioannes : Ita — natura (163 <sub>36-38</sub> )	Οὕτως — τῇ φύσει (315 <sub>4-12</sub> )
22. Eugenicus : Veritatem — dignitate tertium (163 <sub>39</sub> )	Ἡλήθειεν — τρίτον..τῷ ἀξιώματι (315 <sub>13-14</sub> )
23. Ioannes : Ita (164 <sub>3</sub> )	Ναί (315 <sub>16</sub> )
24. Eugenicus : Similiter — doctrinam (164 <sub>4</sub> )	συνεφώνει — ἡ δόξα αὐτοῦ (315 <sub>17-18</sub> )
25. Eugenicus : Non dicit liber vester <i>simulat</i> ? (164 <sub>7</sub> )	Προσποιεῖται — οὐ λέγει τοῦτο τὸ σὸν βιβλίον ; (315 <sub>20-23</sub> )
26. Ioannes : Ita, quia simulabat — tertius natura (164 <sub>11</sub> )	Προσποιεῖται — τρίτον τῇ τάξει (315 <sub>24-27</sub> )
27. Eugenicus : Basilius non dicit — ordine (164 <sub>12-13</sub> )	οὐ λέγει οὕτω — τὴν τάξιν (315 <sub>29-32</sub> )
28. Ioannes : Illa simulatio — colligitur (164 <sub>14-19</sub> )	Ἡ προσποίησις — ἀναφέρεται (315 <sub>33</sub> )
29. Eugenicus : Si opinio sanctorum — nonne habet liber ? (164 <sub>20</sub> )	Εἰ δόξα τῶν ἁγίων — οὐκ ἔχει ταῦτα .. βιβλίον ; (316 <sub>17-317</sub> <sub>12</sub> )
30. Ioannes : Ego adduco testimonium ... Athanasii — ostendetur ex Basiliomet (164 <sub>34-165</sub> <sub>12</sub> )	προφέρω σοι μαρτυρίαν .. Ἀθανάσιον — ἀποδείξομεν .. ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Βασιλείου (317 <sub>16-318</sub> <sub>20</sub> )
IV collatio (10 martii 1439)	
1. Eugenicus : In precedenti congregatione — a Filio Spiritum habere esse (165 <sub>25-167</sub> <sub>29</sub> )	Ἐν τῇ προλαβούσῃ συνελεύσει — ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ εἶναι ἔχειν τὸ Πνεῦμα (318 <sub>23-323</sub> <sub>35</sub> )
2. Ioannes : Iste modus investigandi veritatem — quod accipit esse (a Filio) ; estne verum ? (167 <sub>35-168</sub> <sub>9</sub> )	Ὁ τρόπος οὗτος..τοῦ ἀνιχνεύειν τὴν ἀλήθειαν — λαμβάνειν τὸ εἶναι ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἔστιν οὖν ἀληθές... ; (324 <sub>3-325</sub> <sub>7</sub> )
3. Eugenicus : Ita dixi — scriptura hoc dicit (168 <sub>11</sub> )	Οὕτως εἶπον — ἐν τῷ ῥητῷ τούτῳ (325 <sub>9-10</sub> )
4. Ioannes : Ex hac audientia — legerunt in illo libro (168 <sub>12-28</sub> )	ἀπὸ ταύτης τῆς ῥήσεως — τὸ βιβλίον ἐκεῖνο (325 <sub>12-326</sub> <sub>19</sub> )
5. Andreas : Hoc medio portatus est liber, qui erat archiepiscopi Mitilenensis (168 <sub>29</sub> )	Καὶ προηνήχθη βιβλίον τοῦ Μιτυλήνης (326 <sub>20</sub> )
6. Eugenicus : Iste liber noster — ut liber vester (168 <sub>31</sub> )	τὸ προκομισθὲν βιβλίον — τὸ ἕτερον (326 <sub>21-22</sub> )
7. Ioannes : quoad primum punctum — illud esse, quod causat in creaturis (169 <sub>7-41</sub> )	Πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον — τὸ λαμβάνειν τὸ εἶναι γίνεται αἰτία τῶν κτιστῶν (326 <sub>23-328</sub> <sub>25</sub> )

## SANTACROCE (ed. Hofmann)

8. Ioannes : Nunc venio ad secundum — vester (liber) dicit : secundus  
(170<sub>2-8</sub>)
9. Eugenicus : que est necessitas — natura ?  
(170<sub>9-10</sub>)
10. Ioannes : Sequitur in nostro : dignitate — noster (liber) dicit  
(170<sub>11-28</sub>)
11. Ioannes : Legatis ibi ... quod sicut Filius — quia deitas in utroque una  
(170<sub>29-31</sub>)
12. Ioannes : Venio ad primum, cum dicit : fortassis — illud principium est, quo communicatur  
(170<sub>33-173</sub><sub>31</sub>)
13. Eugenicus : Non dicit — ordinem a natura  
(173<sub>32</sub>)
14. Ioannes : Ego dico — respondebo  
(173<sub>33-38</sub>)
15. Imperator : Scitis — nescimus unde incipere, et dies non sufficeret  
(173<sub>39-40</sub>)

## V collatio (14 martii 1439)

1. Eugenicus : Si volumus — quia eam (auctoritatem) altera <vice?> non exposui  
(174<sub>5-11</sub>)
2. Ioannes : Ut ordo servetur — auctoritatem Basilii  
(174<sub>12-13</sub>)
3. Eugenicus : In precedenti congregatione — veniemus ad auctoritatem Basilii  
(174<sub>14-16</sub>)
4. Ioannes : Si non est ordo — sequimini ordinem illum  
(174<sub>17-27</sub>)
5. Eugenicus : Ego volebam — Basilii sententiam esse  
(174<sub>23</sub> ; 175<sub>6</sub>)
6. Andreas : Surrexit quidam grecus et legit — (Spiritus sanctus) non est nominatus Filius  
(175<sub>7-9</sub>)
7. Eugenicus : In hac (auctoritate) nullo modo iacet — hoc nullo modo  
(175<sub>13-33</sub>)
8. Ioannes : Et fecistis longam orationem — a Filio Spiritus  
(175<sub>35-176</sub><sub>2</sub>)

## ACTA (ed. Gill)

- Ἴωμεν οὖν ἐπὶ τὸ δεῦτερον μέρος — τὸ δὲ ὑμέτερον. Δεύτερον  
(328<sub>29</sub>-329<sub>16</sub>)
- Τίς γὰρ ἀνάγκη — φύσει αὐτό ;  
(329<sub>17-18</sub>)
- ἔπεται οὕτω τὸ ἡμέτερον κείμενον — τὸ δὲ ἡμέτερον λέγει  
(329<sub>19</sub>-330<sub>24</sub>)
- τὸ δὲ ἡμέτερον λέγει ... ὡς μὲν γὰρ ὁ Υἱὸς — ἐπειδὴ ἐν ἑκατέρῳ ἡ θεότης μία  
(330<sub>23-29</sub>)
- Ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ — ἀρχὴ ἡ μεταδιδομένη  
(330<sub>30</sub>-338<sub>16</sub>)
- οὐκ ἔστι ταῦτόν τὸ λέγειν — τάξιν φύσεως  
(338<sub>17-19</sub>)
- Λέγω — ἀποκριθῆσομαι  
(338<sub>20-30</sub>)
- Ἵμεῖς οἴδατε — ὅσα οὐ δυνήσονται οἱ ἡμέτεροι ἀπολογῆσασθαι ἕως ἑσπέρας  
(338<sub>31</sub>-339<sub>2</sub>)

- Ἐὰν θελήσωμεν — ἐπειδὴ περ οὐκ ἐξεθέμεθα τοῦτο  
(339<sub>6-19</sub>)
- κατὰ τὴν τάξιν — πρότερον τὸ τοῦ ἁγίου Βασιλείου  
(339<sub>21-22</sub>)
- ἐν τῇ προτέρᾳ συνελεύσει — πρὸς τὸ τοῦ Βασιλείου χωρήσομεν  
(339<sub>25-30</sub>)
- μὴ οὐσης τάξεως — τὴν τάξιν τηρήσωμεν τῆς διαλέξεως  
(339<sub>32</sub>-340<sub>28</sub>)
- Ἐγὼ μὲν ἐβουλόμην — γνώμην τοῦ ἁγίου Βασιλείου  
(340<sub>30</sub>-341<sub>23</sub>)
- Καὶ ἀνεγνώσθη τὸ ῥητόν τοῦ μεγάλου Βασιλείου — οὐδὲ ὀνομάζεται (Υἱός)  
(341<sub>27-32</sub>)
- Ἐν τούτοις οὐ μόνον οὐ κεῖται — τοῦτο γὰρ οὐδαμῶς  
(342<sub>1</sub>-343<sub>15</sub>)
- Μακρὰν ἐποίησω ὁμιλίαν — τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ  
(343<sub>17-38</sub>)

SANTACROCE (ed. Hofmann)

9. Ioannes : sicut si diceremus : non enim accipio aliqua ab imperatore — sequitur, quod *Spiritus* est casus nominativi  
(176<sub>8-9</sub>)
10. Eugenius : Hoc ita esset — a Filio  
(176<sub>10</sub>)
11. Ioannes : Quero, anne dona — dentur cum *Spiritu* sancto  
(176<sub>37</sub>)
12. Imperator : Dicimus extra propositam auctoritatem  
(176<sub>42</sub>)
13. Eugenius : Auctoritas ista — veniemus ad alia  
(177<sub>18-20</sub>)
14. Ioannes : Beatus Cyrillus — vera sententia auctoritatis illius  
(177<sub>21-28</sub>)
15. Eugenius : Nos dicimus, quod possumus salvare vestram expositionem — nos autem a *Spiritu*  
(177<sub>40-178<sub>10</sub></sub>)

## VI collatio (17 martii 1439)

1. Eugenius : Fides nostra — quia de proximo de illo egerunt memoriam  
(184<sub>24-187<sub>2</sub></sub>)
2. Ioannes : In precedenti nostra disputatione — ita debent duci testimonia, ut investigemus intentiones sanctorum  
(187<sub>10-188<sub>5</sub></sub>)
3. Eugenius : Nos modum disputationis — tempus paciatur  
(188<sub>7-20</sub>)
4. Imperator : vos dicebatis — non poteramus dicere  
(188<sub>24-25</sub>)
5. Eugenius : Redeamus ad consequentiam eorum, que dicebamus — procedere etiam a Filio  
(188<sub>38-189<sub>11</sub></sub>)
6. Eugenius : his Patribus magnus Basilius inquit consonum — ego cum Patre novi *Spiritum*, sed non *Patrem*, *Spiritum*  
(189<sub>11-19</sub>)

ACTA (ed. Gill)

- Καὶ παραδείγματος χάριν · οὐδὲ γὰρ λαμβάνει τις παρὰ τοῦ γαληνοτάτου κυρίου τοῦ βασιλέως — ἀναγκαίως δεῖ εἶναι εὐθεῖαν τὸ Πνεῦμα  
(344<sub>1-8</sub>)
- Τοῦτο εἶχεν ἂν οὕτως — παρὰ τοῦ Υἱοῦ  
(344<sub>10-12</sub>)
- ἔρωτῶ σε πότερον τὰ χαρίσματα — δίδονται μετὰ τοῦ .. Πνεύματος  
(346<sub>2-4</sub>)
- Ταῦτα οὐ ποιοῦσι πρὸς τὸ προκειμένον  
(346<sub>15-16</sub>)
- Τὸ ῥητὸν τοῦτο — ἐφ' ἕτερον μεταβῶμεν  
(346<sub>23-34</sub>)
- Ὁ μακάριος Κύριλλος — ταύτης εἶναι τῆς χρήσεως τὴν ἐξήγησιν  
(346<sub>35-348<sub>11</sub></sub>)
- Ἡμεῖς λέγομεν ὅτι δύναται σώζεσθαι καὶ ἡ ὑμετέρα ἐξήγησις — ἡμεῖς δὲ παρὰ τοῦ Πνεύματος  
(348<sub>12-38</sub>)
- Ἡ ἡμετέρα πίστις — ἐπειδὴ προσεχώσῃ αὐτοῦ ἐπεμνήσθησαν  
(364<sub>4-369<sub>36</sub></sub>)
- Ἐν τῇ προλαβούσῃ διαλέξει — οὕτω γὰρ ὀφείλουσι τίθεσθαι αἱ μαρτυρίαι καὶ τὰ ῥητὰ ὥστε ἡμᾶς .. ἀνιχνεύειν καὶ ἐρευνᾶν τὰς μαρτυρίας τῶν ἁγίων  
(370<sub>9-373<sub>4</sub></sub>)
- Ἡμεῖς τὸν τρόπον τῆς διαλέξεως — ὁ καιρὸς συγχωρῆ  
(373<sub>5-32</sub>)
- ἡμεῖς λέγετε, ἡμεῖς δὲ καιρὸν οὐχ εὐρίσκομεν  
(373<sub>35-36</sub>)
- Πρὸς τὴν ἀκολουθίαν ἐκείνην ἐπανέλθωμεν τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων — καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγοντι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι  
(374<sub>1-31</sub>)
- Τούτοις τοῖς πατράσι καὶ ὁ μέγας Βασιλείος φησι σύμφωνα — ἐγὼ μετὰ Πατρὸς μὲν οἶδα, οὐχὶ δὲ Πατέρα τὸ Πνεῦμα  
(374<sub>32-375<sub>10</sub></sub>)

SANTACROCE (ed. Hofmann)	ACTA (ed. Gill)
7. Eugenius : Ego cum Patre quidem scio Spiritum,... et cum Filio accepi — in secula seculorum. (189 <sub>32</sub> -192 <sub>22</sub> )	Ἐγὼ μετὰ Πατρὸς μὲν οἶδα οὐχὶ δὲ Πατέρα τὸ Πνεῦμα· καὶ μετὰ Υἱοῦ παρέλαβον — σέκουλα σεκουλόρουμ. Ἀμήν (375 <sub>9</sub> -382 <sub>26</sub> )
8. Cesarini : Restat — ut respondeat argumentis (192 <sub>23</sub> )	Δικαιόν ἐστιν — ἵνα ἀποληγηθῆς καὶ εἰς τὰ τελευταῖα (382 <sub>27-28</sub> )
9. Eugenius : Quoniam nos putamus ostendisse — nec habemus nec volumus (192 <sub>25-33</sub> )	Ἡμεῖς διότι ἱκανῶς ἀπεδείξαμεν — οὔτε ἔχομεν οὔτε βουλόμεθα (383 <sub>1-22</sub> )
10. Ioannes : Quia dominus Ephesinus in fine dicit — voluntati imperatoris, qui dicit, quod debet respondere (192 <sub>34-36</sub> )	Ἐπειδὴ, κύριε Ἐφέσου, περὶ τὸ τέλος εἶπες — τῷ θελήματι τοῦ γαληνοτάτου κυρίου τοῦ βασιλέως εἰρηκότος σε ἐπὶ πᾶσιν ἀπολογησόμενον (383 <sub>23-29</sub> )
11. Ioannes : Omnibus dictis per eum de capitulo — sequitur absolute conclusio (192 <sub>38</sub> -193 <sub>21</sub> )	αὐτὸς ἱκανοποιήσω πᾶσι τοῖς παρὰ σου εἰρημένοις — τὸ ἀκόλουθον ὀφείλει εἶναι χωρὶς τῆς οἴασου ἀμφιβολίας (383 <sub>35</sub> -384 <sub>32</sub> )
12. Eugenius : Quod libri producti a vobis — ego diligentissimam certificationem habeo (193 <sub>24-26</sub> )	Τὸ τὰς βίβλους ἀμφιβόλους εἶναι τὰς προενηχθείσας παρ' ἡμῶν — ἐγὼ γὰρ ἀκριβῆ πληροφορίαν ἔχω (386 <sub>3-9</sub> )
13. Eugenius : de hoc certus sum, cum sciam in civitate Constantinopolitana ultra mille — nostris (193 <sub>28-29</sub> )	γινώσκων ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ὑπὲρ χίλια — ὃν ἡμεῖς εἴπομεν (386 <sub>11-13</sub> )
14. Eugenius : Ad argumentum ita dico : non est mirandum — ergo non est mirandum, si per ea, que dicta sunt, ostendimus (193 <sub>33</sub> -194 <sub>11</sub> )	Πρὸς δὲ παρὰ σοῦ εἰρημμένα λέγω ὅτι θαυμαστὸν οὐδὲν — διὰ τοῦτο καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν εἰ διὰ τῶν ὁμολογουμένων αὐτὰ ἀποδείκνυμεν (386 <sub>16</sub> -387 <sub>22</sub> )

Ex comparatione inter textum Andreae de Sancta Cruce et Acta graeca potui frequentissimas concordantias verbales vel paene verbales statuere, quae ad sessiones publicas concilii Florentini pertinent. Ponitur ergo quaestio de causa harum concordantiarum. Acta graeca in quantum conservata et nunc a collega meo P. Joseph Gill edita sunt, originem suam debent notariis graecis, qui etiam occasionem habebant et hac utebantur consulendi opus notariorum latinorum concilii Florentini, quorum unus fuit certe Andreas de Sancta Cruce advocatus consistorialis. Ipsae redactiones originales notariorum pro dolor, excepta una latina de declaratione circa verba consecrationis eucharisticae, nunc deperditae sunt; sed existunt adhuc, id quod prius scriptoribus de concilio Florentino minus notum fuerat, codices vicinissimi temporibus concilii Florentini, ex quibus maxima pars protocollum notariorum edi potuit. Quoad textum graecum hoc Gill<sup>1</sup> praebuit, cuius prolegomena in primo fasciculo editionis suae sobrie et solide demonstrant opus *Praktika* dictum constare ex Actis et ex Descriptione et aliquibus aliis documentis; in Actis haberi protocollum notariorum graecorum de sessionibus publicis concilii Florentini ab 8 octobri 1438 usque ad 17 martii 1439; in Descriptione inprimis ea, quae narrantur de receptione Graecorum Venetiis, Ferrariae et Florentiae; ea, quae spectant

<sup>1</sup> cf. I. GILL, *Quae supersunt Actorum Graecorum Concilii Florentini*, I-II, Roma 1953 (in collectione *Concilium Florentinum*, vol. V).



ad primam sessionem communem 9 aprilis 1438 Ferrariae; ad discussiones de Purgatorio (mensibus iunii et iulii 1438); ad deliberationes Graecorum inter se ante et post mortem patriarchae Constantinopolitani Ioseph II († 10 iunii 1439) de concordia cum Latinis facienda. Complura documenta, sermo dogmaticus Bessarionis de Unione ad ipsos Graecos, et sermones Georgii Scholarii ad Graecos de pace concludenda cum Latinis, et formulae variae Graecorum, quas Latini proponebant, usquedum textus bullae Unionis concorditer a Latinis et Graecis redactus et acceptatus fuit, pertinent ad ipsum secundum fontem operis *Praktika*, scilicet ipsam dictam Descriptionem, quae certo valorem historicum habet. Si nunc documenta Latinorum considerantur, potest dici: nos habere adhuc protocollum<sup>1</sup> notariorum latinorum de sessionibus concilii Florentini ante adventum Graecorum, ac quidem plenum; insuper protocollum postumum 27 augusti 1439 de sessione conciliari die 5 iulii 1439.

Si quis tabellas meas de concordia verbali vel paene verbali inter Santacroce et Acta graeca, et textus in editione latina Andreae de Santacroce et in editione graeca Actorum bene consideraverit, facile ad conclusionem devenire potest in relationibus latinis advocati Andreae de Santacroce haberi magnam partem protocollum notariorum latinorum vel saltem id quod protocollum latinum optime supplet. Non haberi apud Santacroce simplicem versionem protocollum graeci ex his rationibus probatur: 1. in protocollo desunt non pauca, quae in lingua latina ab oratoribus latinis recitata sunt et ab interprete in linguam graecam secundum usum tunc valentem immediate in sessionibus concilii versa sunt. Ita desunt e. gr. sermo secundus Ludovici de Pirano O. F. M. episcopi Foroliviensis, sermones duo Ioannis de Montenegro O. P. in duabus sessionibus diebus 21 et 24 martii 1439, sermones duo eiusdem auctoris de Primatu, et duo sermones Ioannis de Torquemada O. P. de SS. Eucharistia. 2. textus latini oratorum latinorum ab Andrea de Santacroce in lingua originali (non ex versione versionis graecae) praesentantur; hoc probatur iam ex eo, quod de aliquibus sermonibus latinis habemus etiam aliam viam conservationis, qua textus latinus Andreae de Santacroce etiam quoad singulas phrases latinas conformis habetur textui alii (non simplici apographo Andreae de Sancta Cruce) independenti: sermo Iuliani Cesarini de Purgatorio die 4 iunii 1438; sermo Ioannis abbatis Claraevallis legati Philippi ducis Burgundiae die 27 nov. 1438. 3. Citationes S. Thomae Aquinatis, ab oratoribus latinis factae, verbotenus vel paene verbotenus saepe dantur; idem valet de citationibus Patrum latinorum, epistolarum pontificiarum, si ista documenta non summarie, sed plene reproducentur. 4. Immo oratores latini utuntur compluribus vicibus versionibus latinis antiquis conciliorum vel documentorum aliorum ecclesiasticorum in lingua graeca originaliter redactorum; hoc valet de versionibus imprimis concilii Ephesini et Chalcedonensis, de versione latina operis Manuelis Calekas O. P. ab Ambrosio Traversari iam sub Martino V ex graeco in linguam latinam traducti. 5. Quia opus Andreae de unione Graecorum iam erat compositum inter diem 6 iulii 1439 et diem 22 nov. 1439, quo die unio Armenorum conclusa est, de qua ultimae paginae codicis principalis agunt, et quia hic codex praebet characterem copistae vel scriptoris festinantis cum nota autographa Andreae spatia vacua respiciente: « nihil deest », concludendum esse videtur ad independentiam auctoris non solum a totalitate operis *Praktika*, sed etiam a fonte principali scilicet Actis graecis. Melius et exactius iudicium forte fero, si dico ipsa Acta graeca in quantum adhuc exstant et fundamentum relationum Andreae de Sancta Cruce habere communem originem scilicet protocolla notariorum graecorum et latinorum.

<sup>1</sup> G. HOFMANN, *Fragmenta protocollum, diaria privata, sermones*, Roma 1951 (in collectione *Concilium Florentinum*, vol. III, 2), 3 - 24.

## VIII.

CONCORDANTIAE INTER SANTACROCE ET ALIA DOCUMENTA CONCILII FLORENTINI  
(PRAETER ACTA GRAECA)

Ut tota quaestio de concordia verbali vel paene verbali Andreae de Sancta Cruce cum documentis concilii Florentini exhaustur, hic adiungere volo inquisitionem 1. de concordia verbali inter Santacroce et Descriptionem graecam (iuxta mentem editoris contradistinctam ab Actis graecis); 2. de concordia verbali inter Santacroce et Silvestrum Syropulum auctorem « Mémoires » concilii Florentini in lingua graeca; 3. inter bullas pontificias iuxta Santacroce et alia exempla sive originalia sive authentica. Ut iam conclusionem finalem annuntiem, dico paucissimas esse concordantias quoad puncta 1 et 2, et quoad 3 nos habere quattuor textus plenos bullarum pontificiarum apud Santacroce.

## 1.

## SANTACROCE (ed. Hofmann)

## DESCRIPTIO GRAECA (ed. Gill)

- |   |  |
|---|--|
| <p>a) sermo Bessarionis (8 vel 9 oct. 1438): maximarum rerum — in secula seculorum. Amen<br/>(34<sub>1</sub>-38<sub>2</sub>)</p>  | <p>Τῶν μεγάλων πραγμάτων — εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν<br/>(37<sub>9</sub>-46<sub>29</sub>)</p>                               |
| <p>b) sermo Eugenici (13 dec. 1438): Nam symbolum — in secula seculorum. Amen<br/>(124<sub>1-18</sub>)</p>  | <p>Τοῦτο τὸ σύμβολον — εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν<br/>(216<sub>1</sub>-217<sub>7</sub>)</p>                                  |
| <p>c) sessio die 21 martii 1439</p>   |  |
| <p>α) Imperator: nos et nostri non sumus parati — et non respondebitur<br/>(196<sub>3-35</sub>)</p>   | <p>Ἡμεῖς κατὰ τὸ παρὸν τίποτε οὐ βουλόμεθα εἰπεῖν — ἡμεῖς οὐδεμίαν ἀπολογίαν θέλομεν ποιήσειν ὑμῖν<br/>(394<sub>2-9</sub>)</p>     |
| <p>β) Ioannes de Montenegro: Reperimus in sacris scripturis — Paraclitus, quem mittet Pater in nomine meo<br/>(197<sub>39-40</sub>)</p>   | <p>Φησὶ γὰρ ἐν εὐαγγελίῳ — ἐξ ἐκείνου ἐστὶ τὸ πεμπόμενον (Πνεῦμα)<br/>(394<sub>28-32</sub>)</p>                                    |
| <p>d) sessio die 24 martii 1439</p>   |  |
| <p>α) Isidorus metropolita Kioviensis: Quoniam rev. pater multa dicit ... ac amplificando potius — diligenter considerabimus<br/>(222<sub>1-12</sub>)</p>   | <p>διό καὶ ἡ σὴ σεβασμιότης πολλὰ μὲν ἐθεολόγησας καὶ λαμπρῶς ἐρρηγόρευσας — ποιήσομεν τὴν ἀπόκρισιν<br/>(398<sub>17-22</sub>)</p> |
| <p>β) Cesarini: Quantum ad exhibitionem scripturarum, vestri scriptores scripserunt et nostri — sumus contenti, ut nostri scriptores et vestri conveniant in sancto Francisco<br/>(222<sub>17-21</sub>)</p> | <p>Ὅσα εἶπαμεν, οἱ νοτάριοι ἐσχεδιάζον — ἐλθετε εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου<br/>(398<sub>28-31</sub>)</p>                    |

## SANTACROCE (ed. Hofmann)

γ) professio Graecorum die 4 iunii 1439: *profitemur quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio eternaliter est, et ex utroque eternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit*

(224<sub>25-26</sub>)

## DESCRIPTIO GRAECA (ed. Gill)

λέγομεν ὅτι ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ αἰτίας

(415<sub>10-12</sub>)

## 2.

## SANTACROCE (ed. Hofmann)

α) concordia Graecorum et Latinorum processionis Spiritus sancti (ante diem 10 iunii 1439).

Quoniam in hoc sacro oecumenico concilio — eternaliter genitus est

(224<sub>6-52</sub>)

β) declaratio Graecorum de verbis consecrationis SS. Eucharistiae.

Verba dominica esse, que mutant et transubstantiant panem in corpus Christi et vinum in sanguinem

(258<sub>21-22</sub>)

## SYROPULUS (ed. Creighton)

Ἐπειδὴ ἐν ταύτῃ τῇ ἱερᾷ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ — ἀφ' οὗ καὶ ἀιδίως γεγένηται

(236-237)

ὅτι αἱ θεῖαι καὶ δεσποτικαὶ φωναὶ εἰσιν αἱ ἁγιάζουσαι καὶ τελειοῦσαι τὰ θεῖα δῶρα, ἤγουν τὸ· λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα μου. καὶ τὸ· πῖετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου

(293)

## 3.

## SANTACROCE (ed. Hofmann)

α) sessio die 9 apr. 1438  
Magnas omnipotenti Deo gratias

(31<sub>10</sub>-32<sub>6</sub>)

β) sessio die 10 ian. 1439  
Decet ecumenici concilii

(132<sub>27</sub>-133<sub>14</sub>)

γ) sessio 6 iul. 1439 (unio Graecorum)

(260<sub>1</sub>-266<sub>12</sub>)

δ) sessio 22 nov. 1439 (unio Armenorum)

(269)

## BULLAE PONTIFICIAE (ed. Hofmann)

Epistolae pontif., II, n. 135, p. 21-23

Epistolae pontif., II, n. 160, p. 60-61

Epistolae pontif., II, n. 176, p. 68-79

Epistolae pontif., II, n. 224, p. 124-138

## IX.

## DE RATIONE EDENDI AD RIBITA

Summum principium in hac editione paranda mihi fuit, fidelissime textum principem V = Vaticanum latinum 4119, sequi et simul commoditati practicae non solum historicorum, sed etiam theologorum providere. Ideo

1. Quamlibet, etiam minimam additionem textui a me factam indicavi signo consueto anguli acuti < > semper tamen nota adiuncta infra, si agitur de omissione iam ab auctore per spatium vacuum ut tali intellecta.

2. Mutationem vocabularum vel litterarum codicis a me pro fine emendationis necessariae introductam expressi signo anguli recti [ ], semper in hoc casu vocabulo codicis in nota indicato. In casibus, in quibus auctor alibi recte scribit, simpliciter correctionem feci, item in casibus confusionis c cum t et viceversa et in casibus evidentibus distractionis scriptoris, sed notavi infra lectionem codicis.

3. Signa interpunctionis, distinctio et usus litterarum maiuscularum vel minuscularum et capitum sive numero signatorum sive simplici modo novae lineae in textu incipientiae a me saepe provenit, quia in his rebus negligentia et confusio vel alius defectus perspicuitatis non raro in codice adsunt.

4. Abbreviationes frequentissimas auctoris simpliciter resolvi; in casu lectionis dubiae notam infra posui. Attamen abbreviationes nominum priorum per unam litteram indicatorum a me suppletas scripsi litteris in parenthesi ( ) positis, verbi gratia G(eorius). Abbreviationibus sunt adnumerandi etiam hi casus frequentes, in quibus scriptor signum (lineolam etc.) abbreviationis omisit, sed in his casibus notavi omissiones in apparatu critico.

5. Orthographiam generatim retinui. Ita nomina propria, etsi saepe deturpata, si saltem adhuc cognoscibilia sunt, scripsi, sicut in codice iacent, sed in notis dedi nomen correctum, dicendo prius *lege*. Liberavi apparatus criticum a multitudine errorum orthographicorum quoad *duplicationem vel simplificationem consonantium*. Exempla sint pro casibus duplicationis erroneae consonantium: necessarium, necessitas, requirunt, ellectio, oppinionibus, dessignat, ressiduum, oville, pilleum, camellorum, oportet, volluissem, appocalypsis, assummo, summitur, vellamine, elligunt, rellatio. Exempla pro casibus simplificationis erroneae consonantium: comissa, cesavit, facilime, suppressum, erasse, erores, iminere, saluberimus, asurexerunt, policetur, suplicando, inflamati, silogismus, nonnulli, attraxerant. In his et similibus casibus correxi simpliciter errores orthographicos in ipsa editione, quin formas erroneas explicite in notis indicarem.

In ceteris autem casibus notavi semper formas erroneas codicis in notis, dum in editione ipsius textus rectas formas orthographicas posui. Hoc modo scriptor quoad nationem suam vel regionem suae originis magis lectori manifestatur; lector habet insuper facilius media ad rectitudinem sive fidelitatem editionis diiudicandam; demum iam eliminatis erroribus orthographicis duplicationis vel simplificationis consonantium ab apparatu critico, hic redditur magis perspicuus, cum ceteri errores orthographici non sint ita frequentes quam duae series supradictae.

6. Citationibus frequentissimis Andreae de Sancta Cruce et oratorum concilii verificandis strenue operam dedi id quod iam feceram in commentariis meis de concilio Floren-

tino scriptis. Citationes notavi signis adhibitis ‘ (in principio) ’ (in fine), si citationes sunt verbotenus vel fere verbotenus datae ; si in citatione e. gr. alicuius Patris includitur citatio Scripturae sacrae, indicavi hanc caractere cursivo ; hac eadem methodo usus sum, quando habetur repetitio alicuius vocabuli vel phrasis in explicatione vel in usu citationis plenae immediate ante explicationem datae.

Restat, ut gratias agam superioribus meis, et confratribus meis Emmanueli Candal, Ioseph Gill, Arthuro Schönegger, Ioanni Rezač, qui mihi consilio et auxilio caritatem praestiterunt.

Romae, die 2 febr. 1955.

G. HOFMANN S. I.



# TEXTUS





< DEDICATIO OPERIS >

AD SERENISSIMUM CESAREM SEMPER AUGUSTUM ALBERTUM ROMANORUM REGEM.

Vat. lat. 4119,

DIALOGUS ANDREE DE SANCTA CRUCE DE ROMA, APOSTOLICI CONSISTORII ADVOCATI, IN  
LUDOVICUM PONTANUM ROMANUM, DE ECCLESIE PRIMATU ET GESTIS PER LATINOS ET GRECOSVE  
PATRES IN FERARIENSI FLORENTIAM DEMUM TRANSLATA YCOMENICA SINODO IN SPIRITU S. LE- 5  
GITIME CONGREGATO.

lr

Sanctissimam apostolice catholice Romane ecclesie sedem eiusdemve sedis antistitem,  
gloriosissime cesar ac victoriosissime Romanorum rex semper auguste, qui tuo precesserunt  
in imperio, quanta fuerint reverentia prosecuti, tuorum retro principum scita copiosissimis  
attestantur affatibus, quam sacerdotii fontem, ecclesiarum caput et dominam ac imperii 10  
aliticem nominant. Nunc novos presul ipse filios aggregare cupiens, ut tue maiestatis pre-  
vius, Orientalem ab ecclesie Romane unitate disiunctam ecclesiam, tot milium animarum  
matrem, propriis humeris ad ovile reduxit, nullo ab imperiali culmine ceterisve christianorum  
principibus petito suffragio. Quare magna ad tuam gloriam ac ad Romani propagationem im-  
perii via acta est; subiciendorum namque populorum preparatio potissima est in religione 15  
conventio, maxime ut a differentibus in religione divertant.

Ut res hec, quam maturo acta sint consilio, tue maiestati liqueat, animumve firmiorem  
prebeat ad cetera peragenda, ego, tue maiestatis devotissimus servitor fidelissimus, Andreas  
de sancta Cruce de Roma, apostolici consistorii ac tue maiestatis in Romana curia, etsi imme-  
ritus advocatus, in scriptis cuncta redegī, in nullo a rei veritate discrepans, ornatum ver- 20  
borum consulte obmittens, verba prout prolata fuerunt, adscribens, ne in aliquo a facti veri-  
tate diverterem.

Quia tamen quidam, ut sanctissimum hoc unionis opus Orientalis ecclesie, ex Romane  
sedis auctoritate dependens, diverterent, prefate sedis auctoritatem in questionem duxere,  
pauca de ipsius sedis potestate ex divinis eloquiis, ex sanctorum oraculis, ex conciliorum 25  
dogmatibus, ex pontificum sanctionibus, ex tuorum retro principum sacratissimis legibus,  
omnium communi consensu fidelium diutius approbatis premisi, ut eo ardentius tua maiestas,  
prefate sedis, a qua tui imperii dignitates pullulant, cuius advocatus, protector et defensor  
ac propugnator existis, tum pro tam sanctissimi operis diuturnitate, pro veritatis deffensione  
ac pro receptorum beneficiorum per tuos retro principes antidora, honorem, dignitatem, pri- 30  
matum, unitatemve protegere studeat. Et ut res hec gratius perfectiusve referri contin-  
geret, amicissimum mihi Basiliensibus adherentem in mutuam colloctionem deduxi, ut  
eius interrogationibus obsecundans legentium ingenio plenius satisfacerem.

Tua solita clementia dicentis fidem suscipiat, cuncta subiciendo iudicio maiestatis tue,  
quam dominus sue christiane ecclesie ad vota conservet. Amen.

lv

35

5 legiptime V.

16 conventio V.

11 presul scilicet Eugenius IV papa.

## &lt; DIALOGUS DE PRIMATU SIVE DE LEGITIMITATE CONCILII FLORENTINI &gt;

DIALOGUS DOMINI ANDREE DE SANCTA CRUCE DE ROMA CONSISTORIALIS ADVOCATI ET DOMINI LUDOVICI PROTHONOTARII.

I. < ANDREAS >. Nullam vicissim communicandi licentiam sumpsimus, frater optime,  
 5 diuturnum nostri absentia causante silentium, et tuam sacr[o]rum dogmatum scientiam  
 eminentem litteris verebar arguere; at mihi persuadere te recte sentire nullatenus poteram,  
 cum Basilee congregatos crederes universalem iam representare ecclesiam, eove detestabilius  
 te iudicandum censebam, cum eis fomentum assensus impenderes, cum clavium potestatem  
 tuam impudenter susceperunt. Sed ut tui sententiam motumve suscipiam, inopinato hoc  
 10 otio nobis concesso oro, ut aut me in tuam ducas sententiam iustis rationibus, quibus minime  
 dubito te ultra omnes illius conventionis sectatores affluere, aut ut dimissis privatis affectibus  
 ad Romane sedis unitatem accedas.

LUDOVICUS. Motum hunc longissime peroptatum avido vultu suscipio, ut te hactenus a  
 recto deviasse tramite noscas, luce clarius deducam me hactenus recte sensisse. Sed cum  
 15 iuris ratio subgerat, ut qui actoris partes suscipit, ea rationibus congruentibus probet, ut de-  
 mum me habiliter expurgare valeam, dic, quibus me culpandum arbitraris, ut demum tuo ob-  
 iectu in medium deducto, cuiuslibet expurgationis conatu rei veritas clareat.

II. ANDREAS. Faciam iustis rationibus obsequens. Culpandum non sine admiratione te  
 censui pro eo, quod Basilee persistas, cum qui ibidem Romano adversantur pontifici, ex quo  
 20 Ferariense concilium indictum institutumve est sacratissimum unionis Orientalium opus, ca-  
 t<h>olice ecclesie presulis, Romani pontificis unius veri Christi vicarii desertores, ab ecclesie  
 unitate devios sensi, quod an recte fecerim, summe opto, ut ad invicem discernamus. Et quia  
 huius rei summa est, an Basilee residentes ecclesiam representent, longius iam progrediar ut  
 queram, si nostre religionis principia christianam religionem uno sub pastore constituent, an  
 25 vero sub fidelium plurium potestate.

2r Scitis namque hoc sanctissimum legem Christi ymi|tatoribus fide prestitum, ut quod gen-  
 tilium philosophi moraliter rationeve inquirebant et ut plurimum rei, auctoritate Apollinis Del-  
 fici, deorumve prestitis fingeant, ut in illis quatuor confictis deorum monitis, quemlibet deum  
 sequi, tempori parere, se noscere, nihil nimis agere, imperantibus, deorum fictionem consti-  
 30 tuere, id ipsius prime deitatis verbo christicolis datum sit, ut religionis principia ex proprio  
 ipsius divine potestatis verbo humanitus habeant. Ipsius igitur dei verba inquirenda sunt,  
 que supra celum et terram diuturniora esse constituit, cum dixit 'celum et terra transibunt,  
 verba autem mea non transibunt'. A quibus egredi non minus est quam a deo, quoniam 'ver-  
 bum in principio [erat] et verbum erat apud deum et deus erat verbum'. Immobile est  
 35 prima causa et per consequens dei immobile verbum.

Iturus de mundo ad patrem post sanctissimum resurrectionis tempus redemptor noster  
 discipulos presciens capite ac pastore egere hoc Simoni Petro dixit: 'Simon Iohannis dili-  
 gis me plus his'? 'Pasce oves meas'. Nullatenus pastores pastore indigent, sed oves, nec  
 fundamentum fundamenta requirunt. Frustra si par omnibus fuisset dimissa potestas, super  
 40 Petri petram edificandam asseruisset ecclesiam. Verticem, pastorem et fundamentum esse,

5 sacrarum V.      21 catolice V.      30 ex (videtur esse deletum) christicolis V.      33 omis-  
 sa est lineola supra qm (= quam) || 34 erat] creat V.      38 in margine pascere cum signo iden-  
 tico posito super pastore, ita ut forte loco pastore legendum sit pascere.      40 hedificandam V.

20 concilium Basiliense iam die 19 septembris 1437 conditionate et die 30 decembris 1437 definitive Ferrariam  
 translatum est; cf. Ep. pontif. I, n. 88 et 108, pag. 91-99, 111-112.      32 Lc. 21, 33.      34 Io.  
 1, 11.      37 Io. 21, 16.      38 Io. 21, 17.

nihil aliud est quam sustentationis regiminisve post deum causam esse; peculiaremque Petri fidem asserens, cum dixit: 'ego pro te oravi', Petre, 'ut non deficiat fides tua', nil aliud significat quam sub Petri potestate fidei depositum gubernaculum, corporale signum exhibuit, cum dixit: 'et tibi dabo claves regni celorum', quarum potestas et nil aliud clarius demonstrat quam domus constituere dominum ac posse quem vult propria auctoritate deicere ac in eadem admittere. Que quidem manifeste insinuant militantis ecclesie regimen, Christum, quem deum et hominem fuisse tenemus et credimus, cuius verba ut prime cause essentiam immobilia esse fide ac etiam ratione convincitur, uno sub pastore constituisse regendam nec voluisse sub plurimorum potestate regulari. |

5

2v

Argumentum hoc ex principiis verbi dei, primis fidei fundamentis accipitur, que 'exsuperant omnem sensum ac omnem subitiunt hominum rationem'. Convinceretur et ratione hoc saluberrimum constitutum nisi quia ridiculum arbitraretur dei verbum humana ratione probare; que quidem eiusdem verbo, 'stultitia anid deum est'. Traditur hanc inferiorem spirituales hominum monarchiam militantis ecclesie voluisse ad instar superioris esse formatam, in qua summa dei bonitas etsi nullus livor sit prioratusve desiderium, quin ymmo sibi similem quemlibet deus ipse esse desideret, omnium catholicorum, quin ymmo et infidelium summa sententia est, unicum esse super omnem aliam divinam potestatem deum causamve primam ab omni alia creata bonitate distinctam. Constituit Petrum fidei gubernatorem, ecclesie verticem et fundamentum, que quidem in individuo corpore Petri supervacuo designasset, si omnibus congregatis potestatem dimittendam censeret. Et si fidelibus congregatis discipulis potestatem designantia verba protulerat, Petrum, cui soli regimen dederat, in universali non comprehendebat alloquio, ut verba insinuant ratiove et naturalis ac scripta demonstrant.

Quibus quidem concludo, unico existente indubitato Christi vicario, ad Orientalium populorum totis viribus < unionem > innitente ac ob id universalem convocante ycomenicam synodum, vos, qui Basilee consistitis, ab articulo fidei unice sancte catholice ecclesie devios esse credam, quo fit, ut a christiane religionis simbolo alienos diiudicem. Hoc pro verborum occasione in medium duxi, ut te audiam cumulatissime respondentem, etc.

III. LUDOVICUS. Etsi conspiciam, quesito me satisfacientem, non evadere accusationis formulam, ut res hec, que multorum iudicio digesta est, particulatim clareat, ad dubium venio, quo queritis, an ecclesia in unius gubernaculo an plurium sit per redemptorem nostrum ordinata. Sicque breviter responsum suscipies.

Teneo ac firmiter credo caput apostolorum Petrum ac eiusdem legitimos successores verbis per te premissis, sed non ut pro se tradita sint, sed ut in Petrum ecclesie unitatem comprehenderet, deus noster in Petro verba dixerit, Augustino testante 'claves non ipse ut unus, sed unitas accepit ecclesie', in canone *quodcumque* XXIII q. 1; de summa trinitate c. 1 in fine, de sententia ex(communicationis) q. a nobis. Unde et Augustinus in libro *Quaestionum novi et veteris testamenti*, question. LXXIX, asserit: 'Petrus dodrogma solvens, pro omnibus id agebat. Et omnia, que Petro, dicta sunt et discipulis omnibus, et si pro Petri fide oravit, et pro apostolis cunctis. Io. IX: *pro his rogo, quos mihi dedisti, pater, et volo, ut et ubi ego sum,*

3r

20 ante omnibus ponitur in punctis infraposis deletum.  
viationis V.

40 lege Io. XVII

38 vetis cum omissione signi abbre-

2 Lc. 22, 32. 4 Mt. 16, 19. 10 Phil. 4, 7. 13 1 Cor. 3, 19. 36 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 6 (Quodcumque) = FRIEDBERG I, 968 || Decretales Gregorii IX, Lib. I, t. 1, c. 1 (Firmiter) = FRIEDBERG II, 5.* 38 inter complures (A nobis) *questiones Corporis iuris canonici non inveni citationem.* 37 Ps.-AUGUSTINUS, *Quaestiones veteris et novi testamenti, c. 76 = MIGNE PL 35, 2269-70 (citatio non verbalis).* 38 cf. Mt. 17, 26. 40 Io. 17, 7; 17, 9; 24

et ipsi futuri sint'. Et si pastor est effectus Petrus, audi dicentem Ambrosium in pastorali suo ad finem 2<sup>e</sup> columnae: 'pasce oves meas, non solus gregem, sed et nobiscum suscepit et nos cum eo'. Clavium autem datio, etsi Petro est facta, nonne et apostolis cunctis, cum dictum est: 'accipite spiritum sanctum et cui dimiseritis peccata, dimittentur et in celo' etc.'

5 Fateor ecclesiam in Petro, representante fidelium cetum, esse fundatam. Credo unum fuisse regimen in ecclesia salvatoris nostri verbis admissum, quod ad unitatis designationem in Petri personam ceterosve in Romana sede legitimos successores representare voluit, non ut valeret ecclesiae, quam representat, obsistere, sed quatenus ecclesiae caput est, singulis singulariter presit ac pluribus non ecclesiam facientibus; sed illa, quae in Petro representatur  
10 ecclesia legitime congregata, quae pariformiter verba primatum regimenve suscepit, unico tamen vigente capite, in quo sui representatur potestas, in qua et capitis et membrorum potestas complectitur, quin eidem subiciatur capiti, non video. Dico igitur salvatorem nostrum, qui summe bonitatis perspector est, voluisse in ecclesiae unitate primatum constituere, qui, ut in unius representaretur persona, unum voluisse caput perficere, in quo, non data  
15 ecclesiae congregatione, representata foret ecclesia. Hec mea recta sanctorum dictis conformis credulitas est sicque quatenus Basiliensibus sibi assensum prebuerim, nulla ab ecclesiae unitate divisio facta est, nisi quatenus Ferrarie universalem ecclesiam esse crederes, de quo alio disputationis membro discussio erit. Sed hec satis sint pro responsione quesiti.

IV. ANDREAS. Supremam regiminis ecclesiae potestatem in ecclesiam ponis, quam fidelium  
20 congregatione constituis, caputve suscepisse primatum ecclesiae nomine. Quero, an congregata ecclesia, huius capitis vigeat potestas.

LUDOVICUS. Si premissa conspicias, responsum est. Cum potestatem ecclesiae in sua unitate Petrus suscepit, nisi eidem obsistat ecclesiae, potestas viget, nec rationi disconvenit  
3v potestatem universalem ecclesiae in ecclesia residere, ac vice ecclesiae in caput unum, |  
25 prout notissimis sanctorum dogmatibus dictum est.

V. ANDREAS. Ex his mihi persuasum est verbis tuis, Petro ecclesiae potestatem a salvatore nostro concessam, ut in eius individuo corpore designarent ecclesiae unitatem et quod pariformis ecclesiae potestas est tradita, quae rationi non convenientia esse ratione demonstro. Duarum concurrentium potestatum primatum scissuram ducere notissimum est. 'Unica est  
30 electa mea', unius ecclesiae episcopatus est, cantat ecclesia testantibus canonum legibus XXVIII q. 1, ac canon quasi monstrum insinuat uno in corpore duo capita. Si ergo duplex videtur universalis dimissa potestas in universalem ecclesiam ac in Petri individuum, quisnam divinam illam providentiam inferiorem hanc monarchiam recte constituisse assereret? Cum eam quasi monstrum duobus tribunalibus designasset, quod quam divine bonitati detestabile  
35 fuerit, angelorum de celo eiectorum casus insinuat.

Non permittam, si dixeris Petrum non pro se, sed pro ecclesia suscepisse primatum sicque unicum ecclesiae supremum esse tribunal. Non enim sacri canones ecclesiae vicarium, sed caput insinuant Petrum. Si Ihesu Christi vicarius est, prout sanctissimus Aurelius Augustinus in libro *Quaestionum novi testamenti* in questione pro te introducta demonstrat dicens: 'quod  
40 sicut in salvatore erant omnes, caus[a] magisterii, ita post salvatorem in Petro omnes continentur'; quoniam ipsum constituit caput eorum, ut pastor esset gregis dominici et grex

2 colup. cum omissione signi abbreviationis = columpne V.  
40 omnes cause V.

27 expectaretur forte et quod.

1 Ps.-AMBROSIUS, *De dignitate sacerdotali*, c. 2 = MIGNE PL 17, 570 A. 2 Io. 21, 17.  
4 Io. 20, 23. 29 Cant. 6, 8. 31 *Decretum Gratiani, pars II, C. XXIV, c. 18* (Loquitur dominus) = FRIEDBERG I, 972. 38 Ps.-AUGUSTINUS, *Quaestiones veteris et novi testamenti*, c. 75 = MIGNE PL 75, 2270.

dominicus ecclesia sit, ut cunctis extat notissimum in canone *ecclesia* de consecratione dist. I, si pastor est gregis, similiter ecclesie et caput dei dispositione. Quis non duas assereret potestates, cum una non dependeat ab altera, sed superioris iussu et auctoritate fundata, et hominum non sit immutare, quod dei verbum instituit, ut eleganter apostolus inquit, cum nedum homines, sed et angelos contraria suadentes anathematis mucrone feriat ?

5

Constat non posse fideliter asseri pontificii primatum ac pastorale ministerium claviumve magisterium ab ecclesia Petro traditum, sed ab ipso pietatis fonte veritatis magistro. Cum ergo difiteri non valeas et expresse professus sis a deo potestatem hanc traditam Petro, eamve ut caput et pastor, etsi asseras in ecclesie representatione suscepisse, concludere necesse est aut esse ad unitatem concurrentes duplices potestates, quod esse non potest in ecclesie unitate | nec summe bonitati, que omnia recta ratione disposuit, conveniret, aut quod ex his duabus potestatibus illa superior sit, que in hoc mistico corpore partem digniorem efficiat.

4r

VI. Considerandum est, quis digniorem in partem electus sit, an totalis ecclesia vel Petrus ipse. Sacratissimarum legum vertex Paulus cum lege constituyente locum religiosum constitui humani corporis sepultura, si in corpore fuerit divisio, caput corpori toto preponi decrevit, l. cum in divisio ff. de religiosis, ubi sic inquit: ' cum in divisio locis sepultus quis est, tamen utique locus religiosus non fit, quia una sepultura plura sepulcra efficere non potest; mihi videtur illum religiosum locum esse ubi quod principale conditum est idest caput, cuius ymago sit, qua cognoscatur'; ibidem asserens corpus censi, ubi caput esset. Constat tanti auctoris sententia caput dignius alio toto corpore; sicque, si Petrum caput esse asserimus, residuum ecclesie vero corpus, cuius caput Petrus est, membra, quod ibidem censentur ecclesia residere, ubi Petrus residet.

15

Nec ad decisum redeas dubium, quod ceterorum fidelium cetus absque Petro ecclesie potestatem contineant, quia hoc falsissimum est et a pietatis regulis alienum, cum Petrum pastorem, verticem, clavigerum deus constituit, omniumve sit sanctorum doctrina, et Augustini, ut supra, et Ieronimi in canone *quoniam vetus* XXIII q. 1 et canone 1, 2 et q. *hec est fides*, ubi asserit ' in fide emendari velle a summo pontifice, qui Petri et fidem et sedem tenet', et sanctissimi Leonis eodem canone et questione *cum beatissimus Petrus* apostolus, ubi dicit: ' Quia primo a domino acceperat principium Romana ecclesia, eius maneat institutis' et eodem titulo et questione *manet*, ubi asserit: ' Manet Petri privilegium, ubi nil erit solutum vel ligatum, nisi quod Petrus ligaverit atque solverit'. Item Ambrosius in canone eiusdem tituli et questione, ubi asserit: ' Quemadmodum turbari potest navis, ubi ecclesie fundamentum est?' et subdit: ' aliud et spirituale fuisse Petro commissum piscandi genus cum sibi tantum dictum est: *mitte hamum cum aliis, retibus* piscari mandasset', eiusdem tituli et questionis *est aliud*. Sicque hec verificari nequeunt, ut vicem alterius gereret, sed ut principale huius corporis, unicus princeps et caput esset, sicque absque capite corpus non est, nec, dempto capite, corpori aliqua est facultas agendi.

30

35

Ex quo non absque heresis contagione asseri posse prima facie arbitrari concilium, que capiti concessa sunt, administrationem posse suscipere, tamquam contra prime nostre fidei

1 *Decretum Gratiani, pars III, De consecratione D. I, c. 8 (Ecclesia)* = FRIEDBERG I, 1296. 4 cf. Gal. 1, 8. 14 *Iulius Paulus, iurisconsultus*; cf. de eo E. SECKEL - B. KUEBLER, *Iurisprudentiae anteiustinianae reliquiae*, II, 1, Lipsiae, 1911, 4 sqq. 16 IUSTINIANUS, D. XI, 7, 44 (*Cum in diversis*) = MOMMSEN 158. 26 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 14 (Haec est fides)* = FRIEDBERG I, 970; C. 24, q. 1, c. 25 (*Quoniam vetus*) = FRIEDBERG I, 976. 28 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 16 (Cum beatissimus Petrus)* = FRIEDBERG I, 971. 30 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 5 (Manet ergo)* = FRIEDBERG I, 968. 32 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 7 (Non turbatur navis)* = FRIEDBERG I, 969. 33 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 8 (Est aliud)* = FRIEDBERG I, 969. 34 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, 8 (Est aliud)* = FRIEDBERG I, 969.

ordinamenta ac pietatis verba, directo religionis formam, que in uno principe constituta est, in popularem confusionem deducere. Que quam contraria recto sint, iudicet, qui horum duorum regiminum | conditiones noverit.

4v VII. Restat, ut ad obiecta respondeam. Quando ecclesie dictum sit 'quodcumque ligaveritis' etc. non est negandum, beatissimo Alexandro testante, cum ad sanctum Valerianum scriberet, in canone *audivimus* q. 1, et quod Petrus unitatem representaret ecclesie, Augustino testante super Iohannem in canone *quodcumque* eiusdem tituli et questionis. Sed nonne sanctorum canones ecclesiam hanc capituli suscipere operationes demonstrant? Quid enim Ieronymus cum dicit: 'quicumque tecum non [colligit], spargit' in canone *quoniam vetus*? 10 Quid Ambrosius, cum dicit: 'quemadmodum potuit turbari navis cui preerat is, in quo ecclesie fundamentum est'? Quid Leo, cum dicit: 'nihil erit ligatum nisi quod beatus Petrus aut ligaverit aut solverit'? Quid differentia piscationis hamo concessa Petro, quam beatus Ambrosius ab aliis distinguit apostolis? Videsne distincta aliqua Petro sanctorum testimoniis asseri fuisse commissa, sicque omnia, que aliis recepere, et ipse habuit, et specialiora ut 15 caput et princeps?

Numquid ludibrio sunt gesta sanctorum, operationes patrum, ubi est sanctorum conciliorum primorum reverentia ad Petri sedem ac ad Christi vicarium Romanum pontificem? Niceni, Constantinopolitani gesta perquiras, ubi nil agendum constituere nisi Romano mandante pontifice. Quid sancti Iulii ipsa littera vult, a toto Oriente recepta, ubi nil agi posse 20 asserit, ubi Romane ecclesie legatus abfuit. In canone *regula XVII* distinctione quid constitutum est, eadem distinctione, *huic sedi*? Quid Simacus ipse in canone *concilia* eadem dist. cum dicit: 'concilia ea tenemus, et vim habent, quatenus pape presentiam retinent'? Quid interest transgredi patrum terminos contra pietatis doctrinam? Quid antiquorum diuturno tempore observatam violare sententiam contra can. *quanto, de translat.*, et 1. *testamentum* can. *de 25 testibus*? Organum, executio ac effectiva operatio corporis caput est. Caput est Petrus corporis militantis ecclesie, in eum ecclesiam representatam noscimus dei verbo, quod immutare hominum non est absque augmentatione fidei. Stent dei mandato religionis termini, dignitates, principatus, sanctorum consensu hactenus observati, non os in celum propriis privatis ambitionibus apponamus. Quid dudum de superioritate tractandum, nisi cum in ecclesia in unitate 30 omnium consistat, que in Petri persona tantum summa constituta est, caput hoc ut ecclesie decus totis viribus veneremur | illudve principale culmen et decus esse cognoscamus, ex quo 5r 'velut ex trunco rami, velut ex fonte rivuli derivantur et profluunt', sanctissimo Cipriano testante in canone *loquitur dominus XXVIII* q. 1.

VIII. Arbitror unicum in militante ecclesia supremum esse tribunal, quod in Petri corpore designatum fuisse professus es. Et si solius Petri corpus ad ecclesie representationem sufficit, ex pietatis norma, si totalem congregaret universalem ecclesiam, non minus in capite ope-

9 colligit] comedit V.

33 in tanen. V.

4 Mt. 16, 19. 6 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 4 (Audivimus)* = FRIEDBERG I, 967. 7 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 6 (Quodcumque)* = FRIEDBERG I, 968. 9 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 25 (Quoniam vetus)* = FRIEDBERG I, 976. 10 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 7 (Non turbatur navis)* = FRIEDBERG I, 969. 11 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 5 (Manet ergo)* = FRIEDBERG I, 968. 19 cf. Ps. — IULIUS = HINSCHIUS 471. 20 *Decretum Gratiani, pars I, D. 17, c. 2 (Regula vestra)* = FRIEDBERG I, 51. 21 *Decretum Gratiani, pars I, D. XVII, c. 6 (Concilia)* = FRIEDBERG I, 52. 24 *Decretales Gregorii IX, lib. I, t. 7, c. 3 (Quanto personam)* = FRIEDBERG II, 98. 24 IUSTINIANUS, C. IV, 20 (*De testibus*) = KRUEGER 158 (cf. D. XXII, 5); C. VI, 23 (*De testamentis*) = KRUEGER 253 (cf. D. XX VIII, 1). 33 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 28 (Loquitur dominus)* = FRIEDBERG I, 972.

ratio corporis manet. Sed hoc modo differre consentio, quod cum nulla alia est ecclesie congregatio, maior operationum libertas capiti insit, cum ad sacratissimum cetum cardinalium quantumcumque gravia emineant, referantur; cum vero universalis congregatur ecclesia et si, ut deductum est, decisionis potestas in caput resideat, non absque rubore, convocatis per eum patribus, eorum scita negligentur, cum omnia, que recto consilio geruntur, iuris recipiunt firmitatem, lex <non> *dubium C. de republica*. Unde et bellissime ad propositum christianissimus imperator asserit in l. *humanum C. de legibus*: ‘ volumus legem constitui ab omnibus proceribus nostri palatii et gloriosissimo cetu nostro, patres conscripti, tractari, et si universis placuerit, tunc legem dictari et denuo collectis omnibus recenseri et cum omnes consenserint, nostro nomine recitari, ut universorum consensu nostre serenitatis auctoritate firmantur’. Et subdit: ‘ bene enim cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, ad nostram gloriam nostrique imperii beatitudinem redundare’.

Sed arbitror te in continenti debere subicere secundum hoc nullam esse in concilio potestatem. Hoc quidem ex predictis non sequitur. Dico, quodcumque pietatis verbo ecclesie concessum est, inlibatum persistere; sed si a concessis diverterent, capite membra regulari, ut ab individua collectave in unum potestate, tuo hoc colligens ex sermone, sunt, etiam si consultorum consilia non sequatur; nec videtur contrarium posse colligi, ut membra caput diiudicent, ne ad infinitum superioritatis negocium flueret. Est namque dare naturaliter unum immobile supremamve potestatem in singulis, cunctis doctorum sanctorum philosophorumve sententiis suadentibus, que inferiorum legibus non vi sponte subsistit. Sacratissima testante lege ‘ digna vox est maiestatis regentis se legibus alligatum profiteri’, ut quod nature necessitate supremum est, sua sponte non necessitate suprema subiciat, ibidem subiciens: ‘ et revera maius imperio est submittere legibus principatum’ quod, si, quatenus persona est, profiteri valeat, | nequit dignitatem in supremo positam natura ac possibilitate contradicente subicere. Unde bellissime Iustinianus inquit in authentica *de consulibus* in fine: ‘ leges omnes imperialem fortunam non capiunt, cui et ipsas deus leges subiecit, legem animatam ipsam mittens hominibus, ut a capite omnibus civitatibus et populis cuncta distribuatur’. Quis tam insanus rationis conspiceretur homo, ut temporale culmen, quod a deo constitutum minori luminari simile hac regula deus composuerit, ut uno solido gubernetur et habeatur, spirituale vero maioris luminis ad instar, in plurimum confusionis dimiserit, ad unam [rationem] individuum non redegerit unitatem? Fateor Yhesum Christum dominum nostrum ecclesie multa dixisse, sed ecclesie caput constituisse Petrum eiusve legitimos successores.

IX. LUDOVICUS. Quam extranea a pietatis sermonibus sit hec vestra credulitas, diligenter advertas. Primo: potestatem hanc, quam Petro tribuis, non esse evangelicis sermonibus consonam Matheus evang. testatur cap. XVIII, ubi per redemptorem nostrum Petro relatum est: ‘ si peccaverit in te frater tuus, vade corrip eum inter te et ipsum. Si te audierit, lucratus es eum. Si non audierit, adhibeas unum tecum, quem si non audierit, dic ecclesie, quam si contempserit, sit ut ethnicus et publicanus’. Videsne, quod ecclesie, non pontifici denunciationem fieri constituit, quodque nullam, post ecclesie denunciationem, denunciat potestatem?

13 consilio V.

28 ante temporale *subintellige* crederet.

30 ad unam continere V.

6 IUSTINIANUS, C. I, 1 4,5 (*Non dubium*) = KRUEGER 68. 7 IUSTINIANUS, C. I, 14, 8 (*Humanum esse probamus*) = KRUEGER 68; *titulus est de legibus et constitutionibus principum et edictis, quem auctor equivalenter indicat vocabulis de republica.*  
 (Digna vox) = KRUEGER 68. 11 *ibidem.* 21 IUSTINIANUS, C. I, 14, 4  
 22 *ibidem.* 25 IUSTINIANUS, Nov. CV, c. 2, 4 (*Subiceat*) =  
 KROLL 507; *titulus novellae: De consulibus.* 36 Mt. 18, 15-6 (*exceptis paucis verbis*).

Quod clara ratione monstratur. Nonne dei verbum est: 'ubi duo vel tres sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum', Math. XVIII et canone *de quibus* XX dist. ? Si ergo in fidelium congregatione deus est, nonne maior pontifice ? Certe notissimum est. Nonne et Paulus Petrum reprehendit ? < c. > II q. VII *Petrus* et c. *Paulus* et can. *ipsi apostoli* ? Estne possibile te rem ignorare notoriam : summum pontificem posse certis casibus iudicari et illis concilium esse iudicem, ut vulgatum est, (regula?), c(an.) *si papa* XL dist. et g(lossa) in canone *sicut inquit* II, q. VII ? Nonne, Actuum VIII, miserunt discipuli Petrum et Iohannem ? Ergo superioritatem mittentium indicat XCIII dist. in summa. Nonne, quia ad gentiles accessit Petrus, ecclesie se purgavit, Actuum XI ? Et Mathei electio ad apostolatus gradum non per Petrum, sed per apostolos facta claram ecclesie superioritatem indicat, Actuum I et XX.

6r 10 Accedat his canon *precipue* XI, q. III, | ubi papa loquens asserit velle [Lotharium] delinquentem denunciare ecclesie. Constat superiorem ecclesiam designare et canon *quod quis sancta synodus* XXXII, q. IX. Nonne et Eleuterius asserit ab apostolis et eorum successoribus diffinitum, quod preter Romanum pontificem nulli liceret de episcopis iudicare III, q. VI *quamvis*, et eadem C. et q. *dudum*, ubi Iulius papa dicit non posse sine pape auctoritate concilium congregari ab apostolis ceterisque decretum est et statutum. Nonne et tu osservasti inferiorem hanc monarchiam ad instar superioris esse formatam ? Illa superior impeccabilis est, ergo ut inferior impeccabilis sit, non in unius corpus referenda est, quia peccare potest, sed in fidelium congregationem, in qua representata ecclesia peccare non valet, ut XXIII q. 1 < a > *recta fide*. Item mater, non domina ap<p>ellatur Romana ecclesia, XII dist. *non decet*. Quid autem obscenius dici posset, summo pontifice notorie scandalizante ecclesiam, a nemine fidelium posse corrigi ac impune licere suis vacare luxibus ? Nonne redemptor noster cunctis discipulis loquens et Petro dixit : 'arbor fici erat in vinea, quam cum dominus videret et abscindere eius infructuositatem conspiceret, dixit expectandum anno uno, et mittam stercora, que si non melior fieret, subcidam'. Quid aliud insinuat quam prelato diutius expectato, ut 25 se corrigeret, si non respiscat, ut deponatur ac fidelium iudicio de ecclesia succidatur ? Quibus quidem auctoritatibus mota sacrosancta Constanciensis synodus saluberrime iam decrevit huiusmodi dubitationem diffiniens sacram generalem synodum in spiritu sancto legitime congregatam certis ibidem contentis casibus preferendam auctoritati pontificis et cum res hec decisionem meruerit, non decet nec potest in dubium redigi, rei iudicate sententia litis limina 30 precludente.

X. ANDREAS. Cum tui loquentis verba perciperem, per<h>orru, quid tua conaretur intentio, cum totam christiane religionis normam, unitatem pacemve disumpere studeat, quo

5 consilium V.                      6 post vulgatum est habentur vocabula, quae videntur esse superflua canon. et r(egula?).                      11 ubi repetit V.                      11 Lotharium] vicarium V.                      22 vagare V.

1 Mt. 18, 20.                      2 *Decretum Gratiani, pars I, D. 20, c. 3 (De quibus) = FRIEDBERG I, 66.*  
 4 *Decretum Gratiani, pars I, C. 2, q. 7, c. 27 (Beati Petrus et Paulus) ; c. 33 (Paulus) = FRIEDBERG I, 494, 493.*                      4 *ibidem, c. 23 (Ipsi apostoli) = FRIEDBERG I, 495.*                      6 *Decretum Gratiani, pars I, D. 40, c. 6 (Si papa) = FRIEDBERG I, 146 ; pars II, C. 2, q. 7, c. 7 (Sicut inquit) = FRIEDBERG I, 499.*  
 7 cf. Act. 3, 14.                      8 in summa, id est probabiliter in globo vel ad sensum distinctionis.                      9 cf. Act. 11, 4 sqq.                      10 cf. Act. 1, 26.                      11 *Decretum Gratiani, pars II, C. 11, q. 3, c. 3 (Precipue) = FRIEDBERG I, 643.*  
 12 allusio ad *Decretum Gratiani, pars II, C. 35, q. 9 c. 3 (Quod quis) = FRIEDBERG I, 1284.*                      15 *Decretum Gratiani, pars II, C. 3, q. 6, c. 7 (Quamvis licet) = FRIEDBERG I, 520.*                      19 *Decretum Gratiani, pars II, C. 3, q. 6, c. 9 (Dudum) = FRIEDBERG I, 521.*                      19 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 9 (A recta de) = FRIEDBERG I, 969.*                      20 *Decretum Gratiani, pars I, D. 12, c. 1 (Non decet) = FRIEDBERG I, 27.*                      23 cf. Lc. 13, 6-9.                      27 cf. concilium Constantiense, decretum 'Frequens', diei 9 octobris 1417.



quam detestabilis censenda sit cogita. Transgressus es contra sapientie normam, terminos patrum, ac, ut verbis utar Ieronymi; stateras dolosas te videor attulisse dicentem: pro arbitrio hoc leve, hoc grave est. Conspiciendi sunt christiane religionis termini, quid eorum septa nobis insinuant; demum ex his, quam perversa sint, que ad rem hanc per te allata sunt, recte conspicies. Scis, si depravatos sensus pietatis doctrinam non offendissent, quod sola 5 6v  
verba evangelica christiane fidei suffecissent, cum prefatam rem omnem contineant?

LUDOVICUS. Scio; nam et sanctissima Constantinopolitana sinodus attestatur.

ANDREAS. Priore igitur offensione scis conciliorum sanctorumve plurium dogmata ad evangeliorum instar pro terminis fidei assignata?

LUDOVICUS. Quod evangeliorum vim aliquorum dicta sanctorum nacta sint, nullatenus 10 credo.

ANDREAS. Non dico, ut evangeliorum vim sanctorum dicta percipiant, sed quod ut evangelia terminos faciant, cum de evangeliorum intelligentia sermo fuerit.

LUDOVICUS. Scio libellos plurium approbatos ultra scripta evangelica pro terminis fidei.

ANDREAS. Plurium igitur doctorum sententiis conclusa sunt, que ex scripture verbis ali- 15 quibus videbantur ambigua, quorum conclusionibus, ut litigantibus fas non est rei iudicate auctoritatibus contraire, nec theologie professoribus fas est in dubium ducere, quod spiritu divino viri in ecclesia longeva temporis veneratione recepti sunt claro disseruerunt alloquio; tanteve auctoritatis testimonia visa sunt, ut absque alterius veritatis inquisitione, cum de ipsius deitatis cognitione inter Latinos Grecosve dissensio foret, piis vocibus eorum, quos nos 20 infideles arbitrabamur, diversis vicibus publicis in conventibus dictum sit eorum sententiam rationemve sponte subicere sanctorum testimoniis, que non arbitrantur absque divino spiritu protulisse, adeo ut solius Crisostomi testimonium consecrationis sacratissimi corporis dubio finem imposuerit peroptatum; quanto potius et nos eorum, quorum memoriam celebramus, dictis imbecillem rationem sensumve debemus subicere. 25

XI. Inquirenda sunt ergo, quid in re hac illorum dicta insinuent, quorum testimonia sacris conciliorum sententiis pro terminis sunt affixa. Nam clarissima salvatoris nostri testimonia sunt in medium promulgata, que ut diverteres, etsi non Petro, sed ecclesie in Petri representatione dixisse asserueris, clarissime responsum est hoc non posse salva verborum sententia recipi, cum non Christi diceretur vicarius Petrus dimissus, sed ecclesie. Si tuus procederet 30 sensus, datus non caput, sed capitis representator, non hamo piscator, sed aliorum nomine piscandi hamo exercitium suscepisset; que quidem expositio salvatoris sanctorumve intelligentias corrumpere manifeste, quia inter Petrum aliosve ecclesi[e] | residuum facientes 7r  
afferunt directo diversa; apostolis dicta verba apostolos non comprehendunt. Petri primatus eum ab apostolis segregat, ut clare verba demonstrant. Ergo Petri potestas cunctis apostolis ac aliis non apostolis preposita est, et hamo piscari solum Petro concessum. Ambrosius asserit: 'ceteris vero rete'; ergo distinctio dispositionum facit, ut quod in Petro dictum est, aliis non videatur concessum; in quibus difformis est dispositio per salvatorem eadem in dispositione facta; argumentum hoc in terminis concludit; lex *cum ex filio*, ff. *de vulg. et pup.*, et intelligenti notissima est conclusio. Ergo ecclesie nomine primatum suscepisse dici non 40 potest.

17 auctoritatibus est ita abbreviatum, ut posset etiam legi auctoribus. 20 dissentio V. 33 corrumpent || ecclesiam V. 39 vulga V.

2 cf. *allusiones apud Hieronymum, In Osee, 12, 7; In Michaeam, 6, 11* = Migne PL 25, 927 A; 1213 B-C.

23 auctor alludit ad declarationem Graecorum contra episcopum schismatico sensu intellectam, die 5 iulii 1439. 36 Ambrosius, *Super Lucam, lib. IV, c. 5, n. 70* = Migne PL 15, 1633 C 39 Iustinianus, D. XXVIII 6 (*De vulgari et pupillari substitutione*) = Mommsen 388.

Capiam post evangelicum sermonem sinodica testimonia. Extant acta africani concilii, ubi patres ad summum pontificem ita scribunt: 'Domino beatissimo et honorabili Bonifacio Aurelius Valentinus primas sedis provincie Numidie et ceteri, qui adsumus ducenti decem et septem. Nunc a beate memorie Zos[i]mo, in cuius locum divinitus constitutus es, nuncii  
5 certi venerunt, a quo ad nos mandata et litteras attulerunt' etc. Si par aut inferior quis suo superiori mandaret, quanta arguendus esset insania, rerum magistra experientia docet, cum in nullo magis fundetur iurisdictionis quasi possessio, quam in mandando ac in mandatorum obsequio. Referentibus patribus de concilio mandata apostolica eisdem allata fuisse, quis dubitat superioritatem ostendi in mandante? Certe et irritanda fuissent mandata ac manda-  
10 tarii, qui eas ut talia recepissent.

Accedat his beatissimi Ylarii generalis sinodus, ubi talis extat Taraconensium epistola recitata ac communi omnium sententia approbata: 'Domino beatissimo et pape Ylario universi Taraconensis provincie episcopi. Etiamsi nulla staret necessitas discipline, expectandum revera nobis fuerat illud privilegium sedis vestre, quo susceptis regni clavibus post resur-  
15 rectionem salvatoris nostri, per totum orbem beatissimi Petri singularis predicatio ministro [rum] illuminat[i]o[n]i prospexit. Cuius vicarii principatus sicut eminent, ita metuendus est ab omnibus et amandus. Proinde dominum in vobis primitus adorantes, cuius ad sedem recurrimus apostolico ore laudatam, inde responsa querentes, unde nihil erroris, nihil presumptionis, sed pontificali totum deliberatione precipitur'. Qua epistola in generali concilio lecta accla-  
20 mavit concilium: 'ut antiquitas servetur rogamus', 'ut disciplina servetur rogamus', 'ut canones custodiantur rogamus', 'ut ordinatio apostolica illibata servetur', 'exaudi Christe. Ylario vita', 'dignus papa, dignus doctor'. Anne verba consideras, si suppositum vel  
7v superiorem demonstrent pontificem? Dic queso: si acclamatur vita | Ilario, si cognominatur dignus doctor, si universi orbis illuminator, si ab omnibus asseritur metuendus, si eius perso-  
25 nam post deum adoramus, auctoritatibus opus est? An hec superioritatem clare demonstrent, certe nulli dubium est.

Succedat his synodica epistola Anastasii pape Anastasio imperatori, cuius verba sunt hec: 'Exordium pontificatus mei primitus oblata populis pace promitto; consequenter, ut sancte ecclesie augustissimum nominis tui celsitudo prestet auxilium, ut, sicut precelsum vocabulum  
30 pietatis tue per universas gentes toto orbo prefulget, ita per ministerium mee humilitatis, sicut semper est, sedes beatissimi Petri universali ecclesie assignatum sibi a domino deo teneat principatum'. Audi et beatissimi pape Symmachi in basilica beati Petri apostoli Rome concilii generalis verba, ubi omnibus astantibus patribus Fulgentius archidiaconus dixit: 'Bea-  
35 titudo vestra directe hanc per provincias auctoritatibus synodum convocavit, quorum pre- sentia in vestris videtur oculis constituta. Nunc beatitudo vestra, que [ad] ecclesiarum con- cordiam vel [ad] pacem, dignetur tractabiliter ordinare. Acclamatum est: 'Symmac<h>o vita' « ut facias rogamus' dictum'. Anne superiores inferiorem rogant, ut faciat in hiis, que publicam administrationem requirunt? Certe rationi iurive scripto contrarium est. Rogatus igitur ac vite acclamatio ac ordinandi facultas notissimam superioritatem demonstrant.

4 Zosamo V.	11 lege Hilari.	11 Terancenensis V.	12 papa V.    Teracenensis
V.    lege Hilario.	13 lege expetendum.	14 resurrectionem V.	15 ministro illuminatori V.
19 deliberationi V.	22 lege Hilario.	23 Illario V. ] lege Hilario.	31 domine V.
32 Simaci, sed infra rectius V.	35 que ubi ecclesiarum V.	36 vel ubi pacem V.	39 demonstrat V.

1 concilium Africanum anni 444, cf. MANSI 4, 511B (ubi solus titulus)	12 epistola epi- scoporum ad Hilarum papam = THIEL 155.	20 ibidem, THIEL 163.	28 epistola Anastasii
II papae ad Anastasium imperatorem = THIEL 615-6.	33 epistola Symmachi papae (decretum syno- dale) = THIEL 644-5.		

XII. Accedant testimonia luce clariora sanctissimorum conciliorum duorum apud sanctum Petrum Rome Symmachi pape tempore. In prima igitur synodo, cum tractaretur de alienatione bonorum ecclesie per laicos facta ac per certos conciliariter conventos episcopos approbata, instantibus imperatoris nomine prefecto pretorii atque patricio, sancta synodus hec verba protulit: 'Ecclesiasticarum rerum alienationes irritas esse patres sancti sanxerunt; 5 quanto magis, quod apostolica sede non existente presule, qui prerogativa meriti beati Petri apostoli per universum orbem primatum obtinens sacerdocii, statutis synodalibus consuevit tribuere firmitatem, a laicis licet consentientibus aliquantibus episcopis, qui ecclesie preiudicare non potuerunt, viribus carere non dubium est subsistere'. 'Celius episcopus Symmachus episcopus catholice Romane ecclesie huic constituto a nobis facto subscripsi. Laurentius sancte 10 te sedis Mediolanensis ecclesie episcopus huic constituto a vero papa Symmac<h>o facto subscripsi' etc.

Extat et secundum clarius. Cum quarta fuisset Rome synodus congregata | Teodorico 8r instante, ut patres concilii Symmachum iudicaret, et videntes patres, quod vocatio concilii pape auctoritate facta non fuerat, dixerunt imperatori, quod ipse, 'qui dicebatur impeditus, 15 debuisse concilium convocare, scientes, quod eius sedis primum Petri apostoli meritum et principatus est. Deinde secuta iussione domini conciliorum auctoritas habuit potestatem'; sed 'sanctus papa Symmachus basilicam, in qua pontificum erat congregatio, ingressus est et de evocatione synodi gratias deo dedit, clementissimo regi et rem desiderii sui venisse testatus est. Habuerunt ex eo patres concilium esse firmatum, et cessavit causa, que tristitiam mi- 20 nistrabat'; introductisque querelis contra Symmac<h>um et dum papa ipse causam dicere vellet, 'ab irruentibus turbis emulorum ita tractatus est, ut multis presbyteris, qui cum ipso erant, per cedem ipsam morti fuisset occasio'. Patres omnibus matura consideratione pensatis dixere Symmachum papam sedis apostolice presulem a diversis impositionibus impetiturum, quantum ad homines respicit, constat arbitrio divino fuisse dimissum. 'Sit igitur immunis et 25 liber', 'quia [e]um ab impugnationis petitione, quia a deo tantum subiectus est, obligari non potuisse cognoscimus', 'totam causam dei iudicio reservantes'. 'Quia divino iudicio sicut de deo confidimus, <rationem> red [d]iturus. Nam scriptum est per prophetam ex persona dei: «Sine, non valet manus mea, ad consumendum eos, qui erraverunt»? Etiam subscribere 'Laurentius episcopus Mediolanensis ecclesie huic statuto nostro, in quo totam causam dei 30 iudicio commisimus, me subscripsi. Petrus episcopus ecclesie Ravennatensis <huic statuto nostro>, in quo totam causam dei iudicio commisimus, subscripsi et sequentia' etc. Videsne clarissima prime sedis sinodica testimonia, que quidem tam repetita promulgatione decisa constituerent nedum sententiam, sed et legem, quibus nec sententia sinodica contraire posset, sententia contra sententiam existente, et quia contra iuris expressum errorem, tot sinodicis consti- 35 tutionibus et spiritus sancti sententia diffinitis manentibus, supervacuo recensetur his contrarium decretum aliquod promulgatum. Sed satis sunt quoad conciliorum dicta.

XIII. Quid sanctorum in ecclesia approbatorum sententie indicant? Leo, ignea 'columpna fidei' per ycomenicis sinodos appellatus, qui repletus spiritu sancto, qui spiritus uniformis est,

4 pretorio V.	9 viribus ] forte legendum iuribus.	10 catholice V.	11 Symmaco V.
13 Estat V.	14 Symmacum V.	17 sequuta V.	18 Symachus V.
24 Symacum V.	28 Sic V.	25 redditurus V.	26 cum V.
			21 Symacum V.
			38 columpna V.

5 *Symmachi epistola 6, n. 10, seu exemplar constituti de rebus ecclesie conservandis vel quinta synodus Symmachi* = THIEL 688-9. 9 cf. THIEL 692. 15 *epistola quinta Symmachi papae seu quarta synodus habita Romae anno 501, n. 2* = THIEL 658. 18 *ibidem, n. 3*, THIEL 659. 22 *ibidem, n. 6* = THIEL 662. redditurus 25 *ibidem, n. 10* = THIEL 666 27 *in epistola Symmachi legitur*: quia in divino iudicio contemptus sui rationem est, sicut de deo confidimus. 29 cf. *Ier. 27, 8 (allusio)*. 30 cf. THIEL 667. 39 cf. *epistola synodalis concilii Chalcedonensis die 5 novembris 451* = MIGNE PL 54, 951-60.

audi, quid de summi pontificis potestate insinuet in epistula ad Anastasium episcopum Thessalonicensem: 'Leo episcopus urbis Rome Anastasio. Quanta fraternitati tue a beatissimi Petri auctoritate commissa sunt', 'si vera ratione prospiceres', 'multo possemus de iniunctis tibi sollicitudinis curis gaudere, quoniam, sicut predecessores mei predecessoribus tuis, ita  
 5 etiam ego dilectioni tue priorum secutus exemplum vices mei moderaminis delegavi, ut cu-  
 8v ram, quam universis ecclesiis | principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostre mansuetudinis adiuuares'.

Audi et eiusdem Leonis epistolam, in qua in terminis designatur ecclesiastica monarchia, que incipit: *Ita ut a prestituto tempore*, ubi sic infert: 'Cum fratres quid tractandum diffi-  
 10 niendumve crediderint, et diversa fuerit < a > communi voluntate sententia, ad nos omnia sub gestorum testificatione ferantur, ut remotis ambiguitatibus, quod deo placuerit, decernatur'. Et subdit: 'Non enim poterit unitatis nostre firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum caritatis adstrinxerit, quod *sicut in uno corpore multa membra sumus <et> habemus, omnia enim membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus su-*  
 15 *mus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Connexio totius corporis unam sanitatem, unam pul<h>ritudinem facit. Equidem connexio totius corporis unanimiorem requirit', quia 'et inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quedam discretio potestatis, et cum domini par esset electio, uni tamen dictum est, ut ceteris pre[e]m[i]neret, de qua forma episcoporum est orta distinctio, et magna ordinatione provisum, ne omnes sibi omnia ven-  
 20 dicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur previa sententia, et rursus quidam in maioribus urbibus sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos in unam sedem universalis ecclesie cura conflueret, et nichil usquequaque a suo capite disideret. Et qui scit se aliquibus esse prepositum, non moleste ferat aliquem omnibus esse prelatum'. 'Discipuli sumus humilis et mitis magistri dicentis: *Discite a me, quia mitis sum*  
 25 *et humilis corde. Qui autem se exaltat, humiliabitur et qui se humiliat, exaltabitur*'. Videsne, quam bellissime vir hic, spiritu divino plenus, sanctorum conciliorum iudicio monarchicam ecclesie insinuat firmitatem unumve designat sedis Romane primatum Petrumve aliis apostolis et discipulis, in quorum representatione residuum ecclesie fuerat designatum, omnibus preminere.

30 XIV. Sed quid clarius testimonio beatissimi Gregorii in omelia dominice resurrectionis, qui inquit: 'Considerandum nobis est, cur omnipotens deus eum, quem cuncte ecclesie preferre disposuerat, ancille vocem pertimescere et se ipsum negare permiserit, quod nimirum magna actum esse dispensatione cognoscimus ut is, qui futurus erat pastor ecclesie, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset'. Cui contestatur alter ecclesie doctor Ambrosius in diei eiusdem omelia sic inquires: 'Fidelior factus est Petrus, postquam se perdidisse fidem deflevit, et ideo maiorem reperit gratiam quam amisit; tamquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit, ut qui ante sibi infirmus fuerat, fieret aliis fundamentum. Denique pro soliditate ecclesiarum petra dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit et tamquam saxum immobile totius corporis christiani compagem molemve contineat'.

1 lege Thessalonicensem. 5 dilectionem V. 15 Conexio V. 16 requirit cum signo compendii super ultimam partem vocabuli V. 17 qui V. 18 premneret V. 22 usquequaque V. 26 iudictio V. 34 contextatur V.

2 Leo I papa, epistola 14 = Migne PL 54, 663 A-B. 9 ibidem, 674 C. 9 ibidem, 675 A. 12 ibidem, 675 B - 676 A. 13 Rom. 12, 5; 1 Cor. 12, 12. 17 Migne PL 54, 676 A-B (Leo I). 24 LEO I = Migne PL 54, 677 A. 24 Mt. 11, 29. 31 GREGORIUS MAGNUS, Homilia 2, c. 4, citatus secundum Decretum Gratiani, pars I, D. 50, c. 53 = FRIEDBERG I, 198. 35 Ps.-AMBROSIUS, citatus secundum Decretum Gratiani, pars I, D. 50, c. 54 = FRIEDBERG I, 198.

Hec clara duorum ecclesie luminarium testimonia sunt, L. dist. *considerandum* et in canone *fidelior* annotata. Conveniuntve hec opinionibus tuis? Nonne et beatissimus Clemens in canone *in illis* LXXX dist. dicit Petrum Apostolum cunctis prelatum et in civitatibus, ubi apud ethnicos primi eorum flamines fuerant, primates vel patriarchas accuratissime ordinasse, archiepiscoposve, ubi archiflamines fuerant? 5

Adsunt aliorum Romanorum sanctorum pontificum clara testimonia, Anacleti in canone *in novo* XVIII dist.; Pelagii ead. dist. *quamvis*, eiusdem Anacleti in canone *sacro sancta* dist. XX, et beatissimi Nicolai in canone *omnes* ead. dist., ubi clare insinuant, quod verbum illud, quo constructum est celum et terra, Romanam fundavit ecclesiam, omnium aliorum sacerdotii fontem. Nonne id sanctissimus Cyprianus contestatur XXIII q. 1 *loquitur dominus*? 10

Quorum summorum pontificum epistolas omnes, etsi sanctorum exercitus maxima cum veneratione receperit, cum et ipsi sanctorum catalogo sint descripti, protervo ausu | quorundam fastus audet dicere in causis propriis testimonium perhibuisse pontifices, non advertentes Ieronymum, quam apertissime summorum Romanorum pontificum scita cunctis preferat sanctorum dogmatibus in canone *hec est fides* XXIII q. 1 et eadem causa et questione *quoniam* 15 *vetus*; ignorantes sacratissimorum imperatorum sanctiones totius orbis assensu receptas, quarum normis et consularium virorum status dependet, que constituunt Romanam sedem sacerdotalis ordinis fontem, ecclesiarum caput, dominam et magistram, in *authentica, de ecclesiasticis titulis imperii*, in epistola *inter claras, de summa trinitate et fide catholica*.

Sunt hec testimonia negligenda, que hii perhibent, quibus humana submittitur ratio, qui 20 et religionis et moralitatis viventes iudices sunt, imperialis scilicet dignitas morum, contra cuius scita de ratione querens sacrilegii crimen incurrit, C. *de crim. pecu.* l. II, et pontificalis potestas religionis, contra cuius scitum velle plus sapere hereticum est, Ieronymo inquiens: 'hec est fides'? Sileant moralium philosophorum dogmata legibus iam <decisa> privata ratione discutere et nolint privatis superbire iudiciis sicque theologorum scita conciliorum 25 sanctorumve auctoritatibus in canone iam decisis ac longeva observantia comprobatis assentiant. Nullus namque esset litium finis, sed ad cuiuslibet privatorum querelam res sententia terminate novam investigationem haberent. Particularium differentiarum decisores sunt privati iudices, rationum equitatumve ac religionum principes ipsi. Fateor tamen certa esse notissima principia fidei, que in primis fidei cunabilis fidelium assensu symbolo communi 30 recepta sunt, in quibus nulla principum est potestas, cum a deo clare provenerint. Sicque in principe temporali asserimus, ut que ipso iure naturali edita sunt, immutabilia maneant nec absque causa imperial[em] lege[m] immutationem recipere, de iure naturali gentium et civili, sed naturalia. Sed ultra res fidei claras et indubitatas in spiritualibus Petri successor, in tem-

7 lege Pelagii. 8 omnes e. dy. V. 12 chatalogo V. 18 auctentica V 19  
tytulis V || inperi V. 25 noluit V || sitque V || consiliorum V. 33 imperiali lege V.

1 *Decretum Gratiani, pars I, D. 50, c. 53 (Considerandum)* = FRIEDBERG I, 198. 2 *ibidem, c. 54 (Fidelior)* = FRIEDBERG I, 198. 3 *Decretum Gratiani, pars I, D. 80, c. 2 (In illis civitatibus)* = FRIEDBERG I, 280. 7 *Decretum Gratiani, pars I, D. 21, c. 2 (In novo)* = FRIEDBERG I, 69-70; c. 3 (*Quamvis*) = FRIEDBERG I, 280 (*non Pelagius, sed Gelasius*). 7 *Decretum Gratiani, pars I, D. 22, c. 2 (Sacrosancta)* = FRIEDBERG I, 73-4. 8 NICOLAUS II; cf. *Decretum Gratiani, pars I, D. 22, c. 1 (Omnes)* = FRIEDBERG I, 73. 10 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 18 (Loquitur dominus)* = FRIEDBERG I, 971-2. 15 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 14 (Haec est fides)* = FRIEDBERG I, 970. 15 *ibidem, c. 25 (Quoniam vetus)* = FRIEDBERG I, 975-6. 18 IUSTINIANUS, C. I, 8 (*Inter claras*) = KRUEGER 10. 18 IUSTINIANUS, Nov. CXXXI (*Auth. CXIX*), c. 2 (*Ideoque sancimus*) = KROLL 655; *inscriptio novellae: De ecclesiasticis titulis*. 19 *sicut supra, linea 9*. 22 IUSTINIANUS, C. IX, 29, 2 (*Disputari*) = KRUEGER 385; *titulus est: De crimine sacrilegii; praecedit titulus, ab Andrea de S. Cruce minus recte citatus: De crimine peculatus*. 24 *sicut supra, linea 15*.

poralibus imperialis maiestas omnibus mundi potestatibus sunt prelati, Christi verbis, conciliorum sententiis, sanctorum testimoniis, sanctissimarum canonum legumque scitis subpositorumve communi sensu, que qui in dubium revocat, quibus adversetur inspiciat.

XV. Quid his fertilissime contestatur sanctus ille Thomas de Aquino, cuius celebritas  
 5 toto orbe prefulget, videas XXVIII dist. in sententiarum quarto, ubi inter alia dicit: ' Ut in  
 religione ordo foret, primo soli Petro potestas a deo est data, propter quod singulariter dictum  
 est ei: *Confirma fratres tuos* ', eundemque videas in 4<sup>o</sup> contra gentiles LXXVI c., ubi dicit:  
 9v ' Cum sit necesse, ut fideles in fide conveniant ' et in novis fide[i] dubiis conveniat quaestio-  
 nes movere, propter diver | sitatem sententiarum divideretur ecclesia, nisi in unitate per  
 10 unius conservaretur sententiam '. Et cum Iohannes in apocalypsi attestetur, Apoc. XXI: ' vidi  
 civitatem Ierusalem sanctam descendentem de celo ' etc., et Moisi dictum est, ut faceret om-  
 nia ' ad exemplum ', ut in monte monstratum est, et in triumphanti unus sit presidens  
 deus, ut hec inferior, prefatorum sententiis, supreme similis sit, uno capite gubernari debet.  
 Et ideo dominus dixit, ut fieret ' unum ovile et unus pastor ', quod in figura clare lex anti-  
 15 qua demonstravit, ubi Moysis iudicium prelatum est totius populi idolatrie, XCIII dist.  
*legimus*. Nec sit, qui Christum dicat hoc caput esse. Nam sanctus Thomas ibidem declarat:  
 ' Christus quia presentialiter et corporaliter cum fidelibus futurus non erat, elegit ministros,  
 per quos sacramenta fidelibus dispensaret, et ideo Petro claves promisit, primo ut ostendere-  
 tur potestas clavium per eum ad alios derivanda, propter ecclesie unitatem '. Et quia com-  
 20 pendiose prefati sanctissimi viri dicta per LXXIII questiones ad propositum facientia per vi-  
 rum religiosissimum sanctimonia ac facundia circumspectum dominum Iohannem de Turrecre-  
 mata conscripta sunt, illa videas, quibus te male sensisse recte clareque conspicias. Quam in  
 humanis corporibus regulam et unitatem colligimus, cum ex uno homine deus humanum genus  
 instituit, in quo ostendere voluit, quam grata sit in pluribus unitas secundum Augustinum *De*  
 25 *civitate dei*, ubi subdit: ' Factus est homo unus ', cum plures facere potuisset. ' Nichil est  
 quam hoc genus discordiosum vitio tam sociale natura, neque commodius contra vitium discor-  
 die vel cavendum, ne existeret vel sanandum, si existeret, natura humana que loqueretur et  
 recordationem parentis daret; propterea creare voluit unum, de quo multitudo propagaretur,  
 ut huius admonitione in multis concors unitas servaretur '.

30 XVI. Nunc quam facillime confutanda veniant, que contra protuleris, et tu ipse iudicium  
 da: quod qui se emendare noluerit, ecclesie deferendus sit, hoc nil ad pontificis potestatem;  
 communis quidem hec regula est, omnium vere catholicorum commune preceptum. Censesne  
 commune omnibus dictum et supremum Christi vicarium alligare? Certe si hoc crederes, non  
 recte te sapere arbitrarer. Numquam que speciali sunt constitutione munita, comprehendun-

4 contextatur V.      8 fide dubiis V.      10 Apoc. V.      12 montem V.      15 iu-  
 ditium V.      16 Tomas V.      21 prius erat scriptum Rupecremata in V.      22 sensisse V.  
 30 iuditium V.      32 catholicorum V.      33 supremum V.

15 THOMAS AQ., *In IV libros Sententiarum, Dist. XXIV, art. 2, q. 3, in editione Parmensi, Commen-  
 tum in IV libros Sententiarum, II (Parma 1858) 902.*      7 Lc. 22, 32.      8 THOMAS AQ., *Summa  
 contra gentes, lib. IV, c. 76, in editione Leoniniana, XV, 241 (citatio verbalis fere).*      10 ibi-  
 dem (citatio ex parte verbalis).      10 Apoc. 21, 10.      12 cf. Num. 8, 4.      14 Io. 10, 16.  
 16 *Decretum Gratiani, pars I, D. 93, c. 24 (Legimus) = FRIEDBERG I, 327-9. || THOMAS AQ., In IV libros  
 Sententiarum, Dist. XXIV, q. 3, art. 2, quaestiuncula 3, in editione Parmensi, II, 902 (allusio).*      21 Io-  
 annes de Turrecremata (Torquemada) O. P. iam in concilio Basiliensi anno 1437 ex operibus S. Thomae  
 Aquin. sententias collegit, quae de potestate Romani Pontificis tractant ' D. Thomae Aquinatis de summi pon-  
 tificis auctoritate quaestiones per D. Ioannem de Turrecremata cardinalem (solum a decembri 1439) in unum  
 collectae ' etiam appellatae ' Flores sententiarum D. Thomae Aquin. de auctoritate summi pontificis '. Hoc  
 opusculum saepe impressum est, sive separatim sive in appendice operis ' Summa de Ecclesia ': cf. M. GRAB-  
 MANN, *Die Lehre des hl. Thomas von Aquin von der Kirche als Gotteswerk. Regensburg 1903, 52 sqq.*  
 25 AUGUSTINUS, *De civitate dei, lib. 12, c. 27 = MIGNE PL 41, 376.*

tur constitutione communi ; hoc scis, nobis iuri operam dantibus, esse verissimum. Et non mirum, si congregationi ad confusionem deferri voluit, ut plurium confusione maior contumacia videretur. Non hec contraveniunt specialibus verbis Christi, volentis Petrum esse omnium principem et pastorem ; et si caput est, delatio fienda ecclesie capiti ipsi fieret, in cuius persona ecclesie unitas designata est, ut proprio ore hactenus protulisti.

Cum Petrum a Paulo reprehensum asseris, nonne et Balaam ab asina legis esse reprehensum, in canone *idem cum Balaam* II q. VII ? Arguesne Balaam sue sup | positum asine ? Cur calumniose referimus sanctorum dicta ? Ad magistri referamus intentionem, qui subdit beatissimi Gregorii testimonium dicentis ibidem : ' Petrus potestatem regni acceperat ' et ' tamen apostolorum primus ', cum ad gentiles intrasset, querimonias a fidelibus cepit ; nec ex potestate officii, qua potuisset dicere : oves pastorem non comprimant, sed humiliter respondit, quod *gentiles [spiritum] sanctum receperant* ; sic et salvator noster asseruit : *Quis arguet me de peccato ?*

Cum rem notissimam reseres papam certis casibus posse a fidelibus iudicari, hoc nulla ratione recipere ; et ne in re hac longum sermonem efficiam, plurima sunt nostre fidei fundamenta, a quibus qui deviare, hereticus iudicatur ac a fidelium unitate disiunctus, conciliorum quatuor primorum prohibitiones insinuant, et decretales epistole *De summa trinitate* per totum, ac christianorum principum sacratissime sanctiones. Iure tunc constitutum est, quod in heretico nulla est dignitas, et eo ipso quo hereticus est, quolibet catholico minor est, in canone *Acacius* XXIII q. 1, et vulgare, ex gestis Bonifacii martyris, canon [*si papa*] XL dist., sumptum insinuat. Tunc, si a nostre fidei indubitatis preceptis quisquam pontificum declinaret, arbitror, quod Ezechielis, XIII<sup>o</sup>, succederet auctoritas. Cum fides impugnatur, necesse est, ' ut ex adverso ascendant ' et in die belli se ipsos muros ' opponant pro domo ' domini et ' animas suas ponant pro ovibus suis ', de quo canon *adversitas* VII q. 1 ; notaturque ibidem, non datam huiusmodi facultatem nisi cum de manifestis fidei declinatoribus ageretur, sicque non de pontifice, sed de omni fidelium humiliore cognoscatur. Non ergo mirum, cum caput esse desierit, si membra id verum esse declarent ac si corpus se sine capite exhiberet. Si vero quid dubitationis emergerit, solius ipsius capituli sententia terminaret diversorum iudicia, etiamsi pauciorum adheret sententiae.

Hoc clarius collectum est in concilio generali apud Ariminum constituto, ubi cum de substantialitate questio foret, que primitus declarata non fuerat, et contradicentibus et volentibus verbum *omousion* amoveri, quadraginta catholicorum vota approbavit Romanus pontifex, ut ex authenticis eiusdem concilii gestis clare colligitur, hocque singulariter scrineo pectoris adscribas, quod et in fidei decreto, cum nova emergant dubia, et in quibus potissima est conciliorum potestas, tanta est pontificalis maiestas. Quid ergo dicendum est de ceteris, que libero suo sunt subiecta iudicio ?

2 confusioem V || contumacia.      5 pertulisti V signo abbreviationis aliquantulum mutato.  
8 calumpniose V.      12 si sanctum V.      20 Agacius V.      20 si papa] supp. V.      27 exhiberet V.      32 Omosinicum signo compendii super tertia littera in V.      33 auctenticis V.

7 *Decretum Gratiani, pars II, q. 7, c. 41, VI. pars (Item, cum Balaam) = FRIEDBERG I, 496-7.*  
9 GREGORIUS I, citatus iuxta *Decretum Gratiani, pars II, q. 7, c. 40 = FRIEDBERG I, 496.*      12 cf. Act. 10, 47.      12 Io. 8, 46.      17 cf. *Decretales Gregorii IX, lib. I, tit. 1 (De summa trinitate et fide catholica) = FRIEDBERG II, 5.*      20 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 1 (Achacius) = FRIEDBERG I, 966.*      20 *Decretum Gratiani, pars I, D. 40, c. 6 (Si papa) = FRIEDBERG I, 146.*  
22 Ez. 13, 5.      24 cf. Io. 10, 11.      24 *Decretum Gratiani, pars II, C. 7, q. 1, c. 48 (Adversitas) = FRIEDBERG I, 586.*      30 *concilium Ariminense (Rimini) anni 359, cui plus quam 400 episcopi interfuerunt, attamen non numeratur inter concilia oecumenica ; cf. HEFELE-LECLERCQ I, 934 sqq.*

10v

XVII. Et cum asseris, quod 'ubi duo vel tres sunt in nomine meo', | quod spiritus sanctus in medio est eorum, volo, ut cogites, si in qualibet congregatione legitime conventa deum esse credas. Omnium est doctorum sententia, pro electione pluribus legitime congregatis, si unanimes est consensus, quod spiritus sancti inspiratione creditur esse facta; ergo quolibet paucorum conventio pape preferetur, quia spiritus sanctus inter eos est. Sed scio te illico responsurum, quod nullis conveniendi facultas data, ut caput corrigant, nisi universali ecclesie; hoc expresse pluribus auctoritatibus falsum esse liquide demonstratum est. Unde cum innuas spiritus sancti presentiam in fidelium congregatione in nullo operari nisi ad rem illi conventioni convenientem, concluditur, quod spiritus sancti presentia, que in fidelium congregatione est, nil operabitur, cum quid, ultra quam eis convenient agant. Sed disconvenientissimum est membris de capite velle disponere, ut pluribus sanctorum dictis ostensum est; ergo spiritus sanctus operari deserit in eos, quoniam ea agunt, que suo ministerio non conveniunt. Sed et in his, cum concilio declarationem super papam, ut relatam est, iura permittunt, arbitror verum esse, si omnium accedat assensus unanimes, ut spiritus sancti videatur sententia. Nam ad hoc, ut cum plurium voto quid fit, unitate factum esse asseri valeat, arbitror omnium una voce requiri consensum. Nam Exodi XXIII, auditis a Moys[e] verb[is] legis, 'respondit cunctus populus una voce'; et Iudicum XX 'congregati sunt omnes pariter filii Israel quasi vir unus', et Regum XI: 'Invasit timor domini populum et ingressi sunt quasi vir unus'; et Num. VIII: 'Congregatus est omnis Israel quasi vir unus ad platem'; et Hesdre XIII: 'Congregatus est populus quasi vir unus in Ierusalem' ad rehedificandum templum; et Actuum primo: post ascensionem domini omnes discipuli erant 'perseverantes unanimiter in oratione', et sic invenit eos spiritus sanctus; et Actuum IIII, cum audissent discipuli de sanatione claudi et responsione Petri ad magistratum plebis, 'unanimiter levaverunt vocem'; et Actuum quinto privatis Anania et uxore ad vocem Petri, 25 'factus est timor magnus in universa ecclesia' 'et erant omnes unanimiter in porticu Salomonis'; et Actuum IIII<sup>o</sup> 'multitudinis credentium erat cor unum et anima una'. Et sacri canones asserunt actus in spiritus sancti operatione procedere, cum nulla diversitas ad actus perfectionem accedit, sed rem peragit unanimes et spontanea voluntas operantium; in epistola decretali *quia propter* de electione.

30 Quibus hoc unum colligo, quod si unitas voluntatum non est, ibidem nullam reputari spiritus sancti operationem, etiam in casibus, in quibus alias potestatem haberet ecclesia; dempto namque capite, capitis deest potestas, et unanimi non dato voto abest spiritus sancti operatio.

11r

| Nam ad hoc, quod etiam in casibus, et quibus operari potestas permittitur concilio congregatis, concedendum censerem eis spiritus sancti inspiratione in unanimes vocem convenientibus, quod si aliqua esset dissensio, nec aliquid constituere posse crederem, deveniendumque foret ad iudicium capitis, in cuius unitate indubitatum est a deo fuisse potestatem dispositam, et si non esset, quia mortuus, ut disponentia vim obtinerent, necesse foret, ut caput primitus fieret, nec administrandi presumptuoso ausu auctoritatem susciperent membra, ut vos ipsi facere visi estis nostre religionis alterantes principia. Que si sint in his, ubi 40 alias concilio potestas est tradita, quid autem censeam in aliis coniecturis, ut si in concilio trac-

16 Moysi verba V. 24 loco privatis *expectaretur* punitis, vel *additum* vocabulum vita. 44  
*prius scriptum erat post* et: quidem in fidei casibus || *supra* operari (non *deletum*) scriptum est: potestas.

1 cf. Mt. 18, 20. 16 cf. Ex. 24, 2. 17 cf. Iud. 20, 1. 18 1 Reg. 11, 7.  
 19 2 Esdr. 8, 1 (non Num.). 20 1 Esdr. 3, 1. 21 Act. 1, 14. 23 Act. 4, 24.  
 25 Act. 5, 11. 25 Act. 5, 12. 26 Act. 4, 32. 29 Decretales Gregorii IX, lib. 1, t. 6.  
 c. 42 (*Quia propter*) = FRIEDBERG II, 89.



tandis, presente pontifice aut eius locum gerentibus, si qua inter patres contentio eveniret, quin capiti totalem decernendi auctoritatem tribuam, certe non dubito.

XVIII. Quod per apostolos missus sit sanctus Petrus, facillime tante sedi calumniatur, qui ex hoc conatur eius dignitatem dei ore munitam comprimere. Non digna tante rei argumentatio est. Responsa clara scribentium sunt asserentium: dictatorem mittit exercitus; et quia operatio acceptationis verbi dei, que Ierosolimis facta erat, capitis exigebat presentiam. Nam cum omnis Christi actio apostolorum foret instructio, conspexissentque redemptorem nostrum in secretis divinis ministeriis Petrum ac Iohannem pro fidis inspectoribus voluisse, ut in transfiguratione in monte, in secreta oratione, quam post cenam in horto patri habuit, in perhibendo huius divine inspectionis testimonio Petrus ac Iohannes requirebantur. Sicque Petrus accessit <et Iohannes>, ut per noctem cognoscerent hi, qui alia divina cognoverant, quibus solum datum fuerat primo cognoscere divina misteria, alteri cum dixit: 'Tu es Christus filius dei vivi', alteri, cum expressit: 'Et verbum caro factum est'; nos enim testes singuli in singulis conveniunt, sed qui a deo seu a lege divina dispositi sunt (Paulo) nec inspicitur ex missione potestas, sed ex causa; causa erat, ut si filii patrem mitterent, cum causa missionis patrem requirerent.

Cum vero canon *precipue* et canon *quod quis* insinuat papam comminari delinquentem ecclesie deferendum, certe non ex eo maioritatis potestas arguitur. Fateor plures in ecclesie congregatione homines esse quam in pape individuo; fateor plurium esse iudicia; fateor maiori culpandum contumacia, si ecclesie congregationi defertur quis et non erubuit, quam si pontifici soli. Arguitur namque pertinacia ex inverecunda perseverantia mali, unde manifesta delicta manifestam exigunt penam, canone 1 *de penis*. Unde si quis a me requirat, an maturiori dicatur res digesta consilio, si plurium subiciatur iudicio, quam principis solius, certe non ambigam. l. *humanum* C. *de legibus* hoc diffiniente. Si delinquens in facie omnium congregatorum dicatur gravius peccare, quam si solo inspiciente pontifice, certe facie aperta profitebor peccare gravius; sed iura hoc pro impossibili arbitrantur in principis presentia fieri posse, nisi multorum adsit iudicium ut l. *omnium* C. *de testamentis*. Sed licet pro impossibili iura reputent, si solum preponerem principem quem delinquentem inspicerem, certe publicum non constituerem factum, publicamque non exigerem penam. Sic non absque ratione pontifex, ut quem pertinaciorem in delicto arguat, asserit comminationem delationis fiende ecclesie. Sed et ecclesiam eo casu dicerem cardinalium cetum, ut clare archidiaconus ponit in can. <a> *recta* XXIII q. 1. Sicque non ex eo arguetur minor potestas apostolice sedis, si suo consilio se delaturum principem quidem asseveraremus. Et cum consilium, videlicet papa, cardinalium cetu[s], una cum capite numquam repertum est a catholica fide errasse, ut archidiaconus in dicto c. <a> *recta* clare asserit, domine dicente: 'Ego pro te oravi', Petre, 'ut non deficiat fides tua', sicque ex eo illud tolleretur dictum papam posse delinquere, quia ut dei verbum est, universalem ecclesiam in fide errare non posse, sicque nec pontificem cum

3 calumpniatur V      9 orto V      11 et Iohannes] *deletum in V.*      19 iudicia V.  
 20 contumacia V.      21 pertinacia V.      22 requirant V.      23 plurimum V.      27  
 iudicium V.      30 pertiniorem V || *in arguat primas duas litteras etiam in pagina sequente repetit V.*  
 34 cetum V.      34 chatolica V.

12 Mt. 16, 17.      13 Io. 1, 14.      14 IULIUS PAULUS, *Sententiae* 5, 15 (*De testibus*) = SECKEL-KUEBLER 139.      17 *Decretum Gratiani, pars II, q. 3, c. 2 (Precipue)* = FRIEDBERG I, 642-3.  
 22 cf. *Decretales Gregorii IX, lib. V, t. 38, c. 1 (Manifesta peccata)* = FRIEDBERG II, 884.      24 IUSTINIANUS, C. I, 14, 8 (*Humanum esse probamus*) = KRUEGER 68.      27 IUSTINIANUS, C. VI, 23, 19 (*Omnium testamentorum*) = KRUEGER 254.      32 *Decretum Gratiani, pars II, C. 24, q. 1, c. 9 (A recta)* = FRIEDBERG I, 969.      35 *ibidem*.

sacro cardinalium cetu, quibus totalis ecclesie potestatem complecti conspiciamus et tenemus et credimus et iugi temporum observantia veneramur.

XIX. Canon *quamvis* et canon *dudum* in contrarium deducti, recte ecclesie Romane potestatem demonstrant. Et cum asseris illam potestatem de non iudicandis pontificibus per  
5 alium quam per papam et non congregando concilio generali, per apostolos et concilia diffinitam, certe non est bona argumentatio: hoc concilium diffinit, ergo diffinita per concilium facta sunt. In conciliorum diffinitionibus continentur et fidei norme et illa, que per antiquos fuerant constituta. Nam sapientie verbum est: 'Nolite transgredi terminos patrum', et apostoli etiam doctrina insinuat idem. Quid? Etiam fides et huiusmodi dogmata per concilia  
10 diffinita sunt, et si quis diceret esse producta per concilia, certe notorie falsum diceret. Fides namque et sacra scriptura immobiles ut prima principia sunt nec mutationem recipiunt, ex quibus diffinitiones secute non quid novi faciunt, sed facta declarant. Sicque canones hii insinuant concilia diffinisse has Romane ecclesie potestates, non ut a conciliis date sint, cum illi idem pontifices asserant Romanam ecclesiam non ab hominibus, sed a deo obtinuisse primatum,  
15 et non per concilia, sed per eam concilia constituta, sed quod ex pietatis sermonibus et fidei nostre principiis illa conveniunt, ut et diffinitionibus omnibus sanctorum conciliorum clare colligitur, quibus illa diffiniuntur, quorum contrarium per concilia fieri non posset.

Addi[s], quod unus peccare potest; supra responsum est, quod peccare non est credendum, cum aut sanctum reperit aut sanctum facit; et si ut unus peccare vellet, non reperitur  
20 cum suo cardinalium consortio in fide errasse, ut sepius repetitum est.

Fateor quod non domina, sed mater sit, sed patrum officium est filios errantes impune corrigere bonos fovere, in necessitatibus etiam filios vendere et obligare ut in tit. *de correctione parentum*, et in tit. *de patribus, qui filios distraxerunt*. Si supposita ut filii se habeant, certe nulla est dominatio; si vero ut rebelles, eo gravius fiducialiusve in eos animadvertendum est  
25 quam in servos.

XX. Et cum subdis: absurdum est posse impune vagari, hoc, ut asserui, non est credendum, et iustius est arbitrari que | agit recto ordine operari quam subditis in caput  
r12 frena laxare ac de eius capite iudicare, quo nil periculosius in recta unitate conspicitur.

Cum vero decisionem Constanciensis synodi in medium ducis, legas, que super concilia  
30 sanctorumve dogmata dicta sunt. Nescis sententiam contra sententiam ipso iure nullam? in l. 1 C. *quando provocare* et can. *inter monasterium de re iud.* Ne premissis sanctorum conclusionibus contradicat, eo casu intelligenda est, quo papa in notariis in fide decisis normis diverteret, aut in casibus, in quibus prefatorum sanctorum dogmata id fieri constituunt. Sed ut cum pace dicam, quis zelus Basiliensium extitit? Quorum si particulariter vota conspicias,  
35 non religionis, non zelus dei, non christianae religionis unionis obiectum conspicias, sed privatorum ambituum assequendarumve privatarum dignitatum ac iniuriarum vendicationum; que quam in fide sententiam fere valeant, tu ipse iudica. Si dei verba, si sanctorum dicta, si conciliorum decreta, si christiane religionis expedientia recte conspiciamus, nullus est, qui non assereret unicum religionis caput existere, qui fidem protegat, qui scismata divertat, qui uni-

5 consilio V.  
22 ty. tytulo) V.

9 consilia V.

10 consilia V.

13 consilia V.

18 Addit V.

3 cf. *supra*, pag. 8<sub>15</sub>; FRIEDBERG I, 520, 521. 8 *Prov.* 22, 28. 22 cf. IUSTINIANUS, C. IX, 65, 1 (*In corrigendis minoribus*) = KRUEGER 379; titulus: *De emendatione propinquorum*. 23 IUSTINIANUS, C. IV, 43, 1 (*Liberos a parentibus*) = KRUEGER 179; titulus: *De patribus, qui filios distraxerunt*. 31 IUSTINIANUS, C. VII, 64, 10 (*Omnem honorem*) = KRUEGER 326-7; titulus: *Quando provocare necesse non est* || *Decretales Gregorii IX, lib. II, t. 17, c. 20 (Inter monasterium)* = FRIEDBERG II, 403-5.

tatem in religione conservet, cuius reverentia subposita in pace quiescant, qui pauperes foveat, oppressos protegat, iura tueatur, necessario expedire. Qui si quo tempore non tam prudenter se, ut deceret, haberet, data fidei firmitate, salubrius est sub spe successoris meliorem expectare successum, quam sub hoc boni velamine popularium ignorantiumve furoribus habenas dimittere, ne corpus hoc tam solidum, tam pulcrum, membrorum consonantia renitens, in confusionem deducatur. Capiamus salvatoris nostri verbum, qui ait: 'Qui maior est vestrum, erit minister vester'. 'qui autem se exaltaverit, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur', ut quisque alter altero maior sit in concursu boni, quilibetve prevenerit in studendo, ut alterum iuvet; sicque de auctoritatibus cunctis, que cum de missione et de reprehensione et de correctione loquuntur, locus dabitur hoc modo, ut quilibet sit altero maior. 5

XXI. Si vero morum diversitate dissentiant, data fidei firmitate, iustius est dei sententia capitis preponderare sententias quam inter multitudines, que ut plurimum iudiciorum diversitate in diversa prolabantur; hocque ad fidei unitatem christianorumve firmitatem magis christianorum reipublice expedire, et si [n]ulla fore [n]t dei precepta, notissime constat, ut eleganter Ieronymus libro 2 contra Iovinianum incipit: 'Supra Petrum fundatur ecclesia. Et licet hoc ipsum in alios apostolos fiat, unus inter XIIcim capita constitutus est, ut scismatis tollatur occasio'. 10 15

Perquiramus alia, quotiens Orientalium christicolarum scismata auctoritate Romane sedis repressa sunt. Intueatur christiane fidei fundamentum, quod ex ipsius capitis reverentia Constantinus imperator ad fidem promotus est eiusve capitis exortatione Nicenam congregavit synodum, ubi primeva cunabula nostre religionis firmata sunt. Quicquid auctoritatis et fidei, quicquid bonorum, quicquid reverentie, quicquid propagationis, ex capite recte conspicies. Quomodo conciliorum fieret congregatio, nisi esset pontificalis cohertio iussusve, qui curam caperet, et si qui plures hoc caperent, nonne in cursu causari impedimenta contingeret, testante canone *legimus* XCIII dist. XCVI *olim* XIII dist. *hinc etiam*. Cum Romana ecclesia heresis aspersione labefactari numquam permissa est dei tuitione, pro qua se orasse indefesse professus est? Cuius nisi fuisset auctoritas, nec Ariani rabies nec Macedonii Eunomiive blasphemie nec Sabellii errores fuissent repressi, qui Orientalium partium plurimos ad eorum opiniones attraxerant. Sola Romane sedis preponderabat auctoritas teste Athanasio, qui contra omnium Orientalium consilio convocatorum patres, hereticos qui et eum hereticare presumpserunt, quia catholicorum sententiae adhaerebat, Romane sedis tuitione munitus est, ad cuius sedem ab eorum erroribus provocavit. 20 25 30 12v

Quid plura in luce ferenda sunt scita nisi ut concludam unam esse sanctam catholicam apostolicam ecclesiam, cuius caput in humanis Christo existente Petrum sui loco in humanitate dimisit ceterosve in Romana sede legitimos successores, quos catholice ecclesie episcopum omnium conciliorum subscripta sicque universalis ecclesie patrem commemorant, illumve esse unicum catholice ecclesie episcopum, quem religionis caput, sacerdotii fontem sanctorum legum scita commemorant. 35

10 reprehensione locuntur V.      11 discentiant V.      14 ulla foret V.      17 occisio V.  
 23 choertio V || iuxusve V.      28 Sabellii V      30 hereticos V || hereticare V.  
 31 chatholicorum V || aderebat V.      32 provochavit V.      33 catolicham V.  
 37 chatholice V.

6 Mt. 20, 26.      7 Mt. 23, 12.      15 HIERONYMUS, *Adversus Iovinianum, lib. I, c. 26* = Migne PL 23, 217 A.  
 25 *Decretum Gratiani, pars I, D. 93, c. 24 (Legimus)* = FRIEDBERG I, 527-9.  
 || *Decretum Gratiani, pars II, C. 16, q. 1, c. 39 (Hinc est etiam)* = FRIEDBERG I, 771-2.

XXII. LUDOVICUS. Iam quidem professus es Romanum pontificem desinere, si quis primatu <s> insignitus cura <a> fide deficeret; nec hoc te arbitror negaturum, si manifeste ecclesie scandalum afferret, fidelium obsistentia posse comprimi, cum hoc omnium doctorum sententia sit. Nonne ecclesiam scandalizari notorium est, si Eugenius summus pontifex ecclesiam Basilee in spiritu sancto legitime congregatam ac eius sententia decretive approbatam plurimisve per patres ibidem decretis editis contemptui ducat, spernat, conciliumve, ut sui voto satisfaceret, ad Ferrariensem civitatem transferre conatus sit, existentibus ibidem renitentibus, quod scandalum contemptusve maior offeri posset? Que esset conciliorum reverentia, si hec illibata transirent? Nonne et tuis verbis necesse dici est ex eo a fidelibus in spiritu sancto legitime congregatis comprimi posse? Si enim translationis facultas a summi pontificis dependeret arbitrio, quid aliud foret quam scismatum heresisve iudicium posse pro suo libito voluntatis divertere et loco, prout voluerit, comparare contra l. *non utique, de eo, qui certo loco ff?* Et ex hoc tolleretur conventionis facultas contra l. *si legationis ff. de iudiciis*; maxime, cum se concilii iurisdictioni subiecit, quod fieri posse notissimum est, ut l. *est receptum, ff. de iurisdictione omnium iudicum*; et in eis concilio iam dimissis se quomodolibet immiscendo nullatenus agit, can. *licet de officio delegati de appell. c. cum de appellatione fri<v.>* lib. VI, q. VI *stupeo*. Multa namque sunt, que etsi fieri valeant, facta revocari non possunt.

13r Cardinalium cetus pontificem | eligunt can. *ubi periculum, de elect.* lib. VI; ipsi tamen nec de eius privatione cognoscunt, ut iuribus hactenus per nos ad invicem iam deductis sic et de presbytero dicitur in XV q. VII c. *episcopus; inter corporalia*, de translat. Quibus quidem notissimum est Basilee me recte mansisse, ut sanctam conciliorum reverentiam, que pontificis insolentias comprimit, neglectui dari non paterer.

XXIII. ANDREAS. Multa complexus es capita sub brevibus verbis. His arguis papam non posse concilium transmutare ac ex notoria ecclesie scandalizatione a concilio comprimi posse, conciliumve, an fidei transgressor sit, anve ecclesiam scandalizet, posse discernere. Que quidem per te relata recte perspecta confutationem recipient evidentem.

Qui fuerint ecclesie scandala afferentes, inferius adscribenda luce clarius manifestant; in concilii translatione hoc responsum breve suscipias.

Ex precipuis legis veteris preceptis est: non furaberis; ac aliud: non occides, aliud: habeas in honore parentes, aliudve: sabbata sanctifices etc. que etsi dei ore perfectissime composita sunt, cuiuslibet horum contrarium necessaria causa subsistente, lege permittitur. Necessitas quidem, cum aliter fieri non posset, alterius bona invito domino contrectari permittit, redemptoris nostri verbo de consecratione dist. V *discipulos*. Suive ob defensionem cum aliter fieri nequit, offensorem perimi iura mandant in l. *ut VIII, ff. de iustitia et iure*, et C. *unde vi l. 1*. Parentes prodigos sperni nec eisdem bonorum administrationem permitti per filios

1 primatu insignitus cura deficeret V.      5 congregata V.      11 alium V.      16 ante delegati *suppleas* iudicis.      18 elligunt *recte scriptum in pagina sequente repetit V.*

12 IUSTINIANUS, D. XIII, 4, 2, § 3 (*non utique*) = MOMMSEN 176; *titulus: De eo, quod certo loco dari oporteat.*      13 IUSTINIANUS, D. V, 1, 25 (*Si legationis*) = MOMMSEN 74.      14 IUSTINIANUS, C. III, 13 (*De iurisdictione omnium iudicum et de foro competenti*) = KRUEGER 128.      16 *Sextus decretalium, lib. I, t. 13, c. 2 (Licet)* = FRIEDBERG II, 978.      18 *Sextus decretalium, lib. I, t. 6, c. 3 (Ubi periculum)* = FRIEDBERG II, 946-9.      20 *Decretales Gregorii IX, lib. I, t. 7, c. 2 (Inter corporalia)* = FRIEDBERG II, 97-8.      33 *Decretum Gratiani, pars III, De consecratione, D. 5, c. 26 (Discipulos)* = FRIEDBERG I, 1419      34 *Decretum Gratiani, pars III, De consecratione, D. 1, c. 50 (Solent)* = FRIEDBERG I, 1307.      34 IUSTINIANUS, C. VIII, 4, 1 (*Recte possidente*) = KRUEGER 332; *titulus: Unde vi; cf. D. I, 1 (De iustitia et iure).*      35 IUSTINIANUS, C. VI, 49 (*Ad senatus consultum Trebellianum*) = KRUEGER 278.

mandat l. *imperator* ff. ad Trebell. Ac si viventium necessitatibus die festo exerceri necessitas seu repentinus momentaneusve casus suaderent, hoc fieri iura permittunt tam canonica quam civilia de feriis licet et eodem titulo solet et l. *perlatum* ff. Lex igitur, quantumcumque perpensio digesta consilio, divino ore prolata, causarum necessitatibus imminentibusve opportunitatibus, moderationem et mutationem recipit, Iohanne in proemio Clem(entis) *testante*; et de *heret. et fal.* in principio. Nec lex fieri posset, ne causa necessaria superveniens moderaret eandem: de imperio actus, l. *de etate*, § *ex causa*, id in terminis profitente.

Licet igitur principis reverentia ac dignitatis primatu[s] membro in dubio censenda sint recto per eum gesta iudicio, sicque nulla prefatarum rationum procederet, que militant, cum princeps | ad concilii scandalum iudicium evitacionem ad concilii translationem veniret, 10 13v tamen cum notoria subest causa, quid opus est auctoritatibus uti? Causa translationis extitit, quia cum Grecorum convenientibus conventum extiterat, ut ipse summus pontifex personaliter concilio presens esset, ne ecclesie patrimonium urbemve ipsam tyrannorum incursionibus oppressam longa absentia in necessitate desereret, necesse extitit loco non distante concilium deputare. Nam dicte urbis cum tanta habenda cura est, ne corruat, ut Ieronymus super Genesi 15 dixit, ut Ierusalem destructione iudeorum primatus interit sacerdotum, ita et urbis Romane destructione christianorum sacerdotio periculum imminere, et elegantius Lactantius inquit in libro VII<sup>o</sup> institutionum divinarum in finem XXV c. quod orbi periculum imminet, si pereat Romana civitas, cuius summa adhibenda est cura. Hec verba eiusdem ad litteram sunt: 'Res ipsa declarat lapsum ruinamque mundi brevi fore, futuram, nisi quod incolumi urbe Romana 20 nihil istius videretur esse metuendum. Nam cum caput illud orbis occiderit, quis dubitet venisse iam finem rebus humanis orbique terrarum? Illa, est civitas, que adhuc sustentat omnia. Precandus nobis adorandusque est deus celi, si tamen statuta eius aut placita differri possunt, ne quis tyrannus abhominabilis veniat, qui lumen illud effodiat, cuius interitu mundus ipse lapsurus est'. Fueratne truculentissimorum facinorosissimorumve virorum furori dimittenda civitas ipsa, que tantorum virorum testimonio tam peculiariter pro fidei conservacione 25 tuenda est? Obmitto, qui viros hos truculentos miserint, cum recte forte assererem per vos ipsos, qui spiritum sanctum pretenditis, ad illius patrie interitum et demolitionem fuisse transmissos, ut ego ipse prefatorum scelestissimorum virorum litteris publicis adnotari consexi et vidi, quorum inferiorum nomina non adscribo, ne ex scelere famam reportent. Hec igitur, ne 30 longa summi presulis distantia urbs ipsa sine capite remaneret, scelestissimorum virorum furoribus obsessa, sufficientissima causa extitit concilii transferendi ad locum, quo ab urbe ipsius principis longa non videretur absentia mederive valeret occurrentibus morbis.

XXIV. Sed et notissima necessaria evidensve alia causa patet optimo fine conclusa sanctissima unionis Grecorum conventio, qui cumulatis protestationibus publicis professi sunt 35 ad alia loca accedere non potuisse per Basilienses electa quam ad locum per Romanum presulem in Italia eligendum. Suntne cause | hee ad legum alterationes sufficientes? Repri-

14r

1 Trebal. V.      3 eodem titulo] e. ti. V.      4 consilia V.      6 recipiunt V.      9 prefatorum V || procederent V.      17 iminere V.      24 tyrannus V.      30 inferiorum] forte exspectaretur nefariorum.

5 cf. prooemium Ioannis XXII ad Clementis V constitutiones = FRIEDBERG II, 1130.      5 Extravagantes communes, lib. V, t. 3 (De haereticis), t. 6 (De crimine falsi) = FRIEDBERG II, 1290-1, 1295-6.  
7 IUSTINIANUS, D. IV, 6 (Ex quibus causis maiores viginti quinque annis in integrum restituntur). An hoc ab auctore intelligatur, nescio; forte de citatione erronea agitur.      15 Ps.-HIERONYMUS; citatio non inveni inter opera S. Hieronymi.  
19 LACTANTIUS, Divinae institutiones, lib. VII, c. 25 = MIGNE PL 6, 812 B, 815 A.      35 Graecorum protestatio die 15 februarii 1437, in Ep. pontif. I, n. 66, pag. 66-8.

muntne omnem contra Romanum presulem cogitatum, ut recto id iudicio fecerit? Suntne hec ambigua, que toti orbi notissima sunt?

Sed etsi potuisset solus, sui pontificatus auctoritate, his suadentibus casibus recte translationem sanxisse, nulla ex tuis rationibus in contrarium faciente, tamen et patrum, qui Basilee 5 fuerunt, iudicio facta est huiusmodi concilii translatio, ut clare deducam. Nec demum curandum est Constantiensi decreto in eadem natione de concilio transferendo; nam et ad id iustam causam excipit, guerram, pestem, certasve non tam urgentes causas, ut in nostris terminis extiterunt. Nam et unanimiter decretum Basilee fuerat, ut transferretur et in natione alia; sed questio extitit in loco <in> decreto comprehenso. Divisis igitur patrum sententiis, 10 accedentibus maxime vocibus eorum, de quorum reductione et adventu questio erat, sanctissima extitit iuri consona ac sue potestati convenientissima sanctissimi Romani presulis constitutio ac decretum, quo Grecorum opportunitati petitionive satisfecit, locum in decreto cum Grecis convento comprehensum, in quo ipse personaliter interesset, elegit, ubi sanctissimum unionis opus ceptum consummatumve extitit. Quod diversis existentibus in sententia patri- 15 bus, Romanus pontifex paucioribus sententiis adherere valeat, sepius exemplo traditum est, Ariminense concilium ac iura de eius primatu superius adnotata demonstrant, maxime cum equitati notorie constat comodiosorem, meliorem, aptiorem Grecisve salubriorem pauciorum fuisse sententiam, quod capituli auctoritate firmatum conciliale decretum effecit.

Nec te audiam, si conficte exprimeres per eos, qui Basilee fuerant, de Grecis conducendis 20 Avinionem solempniter fuisse provisum. Primo quia et conatus hic contra Grecorum protestationes in generalibus consistoriis factas, non acceptantes Avinionensem locum tamquam eorum saluti in navigatione periculosissimum, nil aliud suadebat nisi ut diverteretis eos a bono reductionis proposito. Quod an verum fuerit, processus per vos gestorum insinuat, cum contra Grecorum votum pontificalisve potestatis confirmationem vestrorumve plurium presidentium 25 auctoritate firmatum iudicium, scientes, presidentis patrumve eius sententiae adherentium constitutione, Basiliensium nomine legatos dispositos reverendos patres Anthonium Portugalensem, I. Di <g>nensem episcopos et venerabilem Nicolaum de Cusa prepositum.... ac Basi- 14 v liensium | auctoritate, pontifice approbante, Greciam missos, ut Grecos conducerent; in christiane religionis contemptum alios destinastis, qui ut Avinionem venirent, Grecos contra 30 eorum vota requirerent. Quibus Turchorum primas christiane religionis hostis vix graviora excogitare valuisset, ut sanctum hoc unionis negotium deviasset. Quid christiane religionis turpius fieri valuit quam duabus legationibus ad invicem contrariantibus eiusdem concilii nomine conspici ac eorum capiti adversari alteram? Nonne solum hoc rei exemplum sufficit, ut clare pateat, quam christiane religioni expediat necesseve sit caput unum, ne pluribus delibe-

7 iuxtam V || guerra, peste V.      26 Basiliensium V.      27 ante I. erat scriptum Marchum, sed deletum; certo auctor nesciebat nomen episcopi, qui non erat I(oannes), sed Petrus || post prepositum 4 puncta in V; suppleri debet probabiliter de Meinfeld.

11 cf. bulla Eugenii IV die 30 maii 1437, quae decretum minoris partis concilii Basiliensis de sede concilii oecumenici promulgatum approbavit, Ep. pontif. I, n. 66, pag. 65-70.      18 concilium Ariminense (Rimini) anni 359.

26 episcopi Antonius Portugalensis (Porto in Lusitania), Petrus Dignensis (Digne in Gallia) et praepositus (in Meinfeld, Germania) Nicolaus de Cusa nomine partis minoris concilii Basiliensis aestate anni 1437 Constantinopolim profecti sunt. Eugenius IV hos legatos approbavit eisque Christophorum episcopum Coronensem (Coron in Peloponneso) et Marcum Tarantasiensem (Tarentaise in Gallia) adiunxit.

29 pars contraria synodaliun Basiliensium Eugenio IV misit Constantinopolim eodem fere tempore episcopos Ludovicum Visensem (Viseu in Lusitania, suffr. Bracharen.) et Ioannem Lausanensem (Lausanne in Helvetia), quibus se associavit Ioannes de Ragusio O. P. iam ex priore legatione concilii Basiliensis adhuc Constantinopoli commorans.

rationibus contraria sentientibus par iactura contumeliave causari valeret ? Sed arbitror hec redemptor noster sua misericordia pervenisse permiserit, ut eatenus dei opere esse confectum hoc sanctum unionis opus cunctis pateret, quatenus hominum contrarie operationes fuerunt, que per vos gesta sunt capiti adversantes.

An <id> vos heresis contagione aspersione faciat, cogita, solave causa esset, ut absque pontificis translatione a vobis concilii auctoritas declinasset. Nam prout et caput dicimus ipso iure privari, heresis crimine, non minor<e> causa et concilio heresis labe asperso, ipso iure concilii auctoritatem amitteret et in capite resideret, prout Athanasii tempore in Orientalibus partibus extitit, ubi in solum Athanasium ad Romanam sedem appellantem fides recepta est. Prout et caput ponimus posse heresis contagione infici posse, sicque in membris etiam capitis iura residere ; sic et in membris data contagione, causari posset, ut totus membrorum vigor in solum caput resideat, dandumque sit totum concilium etsi generale dempto capite esse a fide perversum.

Id vero, quod notanter salvator noster dixit : ' Ego pro te rogavi ', Petre, et Paulus apostolus, qui pro Romana ecclesia se indefesse orare professus est, sumitur ut dari nequeat membra cum capite ac caput cum membris a rectae fidei regulis declinare posse. Sicque recta provisione constitutum est, ut membra capitis vicem, ac caput membrorum in fide contineant, in aliis vero caput in omnibus primatum obtineat.

XXV. Arbitror quidem ex hiis de concilii translatione iusta existente causa conqueri non posse sicque solius pontificis translatione, in qua, in dubio, fraus nulla presumenda est, et iustis, notissimis necessariisve causis existentibus, et quia, patribus uno spiritu non concurrentibus, arbitratus sum pauciorum sententiis eiusdem concilii auctoritate translatum, et quia, heresis labe, concilii auctoritas, si qua fuisset, regulariter vos causis premissis destitutos, Ferrariense concilium unicam sanctam catholicam apostolicam Romanam representasse ecclesiam. Sicque cum unitas duplicitatem non capiat, vos tam[en] inconsutilem | tunicam scindere satagentes ab ecclesie unitate devios arbitratus sum.

Ex hiis etiam recte colligimus, quis ecclesie scandala attulerit. Decimas iniunxistis ecclesiis, indulgentias pretio appetiatis vendidistis ; relaxata sunt omnia divini humanive iuris vincula sub spiritus sancti potestate, quem super legem esse asseruistis, non considerantes eadem, ore dei, semper eundem spiritum recta sapere, nec suis scitis in aliquo adversari, esseque eundem spiritum divina scriptura testante. Quoniam spiritus opere visum est, ut spiritus non sit unus, et si unus est, posse uno tempore contrarium facere eius quod semel gesserit, quod fieret, si appetitui Basiliensium assentiret ? Nam ubi ascriptum est, ut in eiusdem spiritus sancti invocatione in misse celebratione, concursus extiterit ad duo contraria decreta eodem in spiritu invocando, ubi caput a membris spiritus opere nunquam dissentit ? An spiritus est, ubi viri pretio appetiatis particulari ambitu parentumve iussibus iudicia reddunt, ubi nil aliud nisi ut caput comprimant, <in>tendunt, quod serpentis exemplo omnibus membris protegendum esse demonstrant sanctorum dogmata ?

XXVI. Hec Basiliensium gesta toti orbi terrarum aborrenda fuere. In hiis testimonium tu ipse redde, qui interfuisti, an vera profiteor. Sed circumscripta pontificis potestate ac concilii translatione, qui recte de rebus singulis iudicare desiderat, ab ira, odio, ambitioneve

4 adversantis V.  
25 tamque V.

8 concilium] concilii V.  
32 gexit V

20 duobio V.

21 concurentinus V.

14 Lc. 22, 32.  
14 cf. Rom. 1, 10.  
14 Lc. 22, 32. 14 cf. Rom. 1, 10.

25 cf. CYPRIANUS, De catholicae ecclesiae uni-

tate, c. 7 = CSEL ed. HARTEL, 215.

vacuum esse debet, Sallustio testante et in can. *si igitur*, de *electione*. Si pravos concilii patres quis poneret, nemo hesitaret a capite puniendos; si vero de pontificis pravitate constaret, bonove zelo patres concilio congregatos, toto orbe conspicerem uno zelo fidei concurrentes sicut vir unus, tunc forte auctoritatibus locus esset. Sed in dubio clara est in capite unitas, in multiplicitate diversitas. Clarum est caput dignitatem non posse appetere amplio-rem, plurium vero diversitas, que dignitatum desideriis ambire notissimum est, ut eorum satisfaceret voto, novitates appetere, que dignitatum causas efficiunt. Clarum est caput a potentum secularium oppressione liberioris esse iudicii; multitudo vero, ut plurium, secularium vocibus obsequi necesse esse. Quibus quidem notissimum est, etsi nullum foret redemptoris nostri preceptum, in dubio unum esse clericorum culmen et caput ad ecclesie unionem, ad membrorum culmen, ad oppressorum relevamen, ac ecclesie propagationem cumulatissime expedire.

Qui pontificem constituunt criminosum, ponant et terminos pares et criminosam turbam, que rationibus premissis, vitiis, ambituve potius est oppressa, in eamve potius excessus causaret. Certe hoc dato nulla erit auctoritas turbe criminis vitio labefacte. Nam unius vitium parva vitiorum satisfactione comprimitur, turbe vero vitia omnem humanam conventionem dirumperent. Si vero optimum ponemus caput et membra optima, prout in qualibet recta comparatione fiendum esse philosophus docet politicorum 1<sup>o</sup> dicens: 'in duorum comparatione debere sumi subiecta bene disposita, alias facile convinceretur muliebre dominium viri non recte dispositi principatui preferendum'; sic in hac pontificis et concilii comparatione, positis subiectis bene dispositis, nemo dubium faceret capiti saluberrimo | singulos obsequi sponte debere. In dubio vero, ut retuli, potius pro capite sentiendum est. Hec quidem, ut tibi verborum occasionem dem, in medium duxi, ea omnium rectius sentientium doctrinis ac sancte matris ecclesie normis sponte subiciens.

LUDOVICUS. Multa saluberrima opera Basilee facta sunt, quorum mentionem facere debuisti. An [non] evidentissime christiane fidei opus pernecessarium extitit Boemorum reductio?

ANDREAS. Que primitus ante accusationis nostre articulatum tempus gesta sunt, non ad propositum nostre questionis veniunt, sed bene Grecorum reductio ex Ferrariensi translatione producta omnia per nos dicta concludit, ut recte ipsa videatur facta translatio.

LUDOVICUS. De concilii potestate per plurimos plurima scripta sunt, ne nos ad invicem adversari aliquorum iudicium sit, illorum dimittamus ista iudicio. Sed diffiteri nequeo reductionem hanc ex Ferrariensi vestro concilio in esse deductam Christi fidem imitatoribus optimam, piam, sanctamve, et cum libentissime affuissem novarum rerum prospectioni. Rogo, ut quid per Grecos vobiscum gestum sit, seriatim referas.

ANDREAS. Satis sint hec hodierna disputatione discussa. Cras hoc in loco convenias singularave seriatim gesta percipies.

LUDOVICUS. Placet. Cras ut redeas oro.

ANDREAS. Faciam. Vale.

LUDOVICUS. Et tu vale.

1 post igitur spatium vacuum pro 3-4 brevibus vocabulis. 2 existaret V 14 causaret] causari V; supra duas syllabas finales est scriptum et. 25 non] ne V. 28 tralatione V. 31 iudicium V. 33 prospectioni] exspectaretur forte perspectioni, signo compendii in prima syllaba negliger facta. 37 redeas V.

1 cf. SALLUSTIUS, *Bellum Catilinarium*, c. 51. 1 canon citatus (si igitur) non coincidit cum Decreto Gratiani, pars I, C. 24, q. 3, c. 10 (= FRIEDBERG I, 993) nec in *Decretalibus De electione*, Gregorii IX (= FRIEDBERG II, 48 sqq.), Bonifatii VIII (= FRIEDBERG II, 945 sqq.), Clementis V (= FRIEDBERG II, 1135 sqq.) invenitur. 17 ARISTOTELES, *Politica*, lib. I, c. 5, n. 1 = DIDOT, I, 494 (allusio); cf. I, c. 2, n. 12 = DIDOT, I, 486. 35 etiam his verbis unitas tractatus praeui cum descriptione actorum concilii Ferrariensis-Florentini elucet.



<COLLATIONES PUBLICAE FERRARIENSES>

<Proemium>

<ANDREAS>. Cum res memoratu dignas, que nostro tempore evenere, dum forensibus ex negotiis, quid superexstaret otii, scripto mandarem ephymium curialem in librum conficiens et Grecorum conventus eorumque adventus causas inter communia meditarer adscribere, consexi non convenire mixturam re, modo et personis a communibus differentem; materia namque fidei, modus conventionis in unam ycomenicam synodum hominum diversorum climatum ac septorum, persone vero summi pontificis maximi Eugenii sacratissimorumque cardinalium senatus cetusve generalis sinodi, illustrissimique Grecorum imperatoris Iohannis Paleologi et reverendissimi Iosephi Constantinopolitani patriarche, quibus et re et modo et personarum dignitate nil excellentius datur; eo motus, ut particulari tractatu hec mihi ipsi commemorare mente concepi, sed eo nunc promptus in actum deducam, quo tua hac inter-  
| rogacione allicitus sum, ut necessariam proficuumve translationis concilii causam fuisse nos-  
cas, et cum his omnibus abfueris, cum tam mature religioseve meditaberis processisse cuncta, non ambigo execrandos censebis, qui huic tam sancto operi impedimento fuerint. Ad rem igitur ipsam dei cum protectione deveniens, quid ex me scire pridie appet[e]bas, referre non tedeat.

LUDOVICUS. Multa pristino sermone vicissim contulimus, quibus te Basiliensium gesta oppugnando, me autem, que in illorum diminutionem gesta fuere, rationabiliter detestando diem consumpsimus finemque verborum dedimus pari voto concludentes, ut hoc maxime inficiari nequeamus, summa laude preconiove extollendum, quod in vestra Ferariensi Florentinave sinodo cum Grecis diligentissime decertastis, et cum tam graviter tamque religiose Latinos Grecosve convenisse tamquam curiosissime disceptasse relatum est, summo desiderio a te, qui his conventibus affuisti, sentirem, que ibidem gesta sunt.

ANDREAS. Referam non minus perlibenter quam appetis; fuerunt namque conventus admirabiles, ut separatis viribus usque ad noctis tenebras pari verborum vicissitudine summo pontifice omnibusve Latinorum Grecorumve patribus presentibus duodecim, sex Latinorum ex parte, totidemque ex Grecis uno sub interprete colluctantibus de fide concertarent.

LUDOVICUS. Referas oro ab exordio, quo imperator Grecorumve patres ad portus venere quidve vobiscum publice egere; rogo, ut ex relatu dignis nil referendum obmittas. Sed antequam ad modum adventus devenias, causa adventus extitit, prout arbitramur, ut se converterent?

ANDREAS. Nescio quis intrinsecus partium fuerit motus, sed communi opinione creditur, quod adventus causa extiterit, ut religionis unicum ovile fieret ac pastor unus, prout inter precipua nostre religionis precepta constitutum est. In pluribus namque a Romana sancta

8 Palliologo V.            13 exetrandos tensebis V.            14 appetabas V.            16 Basiliensium V.            20 detersastis V.            20 turiosissime V.            28 obmictas V.

6 septorum] haec vox septum = barrière, enceinte (GAFFIOT); GIUSTINIANI mutavit arbitrarie: sectarum.  
16 pristino sermone scilicet tractatu praevio sive dialogo de Primatu.            32 cf. Io. 10, 16

ecclesia divertebant usque ad ipsius deitatis noticiam ; et quia ex adscribendis innotescent differentiarum cause, hic non ascribimus.

16 v LUDOVICUS. Quem rei huic | causam dedisse arbitraris ?

ANDREAS. Quis, ut convenissent, causam dederit, michi cure non est, inquirere. Sunt qui, 5 ut et tu asseris et pridie decertavimus, arbitrantur, patres, qui Basilee pro universali sinodo convenerunt, dedisse causam, quidam vero summum pontificem Eugenium, qui et cum in minoribus fuerat, hoc summo anhelavit desiderio. Etsi asseras utrosque mutuo concursu classem, gentes, pecuniasve ad Grecos vehendos solempniter destinasse, fido tamen relatu percepi, quod etsi triremes miserint, qui Basilee fuerant, non ut Grecos ducerent, sed ut eos a 10 veniendo averterent id fecerunt, quod certo argumento percipitur, cum nec balistarios Constantinopoli dimittendos nec pecunias secum duxerint, quin ymmo maxima instetisse fertur, ut Grecis ad pontificem maximum incedentibus infidelium potentatus obsisteret ; que quidem etsi minime credam per fidelium mentes excogitari potuisse, ex his tamen, qui cunctis ibidem gestis interfuere, fido relatu percepi. Sed si concursus hic fidei fervore advenisset, uterque 15 memoria dignus esset.

LUDOVICUS. Cur magis pontificis quam Basiliensium tremibus advenere ?

ANDREAS. Percepi, quia etiam venire promiserant et agendorum finem considerantes [quousque] tenderent, ut uno sub pastore deum cognoscerent, Romani pontificis classibus, in quo universalis ecclesia potestas principaliter residet, transfretare ad partes nostras decre- 20 vere, spretis Basiliensium navibus ; nequibant duobus de individuo contententibus assentire.

LUDOVICUS. Referas adventus modum.

ANDREAS. Id perlibenter faciam, indeve principium sumam, quo Venetias advenere, ne rem longius protraham ; externo namque sermone, cum Basiliensibus graviter inveherem, retulimus, que in navium destinatione summus pontifex Basiliensesve egerint, quidve per utrius- 25 que legatos ac utriusque legacionis classes peractum est Constantinopolitana in urbe. Nona februarii die anno mille[simo] quadringente[simo] trigesimo octavo magno cum campanarum plausu Greci Venetiis recepti sunt duce Venetorumve civibus dominio presidentibus in navi, quam bucentaurum nominant, obviam euntibus, in quam imperatore recepto ad palacium sibi dispo- 17r | situm conduxere. Veniebant nmque, ut asserebatur, omni dimissa crudelitatis 30 pertinacia, ut veritatem cognoscerent ; meritoque plaudendum fuerat.

LUDOVICUS. Fuitne quis ex nostris, qui eos reciperet ?

ANDREAS. Si Occidentalium honorem conspicimus, nonne magnifice recepti sunt, si tante urbis populum conspexere eorum plaudentem adventui ?

LUDOVICUS. Sed summus pontifex hique, qui Ferrarie pro concilio se habebant, nonne 35 aliquos destinarunt ?

ANDREAS. Eugenius summus pontifex reverendissimum cardinalem Sancte Crucis ac marchionem Ferariensem ad Grecos recipiendos Venetias misit, audito Graecorum adventu. Sed et reverendissimus dominus cardinalis Sancte Sabine, Sancti Angeli cognominatus, qui Basiliensi concilio pre fuerat, qui ad hoc potissime conventionem illam protexisse asseruerat, ut Gre-

5 detertavimus V.      7 anhellavit V.      8 pertepi V.      13 extogitari V.      16 Basiliensium V.  
 17 ante etiam in margine aliqua notata sunt, quae postea cancellata sunt, de legatis minoris partis concilii Basiliensis et papae.      18 quousque] que cum linea supraducta.      19 transfetare V.  
 20 Basilentium V.      22 fatiam V.      26 milleno quadringenteno V.      26 ottavo V.  
 27 presedentibus V.      28 bucentaurum V.      29 exspectaretur forte crudulitatis.  
 30 pertintaia V.      39 conventionem V.

36 Nicolaus Albergati cardinalis || Nicolaus marchio Estensis Ferrariae.

38 Iulianus Cesarini cardinalis.

corum unioni causam daret, cum Grecos pontificis navibus advehi comperit, ex Basilea Venetias venit paulo post prefatorum cardinalis et marchionis adventum.

LUDOVICUS. Greci, cum naves egressi sunt, quid egere ?

ANDREAS. Imperator et patriarcha Grecorum primo eorum ingressu ex Venetiis ad summum pontificem oratores destinarunt, seculares tres, abbates duos, qui vigesima martii pontificem advenerunt, data eis licentia publice disserendi. Seculares convenienter summi pontificis in accessu genuflexi sunt, clerici vero curvato capite aliam reverentiam non exhibuerunt. Exposuerunt imperatorem et patriarcham ad nutum sue sanctitatis venisse illicoque pausa ex longe itinere sumpta adventuros.

LUDOVICUS. Quid demum ?

ANDREAS. Dimissis Grecis Veneciis reverendissimus dominus cardinalis Sancte Crucis ac marchio Ferariam redierunt, Sancte Sabine Mantuam reversus est.

LUDOVICUS. Prosequere oro, quid demum secutum est ?

ANDREAS. Quarto martii Grecorum imperator Ferariam magno cum equitum apparatu ingressus est. Occurrerunt ei cardinales obviam omnes, qui tunc Ferarie erant, extra civitatem cum magno prelatorum comitatu ; sub pallio aureo ductus est ad palatium apostolicum, et equester usque ad pape cameram, via ad hoc in palatio Ferariensi per marchiones antiquitus constituta ; exhibitaque Romano pontifici reverentia debita ad palatium *paradisus* cognominatum pro sui residentia dispositum simili pompa associatus est.

LUDOVICUS. Nonne et patriarcha imperatorem secutus est ?

ANDREAS. Remanserat patriarcha, per aquam veniens, antiquitate gravior.

LUDOVICUS. An post diutius moram traxit ?

ANDREAS. Octavo eiusdem applicuit cum suo clericorum consorcio, per Padum in navi veniens ; civitatique appropinquans, et cum magnus archiepiscoporum et episcoporum cetus et curialium ceterorum extra civitatem, ut eum reciperent, fuisset egressus, eumque diutius expectassent, marchione Ferariensi et filio ad eum accedentibus ad navim, in qua venerat, compertum est voluisse, ut sancte Romane ecclesie cardinales eidem occurrerent, die illo his vigentibus ex navi, qua venerat, non descendit, ibidemque pernoctavit nocte illa.

LUDOVICUS. In navi ?

ANDREAS. In navi ; erat namque undique tabulis tapetisve circumdata, quam buccentaurum vocant, pro similibus casibus ordinata.

LUDOVICUS. Quo demum ordine in terram venit ?

ANDREAS. In diluculo diei sequentis requisitis curialibus speciali nuncio ad portum, quo naves Ferariam applicant, curialium quisque equester accessit, duo cardinales iuniores diaconi Prosper de Columpna tituli Sancti Georgii ad Velum Aureum et Firmanus Sancte Marie in Via Lata pariter accesserunt pontificis iussu ; equitantibusque patriarcha et Grecis aliis cardinales ei occurrerunt obviam, nullaque ad invicem alia inclinatione facta, nec alter alteri pileum flectens. Dominus de Columpna, qui ex eis duobus etate iunior, dignitatis tamen adeptione maior collega, patriarche sic inquit : « Reverendissime pater, dominus noster papa misit nos, ut associaremus paternitatem vestram » ; eoque in medio sumpto ad palatium apostolicum conduxere.

LUDOVICUS. Quomodo per summum pontificem receptus est ?

ANDREAS. Papa eidem non occurrit in publico, quin ymmo ultra consuetum morem in

20 sequutus V.

14 cf. GILL 6<sub>25</sub>-8<sub>2</sub>.

21 cf. GILL 8<sub>5</sub>-9<sub>20</sub>.

23 *Padus* = *Po* (*italice*).

35 cf. GILL 9<sub>27</sub>.

privatam cameram secreti cubiculi mansit, ut arbitror, prenarrate difficultatis respectu. Ingressusque est patriarcha sex sociatus tantum, papave, ut totidem secum haberet, si vellet, ultra cardinales convento; sedit summus pontifex usque ad eius patriarche adventum in secretam cameram, cardinalibus consistorialiter ad dexteram pape constitutis; in scabello ad 5 sinistram deposito receptus est. Eoque paululum summum pontificem allocuto ad palatium pro habitatione sibi assignatum associarunt omnes, qui secum ex navi venerant, cardinalibus demptis.

LUDOVICUS. Quid demum secutum est?

ANDREAS. Quia persone antiquitas et ceremoniarum diversitas facilem non faciebat ad 10 summum pontificem patriarche accessum, deputati sunt ex cardinalibus duo, dominus S. Sabine, S. Angeli cognominatus, qui ex Mantua ad summum pontificem his diebus venerat, deposito legationis officio, cui prefuerat, ac dominus Firmanus, de quo supra verbum fecimus, quibus iniunctum est, ut modum formamque agendorum cum patriarcha disponerent; ac multis hinc inde tractatibus habitis convenere, ut in cathedrali ecclesia Ferariensi convenientibus 15 Latinis et Grecis declararetur per summum pontificem concilium ycomenicum Grecis annuentibus ibidem esse legitime congregatum.

LUDOVICUS. Quo ordine hoc factum est?

18r | ANDREAS. Octavo aprilis ordo in maiori ecclesia datus est. Fuerant pro generali concilio sedilia in medio Ferariensis ecclesie primitus ordinata. Dextera pars ecclesie, ubi 20 summi pontificis sedes est, Latinis, sinistra Grecis, disposite sunt. Inter pape tribunal et sancte Romane ecclesie cardinales sedes pro Romanorum imperatore etsi absente fuerat ordinata. Sequebatur reverendissimorum cardinalium sancte Romane ecclesie senatus, reverendissimus cardinalis de Ursinis primo episcopus Sabiniensis Iordanus nomine, dominus Antonius episcopus Ostiensis, Branda Portuensis, Petrus tituli S. Marcelli, Nicolaus tituli S. Crucis, Franciscus tituli S. Clementis, Angelottus S. Marci, presbyteri cardinales; Prosper tituli 25 S. Georgii ad Velum Aureum, Dominicus S. Marie in Via Lata, diaconi sancte Romane ecclesie cardinales; inter primum et secundum cardinales episcopos Ierosolymitanus patriarcha, quem sancta Romana ecclesia pro patriarcha tenebat; post reverendissimorum cardinalium ordinem sequebatur reverendissimus patriarcha Gradensis, demum archiepiscopi, prout primo quis 30 dignitatem habuerat, post archiepiscopos episcopi, post episcopos abbates pari ordine sequebantur.

LUDOVICUS. Quot fuerunt ex patribus Latinorum mitria consedentium?

ANDREAS. Centum et sexaginta.

LUDOVICUS. Quis prefatorum omnium ornatus fuerat?

35 ANDREAS. Summus pontifex aderat mitria gemmata ac sacris indutus vestibus; similiterve cardinalibus episcopis et presbyteris stantibus mitria dempta, quibus absque ornamento albe erant, cardinalibusve diaconibus diaconorum vestibus albave mitria, ceterisve patriarchis, archiepiscopis et episcopis ornamento cardinalium episcoporum more consedentibus; prothonotariis, correptore in scabello per transversum ecclesie de dextera ad sinistram ecclesie partem

5 sinistram V.      5 alloquto V.      14 ktredali ecclesia V.      18 Ottavo V.      24 Hostiensis V.      27 cardinalis V.      35 Ierosolomitanus V.

5 cf. GILL 10<sub>4</sub>.      12 Dominicus Capranica cardinalis.      18 cf. GILL 11<sub>11-13</sub><sub>35</sub>.      23 Iordanus Orsini, Antonius Correr.      24 Branda de Castiglione || loco Petrus dici debuit Antonius (Casinus).  
25 Nicolaus Albergati, Franciscus Condulmer. || Angelottus Fuscus, Prosper Colonna.      26 Dominicus Capranica.      27 Blasius Molino patriarcha latinus.      29 Marcus Condulmer patriarcha latinus.

disposito ordinatis, nobisve advocatis nostro ordine ad eorum pedes in graduum summitate locatis, auditoribus, clericis camere ad pontificis pedes prope terram manentibus. Hic fuit Latinorum numerus, ordo, formave in prefato conventu; ac in Grecorum absentia fuit spiritus sancti missa solempniter celebrata; servatisque, que sunt solita servari in sessionibus publicis, summo pontifice Latinorumque patribus ad dexteram ecclesie partem stantibus advenerunt Greci et sinistra ecclesie parte pro eis ordinata recepti sunt. 5

LUDOVICUS. Quis locus fuerat Grecorum imperatoris?

ANDREAS. In sinistra parte de directo cathedre imperatoris Romanorum pariformiter constituta sedes est. Ad eius dexteram scabello quodam posito erat Dimitrius eiusdem imperatoris germanus, dispotus Moree. 10

LUDOVICUS. Prosequere clericorum ordinem.

ANDREAS. In oppositum primi cardinalis sedes patriarche fuerat constituta, qui infirmitate non adfuit illo die et speciale misit mandatum, quod publice lectum extitit, ut inferius de verbo ad verbum interseram. In quatuor scabellis post patriarcham | dispositis sequebantur archiepiscopus Eracliensis Alexandrini patriarche legitimum mandatum habens eiusve locum tenens, archiepiscopus Effesinus patriarche Anthioceni legatus, archiepiscopus Mene- 15  
siensis Ierosolymitani patriarche personam representans et metropolita Yberius regis Yberie apocrisarius et archiepiscopus Trabisunde, archiepiscopus Risicu, archiepiscopus Nicenus, archiepiscopus Lascedemoniensis, archiepiscopus Nicomidenus, archiepiscopus Trivoniensis, Amosicensis, Metilenensis, Tolosonensis, Stauropolis, Tustriensis, Gamiensis, Mellentensis, Achiliensis, 20  
Muldimanus, archiepiscopi; post quorum consessum erant sex presbyterorum habitum gerentes, metropolite ecclesie Constantinopolitane cruciferi appellati ex eo, quod crucem supra pileum ultra communem presbyterorum habitum gestabant, et monachorum venerabilis comitiva suo ordine sequebatur.

LUDOVICUS. Quis habitus patriarche aliorumve archiepiscoporum fuerat? 25

ANDREAS. Patriarche, archiepiscoporum et episcoporum habitum ibidem vidimus nigrum, tegmen capiti appositum monachorum more, cappa celestini coloris, rigis albis purpureisve per transversum a summo usque ad deorsum variata; sacrarium quoddam, crucis venerabilis signum certasque sanctorum reliquias continens in pectore medio gerentes.

LUDOVICUS. Religiosorum quis fuit ornatus? 30

ANDREAS. Abbates et monachi cappas camelorum pilis seu grisea lana confectas, capitis tegmine ab eorum patriarche episcopisve minime differentes.

8 ktetre V. 15 lege Heracliensis Alexandrini V. 16 lege Ephesinus Antiocheni, Monembasiensis. 17 Ierosolomitani V. 19 lege Nicomediensis, Turnoviensis, Amasiensis || *quid nomine Tolosonensis auctor significare voluerit nescio; forte latet ibi Collocensis* 21 lege Distriensis, Ganiensis, Melenicensis, Anchialensis. 22 pilleum V. 27 monachorum V.

1 *Andreas de Sancta Cruce, auctor huius operis, fuit advocatus consistorii pontificii.* 8 cf. GILL 12<sub>g</sub>-13<sub>g</sub>. 12 *Patriarcha graecus Constp. Ioseph II.* 13 *mandatum in textu graeco non est conservatum.* 15 *Antonius metropolita Heracliensis.* 16 *Dositheus metropolita Monembasiensis.* 17 *nomen metropolitae Iberiae non est mihi notum, bullae unionis Graecorum non subscripsit.* 18 *Dorotheus metropolita Trapezunti.* 18 *Metrophanes metropolita Cyzici, postea factus patriarcha Constp., Bessario metropolita Nicaeae, Methodius metropolita Lacedaemonis.* 19 *Macarius metropolita Nicomediae, Ignatius metropolita Turnoviensis.* 19 *Ioasaph metropolita Amasiae, Dorotheus metropolita Mitylenensis* 21 *Isaias metropolita Stauropolis* || *metropolitae Callistus Siliestriae, Gennadius Gani, Matthaeus Melenici, Sophronius Anchiali, Nathanael Rhodi (Colossensis, distinctus tamen ab archiepiscopo latino), Damianus Muldimanus (Moldovalachiae).* 22 *quattuor clerici S. Sophiae bullae unionis Graecorum subscripserunt, scilicet Theodorus Xanthopulus, Michael Balsamon, Silvester Syropulus, Georgius Cappadox.*

LUDOVICUS. Secularium vero ?

ANDREAS. Seculares presbyteri erant biretto quodam caudato usque ad vestis summitatem collum tegente, pileo nigro a lateribus circumflexo, supravestis talaris nigra manicis angustis, manus extremitate longioribus.

5 LUDOVICUS. Sed imperatoris quis erat habitus ?

ANDREAS. Imperatoris eiusve germani habitus erat similis purpurea vestis et pileus ab anteriori parte oblongus cuspidem faciens, rotundus in ceteris, precioso lapide supra pileum, imperatoris tantummodo differentes.

LUDOVICUS. Sed imperatori non aderant aliqui ex secularibus ?

10 ANDREAS. Seculares quidam Grecorum prope imperatoris tribunal in scamno quodam prope terram consederant, in oppositum assistentium summo pontifici ; primo dispotus Servie et nobilis quidam imperatoris Trapesunde mandatum habens, quidamve regis Yberie orator habitu ab aliis differens, bireto rotundo lapidibus pluribus exornato aurove contexto, ac duo apocrisarii principis Valachie.

15 LUDOVICUS. Sed quis erat secularium apparatus ?

ANDREAS. Communis nobilium secularium apparatus fuerat diplois quedam usque ad pedes longa, sericea materia, fascia quadam staminis, a pectore ad ventrem circumcincti ; supravestis talaris strictissima manicis angustis, quam cappe more in humeris gerebant, col-  
[l]are ad caput eminente ; in capite rotundus pileus cubitalis altitudinis, in summitate ro-  
19r 20 tundior, in latitudine effundens, ab extra | griseis pellibus seu serico rubeo contextis.

His igitur sic consedentibus ordine et modo, quibus expressum est, silentium undique factum est. Et aderant Latinorum in sacra theologia doctorum peritissimorum atque iurium spiritualium et temporalium numerus copiosus, ut vix unquam uno in conventu spectatissimorum virorum coronam talem conspexerim ; dico eorum, qui dignitatibus officiisve carebant.

25 Omnibus his expectantibus presbyter quidem Grecus assurgens patriarche absentiam excusavit, eiusve mandatum in publica forma exhibuit, ac primo in Greco, deinde in Latino legit, cuius mandati hec verba fuere :

Anno domini millesimo quadringentesimo <tricesimo> octavo, die mercurii, nona mensis aprilis.

30 Ioseph miseratione dei archiepiscopus Constantinopolitane Nove Rome.

Cum gratia et beneplacito eius, qui omnia in melius disponit, dei desiderium divinitus veniens nostras mentes communi intentione possideat astantibus Occidentalibus et Orientalibus ecclesie pontificibus, ut omni possibili iusto atque rationabili modo sacris scripturis ac divinis eloquiis pridem edocti sine ulla lite atque contentione de proposita questione cum dei  
35 timore scrutari possimus atque alterutri convenientes secundum unam dei voluntatem superante veritate invicem uniamur. Iam res in hanc negotii summam accessit, ut nos Orientalis ecclesie, veritatis manifestationem omnibus nostris periculis preferentes huc deo volente accesserimus ; decet nunc rebus principium dare, cuius illud principium est, ut sinodus pronuncietur. Cum etiam me cum ceteris sanctis et fratribus meis pontificibus interesse decebat, cum non  
40 esset conveniens neque iustum me absente vel pontifices illuc accedere vel sinodum pronunciare, sed cum egritudo corporis prohibeat nec serviat, ut ego adesse possim, iam per hanc adhortatoriam litteram concedo reverendissimis patribus locumtenentibus sanctissimorum patriarcha-

11 dispositus V.      12 Trappesunde.      14 Valagie V.      17 siricea V.      20 siri-  
co V.      28 ottavo V.      32 abstantibus V.      35 scrupitari V || alterutre V.

16 diplois = vestimentum superius vel pallium.

rum fratrum meorum et omnibus [in] spiritu sancto dilectis fratribus meis et coadministra-  
toribus metropolitae et ceteris prelatibus ecclesie adire in presentiarum et perficere ycomenici  
sinodi pronuntiationem. Huius gratia et presens exhortatoria littera nostre humilitatis abso-  
luta est omnibus vobis ad predictorum omnium manifestationem et certitudinem.

Habebat exemplar *sacer patriarcha* manuscriptum mense scilicet *aprilis*.

5

LUDOVICUS. Quid demum factum est ?

ANDREAS. Summus pontifex reverendo in Christo patri domino Antonio episcopo Portu-  
gallensi annuit, ut pulpitem ascenderet legeretque, quod ei fuerat iniunctum ; qui de loco suo  
recedens locum adscendit quandamque bullam huius continentie legit.

Eugenius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam.

10

Magnas omnipotenti deo gratias referre nos convenit, qui antique miserationis sue non  
immemor ecclesiam suam fecundioribus semper | accumulatur incrementis. Et licet hanc  
iactari interdum temptationum ac pressurarum fluctibus sinat, nunquam tamen patitur mergi,  
sed inter undarum moles inviolabilem servat facitque ineffabili clementia sua, ut inter angu-  
stias varias robustior illa semper assurgat. Ecce enim Occidentales et Orientales populi diu 15  
ab invicem separati unum concordie et unitatis fedus inire festinant. Et qui a se ipsis longo  
se dissidio avulsos, ut equum erat, moleste ferebant, post multa tandem secula ipso utique  
auctore, a quo 'omne datum optimum' provenit, sancte unionis desiderio corporaliter in hoc  
loco conveniunt. Nostrum autem et totius ecclesie munus est et esse intelligimus, viribus  
omnibus eniti, ut hec felicia cepta iugi sollicitudine felicem progressum exitumque conse- 20  
quantur, ut cooperatores dei et esse dici mereamur.

19v

Denique karissimus filius noster Iohannes Paleologus Romeorum imperator una cum ve-  
nerabili fratre Ioseph Constantinopolitano patriarcha et aliarum patriarchalium sedium apo-  
crisariis magnaque cum archiepiscoporum et ecclesiasticorum nobiliumque multitudine octava  
februarii mensis proxime preteriti Venetias ad ultimum scilicet applicuit portum, ubi, sicut 25  
antea sepius fecerat, Basileam ex iustis de causis ratione ycomenici seu universalis concilii  
celebrandi se ire non posse patenter expressit, idque Basilee congregatis per litteras intimavit  
exhortans atque requires omnes, uti Ferariam ad huiusmodi concilium celebrandum electam-  
que peragendo tam sanctissime huius unionis opere sese transferrent.

Nos itaque, quibus hec sacratissima unio semper cordi fuit, quique hanc summo studio 30  
perfici cupimus, decretum Basiliensis concilii cum Grecis ipsis conventum electionemque loci  
pro ycomenico celebrando concilio in eadem Basiliensi sinodo factam ac per nos postea Bononie  
instantibus ipsorum imperatoris et patriarche nunciis confirmatam et queque alia ad ipsum  
sancte unionis opus spectantia, ut est officii et debiti nostri, exequi diligenter intendimus.

Omni igitur modo et forma quibus melius possumus, decernimus et declaramus, accedente 35  
consensu dictorum imperatoris et patriarche omni[um] que in presenti existentium sinodo sa-  
cram esse universalem seu ycomenicam sinodum in hac Ferariensi civitate omnibus liberam et  
securam, sicque dictam sinodum ab omnibus et reputari debere, in qua sine ulla rixosa detentio-  
ne et pertinacia atque cum omni caritate sacrum hoc unionis negocium tractandum et deo pro-

1 in omnibus V.      14 angustas V.      18 pervenit V.      22 Paleologus V.      23 alio-  
rum V.      24 ottava V.      36 omnique V.

7 cf. GILL 15<sub>24</sub>-18<sub>2</sub>.      7 Antonius Martini de Clavibus episcopus Portugalensis (Oporto in Lusitania),  
qui die 18 decembris 1439 cardinalis creatus est.      10 cf. textus latinus et graecus, editi a me in Ep.  
pontif., II, n. 135, pag. 21-23.      18 cf. Iac. I, 17.      27 edidi hanc epistolam in fasc. III  
vol. III collectionis nostrae Concilium Florentinum, 31-32.

picio, ut speramus, felici fine claudendum est, una cum sanctis operibus reliquis, ad que peragenda sinodus ista noscitur instituta.

Datum Ferarie in generali sessione sinodali solemniter in ecclesia maiori Ferariensi celebrata, anno incarnationis dominice MCCCCXXX<sup>o</sup> octavo, idus aprilis, pontificatus nostri anno 5 octavo.

20r

| Quibus peractis letissimo ex conventu assurrexerunt omnes.

LUDOVICUS. Hec quidem auditu gratissima sunt. Sed gratius suscipiam, cum dixeris disputationis modum.

ANDREAS. Publice conventio siluit usque ad octavam octobris.

10 LUDOVICUS. Res quidem auditu horrenda est, quod tantus hominum numerus tantusve elegantie fulgor in unum convenerit, nihilque tanto tempore gesserint.

ANDREAS. Greci huic rei causam dederunt. Mos quidem gerendus erat eisdem, qui ad fidei unionem fuerant coinvitati ad hoc spirituale convivium. Sed et datus est modus, ut etsi publice convenire nequirent, ut privatis conventibus certi ex Latinis Grecisque deputarentur, qui  
15 preludia publicarum disceptationum in medium ducerent. Deputati sunt ex Latinis sexdecim viri de regularium et secularium numero, viri graves et docti, qui certis diebus tenerentur in ecclesia Minorum certas disputationes particulares facere, pariterque idem Greci facere. Que  
20 quidem, quia publica acta non sunt, non visum est in scriptis publice referendum. Discussum est diebus pluribus, et cum quatuor principaliores viderentur fuisse differentiarum cause, prima de processu spiritus sancti a filio, secunda de purgatorio, an sit, et an anime ante diem iudicii puniantur vel deum videant, tertio (!) de potestate Romane ecclesie, et ultimo de sacramento, an in fermentato vel azimis fieri debeat, sumpta est purgatorii materia in discussionem, et disputationes plurime facte sunt, an purgatorium sit, quove loco anime resideant usque ad diem, quo 'iudicaturus vivos et mortuos' deus noster redemptor advenerit, et posito, quod  
25 purgatorium foret, an pena ignis ibidem sit, anne igne materiali anime ibidem puniantur, plurimaque alia, que quia locis privatis discussa sunt et suis loco et tempore in publicum deducuntur, obmittam. Hoc modo deventum est cum Grecis usque ad octavam mensis octobris.

<Sessio conciliaris, 9 (8) oct. 1438>

Nonoque die, ut publice disputationes fierent, est conventum, et simili ritu et ordine, quo  
30 in cathedrali ecclesia retuli, ordinatis sedibus in maiori capella apostolici palatii convenerunt summus pontifex una cum venerabili Latinorum caterva, ac imperator et patriarcha cum Graecorum comitiva.

LUDOVICUS. Rem quidem dictu audituve mirabilem audio causam fidei in contentionein deduci, que quidem nec omnium, qui huic conventui presentes fuerant, communi assensu

3 sexione V.  
9 octobris V.

4 ottavo V || ante idus supplens quinto.  
27 ottavam V.

5 ottavo V.      9 ottavam V.

17 de his congressibus documenta edita sunt ab Exc.mo Ludovico PETIT in libro *Documents relatifs au Concile de Florence, I, La question du Purgatoire à Ferrare* (GRAFFIN-NAU, *Patrologia orientalis*, XV) Paris 1920, et a G. HOFMANN S. I. in libris *Concilium Florentinum, I et II* (*Orientalia Christiana*, XVI, 3 et XVII, 2), Roma 1929-30; cf. quoque articulum E. CANDAL S. I., *Processus discussionis de Novissimis in Concilio Florentino* (*Orientalia Christiana Periodica*, XIX [1953]) 303-349.      24 cf. *Symbolum Nicae no-Constantinopolitanum*.      29 palatium apostolicum in castello Ferrariensi erat.



poterat mutationem suscipere. Sed de his alias verbum faciam, an iure factum sit, ut ad fidei parem disceptationem admissum sit Grecos venire, cum solum ut dogmata nostra susciperent instructionesve fideles, quos docet et tenet universalis Romana ecclesia, que 'nullius heresis contagione unquam aspersa est' nec labefactari permittitur et dei, Pauli verbo, quod pro ea semper indefesse orare professus est, | tantummodo forte fuerant convivandi; sed de his nunc verbum non fiat. Dic rogo, quorum organis res tam grandes in medium prolate sunt. Scio oportuisse certos fuisse dispositos, prout ex tuis verbis factum fuisse percepi, qui onus disputationis hinc inde susciperent. In hoc namque est intellectualium rerum prestantia, quod corporalibus certaminibus omnium corpora adiumento sunt, intellectualibus vero paucitas prestantium tamen animi vigore ac elegantia virorum venerabilium. 5 20 v 10

ANDREAS. Dixi sex hinc inde fuisse dispositos.

LUDOVICUS. Ex nostris qui?

ANDREAS. Reverendissimus dominus cardinalis S. Sabine, S. Angeli cognominatus, dominus archiepiscopus Collocensis ordinis predicatorum, dominus episcopus Forliviensis ordinis minorum; dominus provincialis Lombardie ordinis predicatorum, dominus Petrus Perquerii, 15 magister in sacra pagina ordinis minorum et dominus Iohannes de S. Thoma ordinis heremitarum.

LUDOVICUS. Ex Grecis vero?

ANDREAS. Dominus Marchus archiepiscopus Efesinus, dominus metropolita Russie, dominus archiepiscopus Nicenus etate iuvenis, sed doctrina et gravitate venerabilis, quidam secularis et duo cruciferi S. Soffie, quos cardinales vocant. 20

LUDOVICUS. De metropolita Russie nunc primum audio. Cur hactenus de eo verbum habitum non est?

ANDREAS. Nequivi quidem in patriarche adventu, cum secum non venerit; sed cum magno equitum apparatu ex Polonie partibus magnis cum sumptibus per terram venit, de mense 25 augusti Ferrariam ingressus est, sicque nequivimus pertinenter hactenus de eo facere verbum.

LUDOVICUS. O fidei sanctitas ac inexsolubile divinitatis vinculum, que tanta terrarum diversitate distantes in unum congregat ac ligat; sed eo mirari non desino, quod cum Grecorum gentes Turcorum incursibus sunt oppresse, valeant tantis satisfacisse sumptibus.

ANDREAS. Mirari desinas, cum summus | artifex ex proprio Romane ecclesie sumptu introitusve eos conduxerit sumptusve, quamdiu his in rebus cum caritate manserint, facere pollicitus id facto executus sit. 30

LUDOVICUS. Quo ordine colluctatio hec cepta est?

ANDREAS. Duobus sedilibus in capelle medio versus altare, nostris sex in oppositum, sex Grecis suo ordine assidentibus, unus ex Grecis, Nicenus, Greco in sermone, demumve per interpretem in Latinum translatis his verbis exoratus est. 35

27 inexsolubile V.

3 cf. *epistolam Agathonis papae Constantino IV imperatori*: MANSI 11, 241 B-D. 4 cf. Col. 1, 9; 2 *Thess.* 1, 11. 13 *Iulianus Cesarini*. 13 *Andreas Chrysoberges O. P., archiepiscopus latinus Rhodi*. 14 *Ludovicus de Pirano, O.F.M., episcopus Forliviensis (Forl)*. 15 *Ioannes de Montenegro (familia Montenero in civitate Ianuensi) O.P.* 19 *Marcus Eugenicus metropolita Ephesi*. 19 *Isidorus metropolita Kioviensis et Bessario Nicaeae, qui die 18 decembris 1439 cardinales creati sunt*. 20 *saecularis Georgius Gemistus et duo clerici S. Sophiae, scilicet Theodorus Xanthopulus et Michael Balsamon*.

## SERMO DOMINI ARCHIEPISCOPI NICENI

Non modo fines maximarum rerum ad vota processisse eos solent letari, qui pro se ipsis  
 elaborarunt, verum etiam nihilominus ipsa principia, quando assunt; principium enim et in  
 21r | omnibus aliis plurimum valere necesse est, cum omnium sapientum communi sententia  
 5 totius dimidium appelletur; est enim longe facilius principio dato ad finem proficisci quam  
 illud aequaliter tangere, si otiosi volumus esse; maxime autem in divino presenti opere plu-  
 rimum posse sperandum est, et ad quod bonum id tendat finem nos censere oportet, cum  
 confisos divine promissioni, qua datur sperare, in medio nostro deum habituros nos, quo pre-  
 sente nil omnino est insperandum, tum etiam id, quod iam factum est, magnum existimantes  
 10 argumentum rerum futurarum. Tantum enim iam temporis membra ecclesie inter se fuisse  
 divisa, ut nedum convenire non paterentur, verum et ipso auditu id permolesto ferrent. Nunc  
 autem tantum utrique promptitudinis impensum fuisse, ut cum permulta impediment[a] fue-  
 rint, omnibus tamen superatis eo ventum sit, unde per rectum ad unionem tenditur. Hoc quis-  
 nam divine non adscriberet potestati et consequentem faustum de omnibus poneret omen?  
 15 Dies enim hodiernus dies letitiae est, et licet nos exultare gaudentes spiritu; preclara sane sunt  
 exordia preclarissimarum conclusionum, magne quoque primitiae maximorum fructuum; ma-  
 chinationes [inimici] et quem adversus nos contexit dolum, cum ut ad invicem pugnaremus  
 provocarit nos amicos et fratres, ymmo eiusdem capituli membra et partes, et eiusdem pasto-  
 ris ovile defluitur, iam incipiunt [evanescere] ac dissolvi. Itaque ad unionem eandem prope-  
 20 rant que distabant, et ad coniunctionem, que dissidebant, cum utrique sub eodem angulo con-  
 tineri quam maxime velint et optent. Convenerunt equidem ambo cum pari intentione atque  
 eodem proposito, quod nullatenus permittatur, ut vincere seu vinci omnino queratur. Non  
 enim esset hoc discipulorum Christi nec moderatorum virorum, at quorundam contentiosoro-  
 rum et illorum, qui omnia vellent arrogare sibi ac propriis voluntatibus, at qui veritatem  
 25 dumtaxat cupiunt invenire, quacum vinci etiam paterentur et absque qua vincere quidem  
 expellendum putarent. Quamobrem verum iam claresceret necesse est ac illis prorsus seda-  
 tis, que quodammodo sibi fuerunt impedimento, omnibus dominetur, omniumque denique  
 animabus falsum vero longe debet explodi, quod cum filiis mendacii collatum illis etiam domi-  
 netur, qui patrem mendacii plurimi dicunt ac illo duce omnia et agunt et dicunt. Quidnam  
 30 diceret quis huic rei condignum? Quid denique presentibus poneret simile? Omnes igitur  
 gaudeamus spiritu, cunctis sit cura de salvatoris laudibus, tum gratias agentibus ei de rebus  
 iam effectis eum finem videre implorantibus, qui sit huiusmodi principii congruus; preterea  
 offerat unusquisque nostrum omnia, que sibi suntabilia et que deducant ad finem et sa-  
 cram unionem christianorum; omnia sunt nobis tangenda, cuncta temptanda in nullo defi-  
 21v 35 cientibus vel studii vel promptitu | dinis vel certaminum vel laboris. Simus memores, quod  
 non solum orare oportet, sed etiam nos ipsos obsequi deum; non enim omnia sunt speranda a  
 summa potentia, dum ipsi nihil agamus. Esset hoc profecto contrarium illis, de quibus ora-  
 mus, si auxiliatorem precamur habere deum, dum ipsi nihil facultatis nostre adhibeamus, quod  
 sit opere precium et quo deus nobis opituletur. Tali namque modo eundem habebimus nobis  
 40 suffragantem atque facilius et magis prospere ad finem proficiscemur.

12 impete V.  
24 ac qui V.

17 immiti V.

17 doluit V.

19 invalescereque V.

23 ac V.

1 cf. GILL 37<sup>9</sup>-46<sup>29</sup>.

8 cf. Mt. 18, 20.

Quod quidem utinam fiat, o deus salvator, ut illo die adstante<s> tibi cum plausu decantemus ymnum victoriosum atque gaudiosum sub uno quoque et eodem pulsi spiritu et eandem modulationem reddentes necnon eadem connexi serie sub te et uno et eodem capite valeamus vivere, moveri et spirare, idem sentientes, idem profitentes et ad invicem idem existentes.

O Christe rex, unum te super nos et eundem regem et volumus et optamus, cuius precioso sanguine redempti sumus, qui pro nobis venditis sub peccato et pro nostra redemptione te ipsum tradidisti. Fac igitur, ut nos ambo unum tibi simus ovile, nec patiare tuos esse divisos, nec permittas illos ad invicem decertare, quin ymmo noli alteros relinquere, alteris vero optulari; pro utrisque namque te ipsum tradidisti, preciosi sanguinis tui effusio ambobus lavacrum effecta est commune. Igitur et nunc tuum auxilium dona nobis ac utrisque te ipsum adhibe, ad te denique nos ipsos utrosque alliciens ad unum et eundem finem te ipsum statuas, ut in alterno connexu et mutua affectione iungamur nec permittas inscissos nos esse et ab invicem dissidentes nec perinde necessario alteri a fine proposito devient.

Spiritus sancte, qui est gratiarum fons, spiritus sapientie, spiritus intellectus, spiritus timoris dei, pro quo et cum quo hoc propositum certamen ecclesiis est, expellas a nobis omnem cogitationem superbam, timorem autem dei nostris omnino inseras animabus, intellectum et sapientiam nobis largire et una nobiscum certamen istud peragens, quod pro te agitur, declares omnibus veritatem, cum non solum spiritus veritatis sis et voceris, verum etiam quod omnem veritatem nos doceamur, opus tuum sit iuxta vocem illam veritatis veram et irrecusabilem.

O deus trinitatis, que omnia produxisti rationibus ineffabilibus et que cuncta contines et provides et regis, tuum opus est homo post forsitan omnia alia super omnia tamen visibilia constitutus; habuit etenim principium hoc, et ut opinor regium, ut preparatis et propositis bonis ad vitam deinde ingrederetur, de cuius rebus corporalibus scilicet et presenti conducentibus vite pluries, ymmo semper providus et iam non minus de illis, que ad statum et ad perfectionem respiciunt anime, cuius proprium bonum veritas est et ut non erret circa opportuna, cum hoc sit omnibus, que habemus et habituri sumus, melius et magis divinum, hoc quidem in presentiarum largiare nobis ac tribuas, ut ipsa veritas nobiscum sit et illam certam nos amplectamur, data nobis venia, si quid in eadem inviti erremus et presertim in rationibus, que date sunt, cum non modo tu ipse investigabilis et inscrutabilis sis, verum etiam multa deice tuis creaturis, quicquid tenues sunt tue divine ymaginis resonantie et quasi umbre atque simulacra. Annuas igitur deprecantibus nobis et viam illam te duce sequentibus, que ad te solum verum deum perducant, quemadmodum denique tu quamquam trinus sis personis unam tamen et eandem salvas substantiam et naturam, nihil huic ydentitati personarum obstante numero; sic etiam nos licet simus plures et diversarum nationum, insuper vero inimico seminatore heu mihi diverse opinionis et fidei, unum tamen et idem futuros in fide ostendas et in opinione, que est de te hac differentia prorsus sublata minime, ut unum simus et idem de te sapiamus, obstantibus nec nationum varietate nec corporum numero neque multitudine.

Ad hec ita sint peroranda: vos vero, quid dicitis, qui hoc sacrum concilium constituitis ac rerum existitis auctores? Cum permultum elaboretis, permultum insuper ac sepiissime ore hunc posse diem videre, cum his et futurorum prenuncius sit et earundem diei rerum principium ac finis excellentissimus. Quisnam condigne poterit vos honorare? Quis denique condecenter laudare, cum inspiciatis vestrorum laborum fructus florescere?

1 adstante V.

10 adibe V.

14 exspectaretur forte es.

38 ostantibus V.

4 cf. Rom. 12, 16.

19 cf. Io. 16, 13.

37 cf. Io. 17, 11.

Beatissime pater, nunc vero es perbeatus, et adhuc eris amplius, cum deo duce ad finem applicabimus, quo ille nos dirigit. Mult tibia apparabuntur a deo premia, si sanctam ecclesiam univeris tuam, maximum perficies opus, si perpecieris usque ad finem perseverare atque cuncta e medio tollere scandala, illorum denique loco pacem inducere et concordiam, multum-  
 5 ve adhibuisti zeli, multum sollicitudinis, plurimum vigilantie atque cure, quo filii Christi undique congregarentur et ad discutiendum simul et fraternaliter ac spiritualiter ad idem conveniendum veritate victrice. Nemo secus dicet, omnes scient hec. Ego ac omnes tibi sumus testes, ac oportet te finem speculari et id ordinare et facere providere, denique ut illa letitia  
 10 qua in principiis afficimur, pedetentim aucta et promota circa fines multiplicetur et ad extremum terminum proficiscatur. Equidem cum hec principia sint preclara et huiuscemodi primordia, cogita exinde, qualis futurus sit finis talibus conveniens principiis, quantum ille consequetur glorie atque laudis, quantum bone fame, quantum coronarum, qui tot iam causas disposuit rerum, tot alterius est positurus.

Habes ad hoc cooperatorem et sequentem in quibus decebit filium tuum imperatorem  
 15 piissimum, serenissimum et Christi amatorem, qui cum multa sint ea, quibus semet ipsum ornavit, precipuum illud habet, zelum pro deo, pro bono ac pietate ferventiam, qui coetaneum habens sibi sacrum huius sancte ecclesiarum unionis desiderium nunquam defecit, quin diligenter perscrutaretur tempora, que ad hoc conducirerent, quibus tandem sapientia cognitis et  
 22 v inventis ac peropportune | raptis ad hoc promovit rem, ut videtur. Is cum ad unum hoc  
 20 bonum niteretur, hoc denique desiderio totus afficeretur, contempsit pericula, despexit delicias et quietem, vilipendit tantum mare et fluctus tamquam montes tumescentes, parvi duxit preterea et corpus et vitam et patriam, ut efficeretur Christi cooperator et pacem ecclesie largiretur, cuius non modo esse alumnus, sed et protector et studet et pollicetur.

Non deficiet preterea et pari tua promptitudine sacer is et venerabilis patriarcha, qui  
 25 licet senectutem videatur habere profundam et fessus sit ratione corporis, locupletatur tamen anima omnibus bonis iuvenescere ac spiritu fervente, qu[i] permultum appetit nimiumque perorat dign[us] iudicari ad huiusce operis ministerium; quamobrem gaudet presentibus rebus et corporis amplectitur vitam, ut finem imponat bonum huic divino operi, cum sine hoc magno opere profecto molestaretur ex corpore iam diu fesso.

30 Omnes tecum operabuntur in hac intentione. In hoc presenti certamine nullus est, qui aliud quodcumque cuperet, potius hoc peroptato fine, ad hoc omnes intuemur; huius vehementis amor omnium inflammat animos; propter hoc ex longinquo omnes convenimus, propter hoc in aliena terra commoramur, homines, quorum partim a medio ipsius Grecie, partim a Septentrionalibus ac Orientalissimis orbis terrarum partibus ad ipsam Ytaliam navigavimus.  
 35 Non igitur tantam diligentiam superet inimicus noster.

O deus salvator, non invanesat tanta noxia, cum tot simus, ita accurata, ita diuturna, ita multis laboribus et studio perpetrata congregatio. Non hoc virorum et sapientum et divinorum rationes scientium ponderare iudicio aliis irruat inimicus super aliis gaudeat et vincat. Nos autem nec attingat, armis spiritualibus armemus nos ipsos, hostem expugnaturi,  
 40 suscipiamus loricam iustitie et galeam spiritus et verbo dei auctore invadamus hostes, requiescamus denique, quo ipsum nos ducat, omnem altitudinem destruamus, que adversus gloriam

7 serus V.  
 rationem V.

8 speculaciter V.  
 26 que

18 perscrutaretur V.  
 || ad] ab V.

22 cohoperator V.  
 28 et finem V.

25

1 orator summum pontificem alloquitur.

24 orator de patriarcha Ioseph II loquitur.

14 orator de imperatore Ioanne VIII Palaeologo loquitur.

40 cf. 1 Thess. 5, 8; Eph. 6, 14.

41 cf. 2 Cor. 10, 5.

extollitur dei, omnem cogitationem superbam et vanagloriosam eradicemus humilitate usi et dei timore suffragante nobis in hoc certamine, illum ante oculos ponamus et ad illum applicare conemur. Velimus etiam nonnunquam potius bene vinci quam male in omnibus vincere, cum non solum ratio boni salvetur in superando, licet secum etiam habeat veritatem, verum etiam possumus et bene vinci in eodem statu bono manente ac pariter victoriam indicante, quicquid 5 posset quispiam dicere maius esse bonum extremum quam primum, cum conducibilius sit unicuique bonum potius pati quam aliis facere et magis audire quam dicere ac errore liberari quam liberare.

Excellentissime imperator et tu sanctissime patriarcha ad ipsum punctum res evenere et quod iam diu tempus desiderabatis, ecce adest, date iam gloriam deo, reddite laudem ipsi; 10 illius hoc opus. Ille namque nobis hoc in animo posuit, ille tantum amoris | indidit; illo 23 r denique auctore ad id ventum est. Siquidem vero gratias dignas de preteritis ipsi agemus, pro futuris autem toto supplicabimus corde; debitum profecto persolvemus et nostrum, et propositi operis magis propitium habebimus deum, si nos ostendimus nos dignos supplicationum nostrarum, cum in his in quibus de preteritis ingrati non erimus, tamen in quibus nos ipsos et 15 totum negotii ad ipsum referemus omnem spem cogitationemque nostram in ipso collocantes, cum ipse sit, qui nos alet cibo divinoque atque celesti, quo sine homo non vivet. Sicuti denique omnia peregristis hucusque, cum in supplicando deo et ipsius auxilium implorando, cum etiam in ea faciendo, que erant facienda, ita deinceps etiam multoque magis, quanto propinquamus ad finem, nobis ipsis promptiores efficiamur, deum advocate et vos ipsi agatis die 20 noctuque minime cessantes, quousque ad bonum devenietis finem et vestrarum solitudinum quietem inveniretis; ea que violenter aliquo ducuntur, que et instinctum motus extrinsecus habent, tum lentius presertim moventur, cum veniunt prope finem, at que natura intrinsecus moventur, tum velocius, cum ad finem propinquantur. Vos vero, cum intrinsecus et quasi ex natura moveamini ad bona, quorum summa presens negotium est, cavete, ne primum patiamini, 25 sed cum mox consequi cupiatis proprium finem, bonus etenim finis proprius est viris optimis in optimis rebus; ideoque vos ipsos nosque omnes promptiores facite, tum exhortando, tum etiam iubendo omnibus. Beatissimum vero patrem, si quando senectute fessus etati vel infirmitati cesserit commis[ereamini] ac exsuscitare [e]um verbis exhortatoriis tum operibus 30 ipsis vosque ipsos omnibus efficaces exhib[e]te, venerabiliter certo imperatorem exhortantem, et rebus accuratius tacti-s una nobiscum ac reverendissimis sancte Romane ecclesie prelatis omnibusque aliis bonum deo duce imponet finem, quod quidem utinam fiat, ut hoc omnium [oculis] viso cunctisque perfectiore letitia fretis ac spirituali gaudio sincerius repletis ad beatissimi patris tuique sancti imperii laudem provochemur, et cum plausu denique exultantes huic sanctissimo patriarche et huic sacrosancto universo cetui post debitum dei 35 ymnum communem nobis laudibus construamus coronam. Utinam dederitis mihi hoc extremum certamen, utinam communem vobis laudem explicem, utinam honoraretis me per hunc modum, utinam elaborem in hoc novissimo certamine, et dum sub uno et eodem dei verbo

9 rerum V. 16 toti V.  
forte sollicitudinum loco solitudinum.  
eum] cum V || exortatoriis V.  
V. 35 cetu V.

17 Sicuti] sequuti  
23 habentur V.  
30 exhibite V.

18 peregristi V.  
29 commiscen cum lineola supra en ||  
31 tacti V.

21 expectaretur  
33 oculis] occultis

36 *elogium in honorem Marci Eugenici in actis graecis apud GILL 46<sup>15-18</sup> quod iam in nota marginali ibidem in dubium vocatur, deest omnino apud Andream de Sancta Cruce et etiam in codice graeco 778 (= ZANNETTI 538) f. 208r-211v bibliothecae S. Marci Venetiarum, forte autographo ipsius Bessarionis.*

et domino fuerimus, uno et eodem etiam sermone vos coniunctim laudem, et retribuam vobis, ex quibus teneor, illud, quod potero in Christo deo, cui decet gloria in secula secularom. Amen.

ANDREAS. His expositus illico reverendus dominus Colocensis impremeditatis his verbis exorsus est :

**23r bis** 5 | RESPONSIO ARCHIEPISCOPI COLOCENSIS AD SERMONEM NICENI.

Voluissem, pontifex maxime, eo animo nunc me coram sanctitate tua venisse, ut iis, que reverendissimus pater metropolita Nicenus in hac sua ornatissima atque gravissima oratione attigit, verbis accommodatis responderem. Non quod aliquid ipse omiserit, quod ego suffecturus venirem, sed que ipse de dignitate atque utilitate unionis acutissime peroravit, aliis  
10 verbis etiam ipse probarem, cum tanta sit unionis ac pacis excellentia et presertim in ea parte, que ad religionem attinet, ut nullum sit acumen ingenii, nulla orationis copia, que huius virtutis dignitatem satis describere possit. Sed cum de aliis rebus disputaturus accesserim, que hoc genus argumentandi non paciuntur, ideo impresentiarum de illis disputare non statuo, presertim cum in hac angustia temporis satis apte utrumque fieri non possit.

15 Illud tamen, pater sanctissime, silere minime possum. Nam cum in ceteris officiis, que ad pontificem maximum optimum attinent, gloriosissimum nomen assecutus sis, in hoc piissimo opere te ipsum etiam superasti. Nemo superiorum pontificum est, qui in hoc tam sacro negotio habeat tecum conferri. Illi enim vel singulis provinciis prima erudimenta religionis dederunt, vel litteris multos populos nationesque docebant. Tu lectissimos quosque Orientalium  
20 nacionum Grecos, Rutenos, Hiberos, Vlachos et alios, qui Pontum et Asiam incolunt, tua eximia sapientia, religione, cum sumptibus triremibusque tuis ad tuam presentiam conduxisti. Egisti hac tua prestantissima sapientia, ut ycomunicam synodum in Ytalia convocares, ad quam hic serenissimus imperator et ille reverendissimus patriarcha Constantinopolitanus libentissime accesserunt. Hi enim cum de clarissima fama tue sanctitatis atque divinis tuis  
25 operibus ad tuam venerationem pridem fuissent inflammati, voluerunt, quem prius summa observatione coluerant, coram quoque videre, quod quanto desiderio fecerint, iis manifeste intelligi potest, ut hic gloriosissimus princeps dimisso imperio inter falces ut sic dixerim infidelium spretisque voluptatibus regiis ceterisque deliciis, quibus summi principes oblectari solent, hanc longam peregrinationem cum vite et fortune suo periculo ingressus est. Illum etiam vene-  
30 randissimum presulem nec grandis etas nec corpus egritudine longa defessum detrahare potuerunt, quominus per tot discrimina rerum ad tuam presentiam festinassent. Hi etiam utriusque ordinis clarissimi patres omnibus suis et percarissimis longe posthabitis ad te solum et unum venerandum accesserunt; dubitare enim non poterant, quo tantus fervor tuus, tanta cura, tanta denique impensarum largicio ad optatum utriusque gentis desiderium non deducerent.  
35 Habet hec nostra etas inauditum quoddam admirabileque negotium, ut qui tot annorum curricul[is] nomen Latinum atque religionem abhorrebant, iam ad conciliationem unionemque festinent. Nec huius admirabilis operis post deum alium auctorem quam tuam sanctitatem esse intelligunt, te magnificentissimum benefactorem, te pastorem piissimum, te vere successorem Petri existimant; in te omnia ornamenta virtutum, que ad pontificem maximum  
40 attinent, uno ore fatentur.

Perge igitur, pater sanctissime, ut cepisti, et rem tam sacram in finem usque perducito. Hoc enim modo ovile Christi, quod tot iam currentibus annis dispersum fuerat, reficies, et

3 *in margine* : hic inseras sermonem in carta hic ap<p>osita V.  
litiis V. 36 curriculum V. 42 dispersus V.

18 provintiis V.

28 de-

6 *cf.* GILL 47<sub>21</sub>-48<sub>2</sub>.

oves diu errantes ad pastorem reduces. Cumque ultimus ille venerit dies, tot gentium ac nationum meritis ampliatus illi tot humanos spiritus salvos offeres, cuius in terris officio functus tam admirabile opus facere studuisti. Et hec quidem, pater beatissime, ex inpreparato utcumque dicta suscipere digneris. Ego autem tua benedictione suscepta ad illum reverendissimum patrem iam faciem verto, auditurus de eo, quid ipse additiones nominat, quid dicere velit. 5

Quibus expositis optio data est Grecis proponentium seu respon | salium partes vellent 23v  
suscipere. Proponentium electis partibus Ephesinus ex sex deputatis sic inquit: Cum intentionis.

LUDOVICUS. Parumper oro, ut audias: quo pacto hec in Latinum adscribis? Anne Latinis verbis proposita sunt? 10

ANDREAS. Audias rem auditu mirabilem, quod uni cuidem Nicolao ... natione Greco onus iniunctum est, qui res tam grandes Greco sermone per Grecorum patres expositas verbis Latinis et quidem gravibus et facundia plenis illico proferebat, sensu et sententia in nullo divertens, quod difficillimum in traductione ab omnibus iudicabatur, pariterque Latina lingua per nostros exposita in Grecum convenientissime referebat. Aderant ex Latinis plurimi, qui Grecis 15 litteris docti de fida translatione iudicium dabant. Omnium tamen auditu impossibilitati fuisset adscriptum, tam facilem esse traductionis modum de rebus maxime tam profundis, cum et Ieronimus se magna verborum extollat copia de translationibus propriis; quidamve nostris in temporibus famam apud Latinos maximam vendicarunt in certis Grecorum opusculis Latina in lingua transductis, sed tam facili visa animi prestantia animique vigorositate in compressione expositorum multo omnibus de quibus memoria est videbatur hic preferendus in transducendis Grecis litteris in Latinas et Latinis in Grecas. Interfui tamen die quodam, cum per duos ex reverendissimis dominis cardinalibus dominis S. Marci et S. Angeli multipliciter collaudatus vir hic respondit: Rem hanc facilis transductionis rei huius adscribo spiritus sancti gratie, cuius res agitur. Responsum quidem veritati omnium iudicio consonum visum est. Erat 25 igitur vir hic scabello quodam inter concertantes disposito sedens, Latina in Grecum et Greca in Latinum illico cuncta exponens, Grecos ex Grece expositis requirant, qui Greca appetunt, nostra autem ex Latine prolatis; cuncta namque in Grecum et Latinum prolata sunt interpretis organo et quidem aptissimo convenientissimoque exponentiumque relatu.

LUDOVICUS. Sed quonam modo cuncta seriatim explicare disponis? 30

ANDREAS. Res grandes cum conspexissem, calamum sumpsi, onusve ad scribendum prolata suscipiens id prosecutus sum, referam nulla mutata substantia Grecorum dicta ex interpretis organo, Latinorum vero ex ipsorum exponentium originali emissionem verborum.

LUDOVICUS. Incipias dei cum adiutorio, carissime frater.

ANDREAS. Faciam tuo voto satisfaciens. Audias ex Grecis primum Ephesinum archiepi- 35 scopum.

5 addictiones V. 6 Quibus - respon adhuc in pagina 23r posita sunt, dum oratio Andreae archiepiscopi Colossensis in pagina 23r bis adiuncta est, iam supra edita. 11 post Nicolao spatium vacuum quattuor fere vocabulorum V. 16 fidei V. 17 traductionis V. 22 Latinos et Latinas V. 22 grecis V. 25 gratia V.

7 ita incipit sermo Marci Eugenici in collatione I, 9 oct. 1438. 11 Nicolaus Sagundinus (Segundinus), ex Euboea tunc veneta. 18 cf. Hieronymus, Praefatio in Pentateuchum = Migne PL 28, 117-8. 23 cardinales Angelottus Fuscus et Iulianus Cesarini. 31-33 ea quae Andreas de Sancta Cruce de methodo sua dicit, magnum momentum habent. Nam ex his verbis certiores fimus sermones (Graecos) Graecorum in concilio prolatis iuxta versionem latinam Nicolai Sagundini ipsum rettulisse, sermones (Latinos) vero Latinorum eum directe, sine auxilio Nicolai Sagundini, expressisse.

INCIPIT SECUNDUS LIBER, IN QUO GRECI INCIPIUNT COLLATIONES CUM LATINIS ET DATA  
OPTIONE.

EPHESINI COLLATIO.

24 r Cum intentionis nostre motus caritas sit ac ut in ecclesiis dei unio consistat, eadem cari-  
5 tate procedendum est. Quare si quid asperum prolatu verbum emitti contingat, non voluntati,  
sed rei accommodetur. [Nos] inchoabimus in dei nomine. Reverendissimi | patres, que-  
rimus, cur Romana ecclesia in simbolo quidquam addidit contra prohibitiones patrum. Nec  
loquor de rei addite differentia, sed de sillabarum adiunctione facta simbolo patrum auctoritate  
terminato sensu et litteris. Hec est nostre disputationis intentio, hunc morem exposcimus in fu-  
10 turum servari, ut quolibet disputationis exordio questio disputanda primitus in medium dedu-  
catur. Si tempus patitur, rem inchoemus propositam, si non, differamus ad diem alium.

ANDREAS. In preludivis et exhortationibus multum tempus effluerat.

COLOCENSIS. Nos et ipsi rogamus, quod iam propositum est, ut rerum difficultatibus, non  
voluntati, verborum si qua appareret asperitas, adscribatur, hoc tamen a vobis petimus, ut  
15 clara, pura et non dubia ad invicem responsa sint, et ad pr[o]positum dubium videretur, ut  
clarior esset responsio, ut daretis in scriptis.

EPHESINUS. Postquam tempus pati arbitramini, certa circa rem pr[o]positam audite.  
Dominus et salvator noster Yhesus in sue sanctissime passionis ingressu hoc speciale discipulis  
preceptum tradidit: 'Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis' hoc proprium suis di-  
20 scipulis donum extitit, unum ab eisdem requirens, ut ad invicem caritatem servarent, pluribus  
salvatoris nostri verbis de caritate mentionem facientibus, hoc donum pacis insinuat caritatem  
habentibus et non aliis quasi conditionale donum utve sub conditione relictum, cuius esse ab  
altero pendet et alterius violatione violatur et alterum. Et cum hoc sit nescimus quo pacto  
Romana ecclesia caritatem violans in simbolo communi quicquam addiderit sine Orientalium  
25 scitu, quod nec a patribus nec a sanctis doctoribus ycumenicisve conciliis ausum fuerit atten-  
tari; demum necessario datum est pacis violatio ac perniciosissimum scisma, quod inter ec-  
clesias dei tantas calamitates detulit. Nunc vero ipsa Romana ecclesia caritatem appetens vo-  
luit ab ipsis incipere causis, quibus expulsis dabitur omnium infirmitatum curatio. Convocavit  
nos Orientalis ecclesie patres, ut causas disputaremus scismatis; occurrimus et libenter, ut  
30 caritate reperta detur et pax ad invicem.

Peto igitur primo, ut nosmet ad sensum et opinionem reducamus pari caritate et inten-  
tione ad indubitatas et communes formas communiter approbatas et diffinitiones antiquorum  
conciliorum et forme legantur, ut ymitatores sanctorum patrum conspiciamur. Hoc namque et  
in septimo concilio factum est, ut non prius ycumenicum approbaretur concilium nisi forma  
35 difinitionibusve precedentium conciliorum prelectis, ex quibus sanctis patribus similes inten-  
tione videbimur et intercessionem eorum poterimus assequi optatum finem. Forma hac pre-  
missa procedemus ad alia.

COLLOCENSIS. Ex sapientissime per vos expositis, reverendissimi patres, quinque collegi-  
mus, quibus quia fidei fundamentum concernunt, non arbitramur illico respondendum. Sed ne

6 non inchoabimus V.

15 prepositum V.

17 prepositam V.

36 hec V.

4 cf. GILL 49<sub>1</sub>-50<sub>4</sub>.  
38 cf. GILL 53<sub>23</sub>-56<sub>2</sub>.

13 cf. GILL 50<sub>6</sub>-51<sub>2</sub>.

17 cf. GILL 51<sub>16</sub>-53<sub>22</sub>.

19 Io. 14, 27.



tanta conventio vacua hinc | recedat, responsionem aliquam ex me proferam. Amplectimur oblatam caritatem et cum obiectum caritatis bonum est et deus, qui bonum est, primo nos dilexit quam concesserit caritatem; miror, cur in sermonibus vestris mentio facta non sit de dei caritate, que pacem precedit. 24 v

Quod secundo dicitis Romanam ecclesiam violasse caritatem, nobis non absque admiratione est, cum tot heresum incursibus Orientalibus regionibus pullulatis Romana sancta ecclesia legatis insignibus dogmatibus sanctis illico medicinam attulerit; Silvestro papa teste tempore Aarii, Celestino Nestorii tempore, ad quorum ceterorumque Romanorum pontificum auctoritatem spectat potestate Romane ecclesie concilia congregare; nec dicere quisquam audeat, quod illa Romana ecclesia hoc fecit ante differentiam symboli, quia et post diversos 5  
10 misit oratores, ut nollent Greci ab eorum capite deviare.

Et retenta protestatione, ut patiamur ad invicem verba, etsi gravia videantur: ubi est caritas vestra, quod sepius vocati vestram contempsistis matrem? Approbo quod et dixistis Romanam ecclesiam nunc etiam repetere caritatem, quod et semper fecit. Testis sit mihi ille summus pontifex, qui preest pontificio Romane ecclesie, qui summis laboribus, sumptibus et 15  
periculis ad imperatorem et patriarcham viros graves repetitis vicibus destinavit. Accedat et Gregorius in concilio Lugdunensi, qui et pro imperatore et patriarcha propriis sumptibus destinavit. Mansit igitur et manet apud Romanam ecclesiam caritas ipsa.

De legendis constitutionibus non videtur expediens ad ypothesim sive problema propositum, cum id ex evangelio discutiendum sit, fiet tamen papa mandante ad nutum vestrum. 20

EPHESINUS. Etsi Romana ecclesia caritatem servaverit, non satisfaciunt hec quesito. Et quod legantur diffinitiones, videtur esse forme necessitas.

COLLOCENSIS. Declarabimus rem in simbolo explicatam rem ipsam ac veritatem habere, et sic apparebit non debere nos invicem differre.

EPHESINUS. Veritatis declaratio adiuncti dogmatis differentiam tollere nequit, cum non 25  
possimus additionem hanc etsi veram admittere contra patrum decreta.

COLLOCENSIS. Si verum est, quare non creditis nobis?

EPHESINUS. Quia a patribus prohibitum est.

COLLOCENSIS. Dico id nobis licuisse explicare, cum nil additum sit. Secundo, etsi quid additum dici posset, hoc licite factum est. 30

ANDREAS. His dissoluta extitit conventio die <i> illius.

SECUNDI DIEI COLLATIO, XIII<sup>a</sup> MENSIS EIUSDEM. CARDINALIS. COLLOCENSIS. PROVINCIALIS. EPHESINUS. NICENUS.

Ordine et modo locove supra expositis Collocensis his verbis exorsus est:

COLLOCENSIS. Tue sanctitatis benedictione previa et cum | beneplacito imperatoris 25 r  
et patriarche, que pridie fuere pr[o]posita, breviter explicabo.

EPHESINUS. Pridie non pr[o]posuimus nisi per modum exordii; non est conveniens nos audire responsum, nisi primo, que volumus, exprimamus.

13 kritas V.

31 die V.

36 preposita V.

37. preposuimus V.

10 post scilicet differentiam symboli sive postea. 15 Eugenius IV. 17 Gregorius X. 21  
cf. GILL 56<sub>3-57</sub><sub>3</sub>. 23 cf. GILL 57<sub>4-16</sub>. 25 cf. GILL 57<sub>17-23</sub>. 27 cf. GILL 58<sub>16-18</sub>. 28 cf.  
GILL 58<sub>19-23</sub>. 29 cf. GILL 58<sub>28-31</sub>. 32 cardinalis, scilicet Iulianus Cesarini. 32 provin-  
cialis, scilicet Lombardiae, Ioannes de Montenegro O. P. 35 cf. GILL 59<sub>4-8</sub>. 37 cf. GILL 59<sub>9-10</sub>

COLLOCENSIS. Petiistis, quare et additum. Audiatis rationem.

EPHESINUS. Nil dixi pridie de his, que dicenda sunt, propter temporis angustiam.

COLLOCENSIS. Ymmo quesitum perfecte fecistis et petiistis responsum; morem gerendo audiatis.

5 CARDINALIS. Placet, ut breviter verba fiant, sed ut pacta serventur, quibus non servatis nil fieri posset; pridie recessimus, <cum hoc> ut Collocensis responsum daret. Eum audiatis et habebitis et diem integrum ad dicendum, quod volueritis.

Diffinitiones legere non expedit. Confitemur et symbolum apostolorum et Nicenum concilium et aliorum conciliorum diffinitiones.

10 COLLOCENSIS. Quia pridie tria tacta sunt, ego ostendam Romanam ecclesiam causam scismati non dedisse.

EPHESINUS. Data est nobis electio arguendi vel respondendi. Eligimus pr[o]ponentium partes, quo non potestis dare responsiones pr[o]positionibus, nisi auditis rationibus nostris, quibus dicimus: addere non licuisse.

15 COLLOCENSIS. Nonne me interrogastis, si vellem respondere? Signum est, quod amplius nolebatis arguere.

EPHESINUS. Salva reverentia vestra non est sic.

COLLOCENSIS. Si responsa vultis audire, audiatis.

20 NICENUS. Nolumus audire, nisi audiantur rationes nostre. Et peto, si licet nobis adducere rationes nostras vel non, et si vultis nos condemnare tacentes.

COLLOCENSIS. Audiatis ad quesitum per vos et postea loquamini, ut vultis.

NICENUS. Licet petierimus tunc, ut responderes, non privamus nos ab inductionibus nostri quesiti.

25 ANDREAS. Tunc hac stante difficultate unus ex sex deputatis Latinis Iohannes de Monte Nigro provincialis Lombardie sic inquit.

PROVINCIALIS. Multa, patres reverendi, pr[o]posuistis de caritate, et secundum Augustinum *De civitate dei*, decimo libro, dicit: 'caritatem esse, ut quilibet servet ordinem suum, qui si non servetur, nec ipsa caritas'. Duplex est procedendi modus. Modus primo per modum argumentationis et in hoc casu pr[o]ponen[s] pr[o]positiones et rationes habet adducere; 30 alius est inquisitionis et hoc modo querens non probat. Viam hanc elegistis; et si sic nisi servetur hic ordo, non servatur ergo nec caritas ipsa, cum qua procedendum esse dixistis.

NICENUS. Laudo caritatem servari, sed modum elegimus arguendi et sic debemus audiri.

ANDREAS. Discussionibus his vigentibus cardinalis ex deputatorum loco assurgens ad pape tribunal accessit demumve rediens sic inquit.

35 CARDINALIS. Iubet dominus noster, ut loquar serenissimo principi et reverendissimo patriarche. Putabat dominus noster Collocensem debere audiri ex quo ab eo fuit quesitum, ut responderet; et si permittatur ista varietas, data hac occasione et in futurum fiet. Unde cum nos credamus Collocensem audiendum, vos contrarium, et hora tarda sit, videtur, ut sex deputati hinc inde convenient cras, et convenient de modo procedendi, ut hec demum diffe- 40 rentia non succedat.

12 preponentium V.  
27 *expectaretur* dicitur.  
33 discussionibus V.

13 prepositionibus V.  
29 preponentis V.

14 adheri V.  
29 prepositionis V.

26 preposuistis V.  
32 eligemus V.

1 cf. GILL 59<sub>13-14</sub>.  
10 cf. GILL 62<sub>7-22</sub>.  
22 cf. GILL 63<sub>5-15</sub>.  
(*allusio*).

2 cf. GILL 59<sub>17-20</sub>.  
12 cf. GILL 62<sub>22-24</sub>.  
22 AUGUSTINUS, *De civitate dei*, lib. X, c. 4 = MIGNE PL 41, 281  
28 cf. GILL 64<sub>8-19</sub>.

3 cf. GILL 59<sub>21-25</sub>.  
10 cf. GILL 62<sub>28-33</sub>.  
32 cf. GILL 64<sub>20-65</sub>.

5 cf. GILL 60<sub>31-61</sub>.  
21 cf. GILL 63<sub>1-4</sub>.  
35 cf. GILL 65<sub>3-16</sub>.

IMPERATOR. Placet, ut surgamus propter tarditatem hore, de conveniendis | sex de- 25v  
liberabimus.

ANDREAS. Et omnes pariter surrexerunt.

TERTIA COLLATIO SE<X>DECIMA OCTOBRIS HABITA EST

Cunctis, modo quo supra, convenientibus post misse celebrationem, que hora communis 5  
erat conventionis, Ephesinus his verbis exorsus est.

LUDOVICUS. Antequam Ephesinum loquentem in medium ducas, dic queso : Quomodo hoc  
factum est, quod pristine disceptationi Latini Grecis cesserint ut convicti ?

ANDREAS. Res ipsa iudicium dat, quis maiore fuerat ratione fretus, sed visum est, ut  
convivatis conviva cederet ; sic humanitati cedendum, ut principia rupturam non caperent. 10  
Me tamen excusare apud te nolo ; fueram semper in sententia, ut his principiis eisdem auda-  
cia non daretur, utve nullatenus dicendi daretur locus. Arbitrabar rem hanc in medio per  
eos deductam causam fidei non concernere sicve merito non audiendos ut non concludentes  
quod vellent ; in medium deducta magis corporalium voluntatum differentias restitutoriave  
remedia concernere videbantur quam veritatem ipsam, que fides est, et cum rerum spiritua- 15  
lium possessio nulla sit, dato iure ridiculosum arbitrabar in fide hoc cadere. Quod etsi vera esset  
expressio dogmatis, quod discutiendum esset, an exprimi liceret, de deo maxime, cum contra  
fidem esset tacere queque vera de dei cognitione ; summa, qua volui, persuasione insteti, ut  
tamquam petitionem ineptam ad rem, de qua agitur deducentes et non fidei, sed controver-  
siarum positivum ius concernentem, ab omni fidei termino deviam, non esse audiendos ; piis 20  
unionem sectantibus, summo pontifici ac reverendissimo cardinali S. Angeli visum est, ut  
audirentur, etsi impertinentia queque deducerent. Cepit igitur Ephesinus data dicendi licen-  
tia hoc modo.

EPHESINUS. Quoniam fuit nobis concessum, ut diffinitiones legerentur antiquorum con-  
ciliorum, volumus illas legere, ut primis patribus conformemur. 25

CARDINALIS. Si volumus pervenire ad optatum nobis finem, servare necesse est promis-  
sa, et licet dominus Collocensis veniret hodie audiendus, convenimus heri, ut vos deduceretis  
ad vestrarum opinionum deductionem, quod placuerit, et legeretis hoc ordine et legatis quic-  
quid vultis ; cum quid communiter legendum erit, conveniemus de illis, nos faciemus simili-  
ter legi, qu[od] volumus pro nostra parte. Quod ita convenerimus, ego propria manu heri ad- 30  
scripsi quod scriptis exhibeo.

IMPERATOR. Placet, ut quilibet per se legat, quod vult.

CARDINALIS. Legatis.

EPHESINUS. Legemus non omnes nunc, sed prout expedierit. Rogamus paternitatem ve-  
stram, ut cum omni patientia velitis nos audire, exponentes diffinitiones illorum patrum et 35  
approbantes nos nostram pr[o]positionem, cum intendamus probare, quod non licuerit rece-  
dere a diffinitionibus patrum nec addere fidei et his, que a patribus composita sunt.

4 sedecima octobris V.  
tionem V.

30 conveniremus V.

32 quod] quam V.

36 preposi-

1 cf. GILL 65<sub>17-18</sub>.  
28-36. 63<sub>1-2</sub>.

24 cf. GILL 66<sub>12-18</sub>.

27 cf. GILL 67<sub>1-11</sub>.

34 cf. GILL 67<sub>14-15</sub>.

ANDREAS. Per monachum quendam libro sumpto lectum est Nicenum symbolum Greco sermone, in Latinum per interpretem promulgatum.

26 r 5 EPHESINUS. Lecta hac diffinitione in tertia sinodo fuit hic lectum symbolum, postea sequitur prohibitio hoc modo: ' His lectis prohibet sancta sinodus aliam fidem conscribere aut componere preter determinatam a patribus Nicenis. Eos vero, qui ausi sunt | componere aliam fidem seu producere ad inquisitionem veritatis vel docere vel tradere aliud symbolum volentibus converti ex gentilitate aut ex iudaismo aut ex quacumque fide, etiamsi essent episcopi, priventur, episcopi episcopatu, si cleri, clericatu, si monachi vel laici, excommunicentur '.

10 Cum autem ad ista venerimus, duo videntur esse inquirenda. Primo quo pacto et ratione isti sancti patres tantam custodiam in expositis habuerunt, quantam non habuerunt, qui fuerant in primo. Secundo, cur noluerunt facere mentionem de simbolo secundi concilii, sed solum de prima sinodo, cum sit differentia in verbis et sillabis.

15 Dicimus factum, ut ex re natura demonstrat. Si enim, qui primo symbolum fecerunt, prohibuissent quid addi, viderentur quid voluisse sibi arrogare. Sed patres tertii concilii videntes recta facta voluerunt firmare prohibendo, ne quid addi liceret. Hoc etiam factum est in novo testamento, quando evangeliste noluerunt sibi hoc arrogare nec in eorum evangelio ponere, quod nemini liceret quid addere etc. Sed postea sancti patres prohibitionem fecerunt.

20 Aliam rationem afferimus ex contingentibus, quoniam post primam expositionem simboli fidei, cum multum tempus transiverit inter primum et secundum, multe expositiones facte sunt ultra XXX<sup>a</sup> numero, quia ita privatim et particulatim facte erant, afferebant dubitationem primo de consubstantialitate, quod non erat ita acceptabile auditu, sed secundum concilium habens auctoritatem ycuemnici concilii primi, voluit extendere et declarare aliquos articulos de spiritu sancto, similiter quedam verba de incarnatione, que non erant in primo simbolo, videlicet: ' Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine '. Et hoc fecit, quia sibi 25 licuit et noluit inhibere, ne videretur abrogare his, que addiderat; sed talis declaratio fuit causa impedimenti in ecclesia dei.

Nam ex hoc accepta occasione illi, qui sapiebant opinionem Nestorii, fecerunt privatim unam aliam expositionem et ut darent aliis licentiam sapiendi, baptizabant in illo simbolo et ex illo Nestorii multa alia facta fuere. Ideo conveniente tertio ycuemnico concilio voluerunt 30 approbare symbolum primi concilii et diffinierunt, quod nec ipsismet liceat aliquid addere vel auferre illi simbolo, et opere approbarunt; et vocem illam de genitrice dei, que fuit per tertiam sinodum promulgata, cum esset necessaria, noluerunt in simbolo addere, sed in alia diffinitione apposuerunt.

35 Nunc venio redditurus rationem ad tertium, quare patres tertii concilii noluerunt mentionem facere simboli secundi concilii. Quod autem in tertio concilio fuerit admissum symbolum secundi concilii esse idem cum simbolo primi, hoc ex ipsis rebus probatur et manifestum est illos non ignorasse secunde sinodi symbolum nec etiam contempsisse. Quonam modo hoc fecissent, cum illud fuerit approbatum et visum et tentum per christianos? Ideo tantum solum de primo dixere propter auctoritatem, cum ibidem plures fuerint patres, et illud fuit funda- 40 mentum secundi concilii, et quia christiani maxime utebantur primo et in illo baptizabantur. Item, quia virtualiter secundum continebatur in primo. Item, quia tractantes, ne quid liceret

3 lectus simbolus V.                      6 in margine: non, quia nos in simbolo apostolorum baptizamus V.  
8 monaci V.                      27 occaxione V.                      30 diffinierant V.                      38 fecisset V || tentu V.

1 cf. DENZINGER 54.  
secundum, scilicet concilium.

3 cf. GILL 68<sub>29</sub>-73<sub>16</sub>.

4 DENZINGER 125.

19 primum et

addere, cum in secundo fuerat quid additum, ne viderentur diversificare, non fecerunt |  
mentionem secundi, scientes virtute in primo contineri. Et ideo declararunt non solum sensu  
sed nec voce quid addi posse, et si quid ibidem necesse esset addi vel declarari, mandarunt poni  
in aliis diffinitionibus. Et multe sunt auctoritates Cirilli, qui illi tertio concilio prefuit et pape  
Celestini archiepiscopi Rome epistola, que incipit: ' Nullo modo patimur aliquid addi exposi- 5  
tis in Nicea '.

ANDREAS. Assurrexit et monachus ille librum in Greco legens, Cirilli epistolam et Cele-  
stini pape, quibus lectis prosecutus est Ephesinus his verbis.

EPHESINUS. Audistis, rev. patres, prohibitionem pape, que prohibitio in quarto concilio  
lecta fuit et approbata. 10

ANDREAS. Annuit et scribe illi, qui librum tenebat, qui Greco sermone quarti concilii  
approbationem legit, quibus lectis mandavit prohibitiones quinti concilii in medium deduci.  
Quibus lectis et epistolis lectis pape et eis expositis legerunt gesta sexti magni concilii et epi-  
stolam Agatonis pape Rome tempore sexti concilii presidentis ad concilium et aliam ad im-  
peratorem; demum his lectis legerunt diffinitiones septimi magni concilii, quod in Nicea 15  
secundo fuit.

LUDOVICUS. Anne symbolum cuiuslibet concilii lectum est?

ANDREAS. Convenire videbantur; sed cum septime sinodi legeretur symbolum, cardina-  
lis librum Latinum exhibuit antiquissimum, ubi in illo concilio erat *flioque*. Adiunxit, quod  
ex authentica cronica Martiniana habetur in illo septimo concilio dogma illud fuisse explica- 20  
tum, et lectis subscriptionibus inventum est: ... Romane sedis locumtenens [Hadriani] pape  
Rome et Petrus abbas S. Andree et Sabbe, [Tar]asius patriarcha Constantinopolita. His lec-  
tis Ephesinus exorsus est sic.

EPHESINUS. Audistis, rev. patres, sententias patrum. Nos videntes sententias patrum et  
intuentes eorum auctoritatem et timentes eorum maledictiones nullo modo admittere pos- 25  
sumus illam additionem, quam vos fecistis. Iam restat, nisi hora impediatur, ut nos audiamus  
responsiones et rationes paternitatum vestrarum, et auditis vestris rev. paternitatibus ad-  
ducemus auctoritates multorum patrum, qui tamen ad hec tendunt. Scitis nos non esse arith-  
meticos nec artificiosos, ut ex politica dicta in medium deducamus. Sed quod cum veritate  
dicitur, admittimus, quod autem repugnat, reiicimus.

CARDINALIS. Beatissime pater, deferatur imperatori, qui optat finem imponi. Sed quia 30  
symbolum septimi concilii per eos lectum non habet dogma *flioque* et nos habemus cum illo  
verbo, videtur, ut et nostro more legatur, prout habemus.

ANDREAS. Annuit papa, ut legeretur, et per scribam nostrum cum dicto dogmate lectum  
est. Quo lecto cardinalis sic inquit.

CARDINALIS. Quia placet, ut breviter respondeatur, et distinctim, ut vobis morem gera- 35  
mus, videtur, ut per vos relata per notarios adscripta auscultentur.

IMPERATOR. Placet, ut cras XV hora convenient.

ANDREAS. Quibus expositis assurreximus cuncti hora iam vigesima prima.

3 mandari V.                      7 Assurexit et monachus V.                      14 Agatonis V.                      20 autentica V.  
21 post est habetur spatium vacuum unius longi vocabuli || Andreani in V.                      22 Athanasius V.  
28 arismeticos V.

5 nulla epistola Coelestini hoc modo incipit; citatio habetur ex epistola Cyrilli Alexandrini; cf. MANSI V,  
308 E - 309 A.                      9 cf. GILL 73<sub>31</sub>-74<sub>9</sub>.                      18 cf. GILL 85<sub>14-16</sub>.                      20 apud Martinum Oppa-  
viensem, Chronicon (Monumenta Germaniae historica, Scriptores 22, 461).                      24 cf. GILL 86<sub>20</sub>-87<sub>21</sub>; 87<sub>22-30</sub>.  
35 cf. GILL 87<sub>32</sub>-88<sub>1</sub>.

27r

## | QUARTA CONVENTIO FUIT VIGESIMA OCTOBRIS

Ad hanc quartam colluctationem cum pariter convenissemus, cunctisve expectantibus Collocensis summo pontifici direxit hec verba.

COLLOCENSIS. Adsit benedictio tua, beatissime pater.

5 ANDREAS. Demum verba ad interpretem protulit.

COLLOCENSIS. Referam verba in Latino, ut formam servem. Tu autem in Grecum patribus his traduces. Si tamen quid Grece explicare voluero, non adimo mihi facultatem.

INTERPRES. In traductione per tuam paternitatem pridie reprehensus extiti, etsi, ut arbitrator, minus debito. Nolo traducere nisi Grece prolata in Latinum, cum ad id Greci fiduciam sumant.

ANDREAS. Iussit tamen imperator, ut exequeretur utrumque opus. Cuius iussu in scabellum sedens paratum se ad utrumque ex tunc exhibuit. Cepit igitur hoc modo colluctatio hec.

15 Duas collationes domini Collocensis non curabam adscribi, quia formaliter collecte non fuere, sed quia in septima collatione ipse idem omnia repetiit, ideo non fuere hic adscripta, sed ibidem eius dicta videas, ubi declaravit, que hic in confuso expresserat.

28r

## | COLLATIO SEXTA, KALENDIS NOVEMBRIS

Novembriarum kalendarum die, solita post missam hora, convenientibus cunctis, dicendi per mutuum silentium concessa licentia Nicenus ex Grecis sex tertius verba hec in medium 20 protulit.

NICENUS. Auditis patienter per vos, rev. patres, expositis rationem illis reddituri venimus sperantes vos pari patientia audituros. Mutua patientia inter nos caritatem ostendat, cum ab uno eodem principio inchoamus, ad unum tendimus, videlicet ecclesie unionem. Moremve geramus ecclesie, non privatis affectibus. Responcionem vestram quadripartitam 25 cistis. Ex quatuor, ut asseruistis, per nos relatis, et cuilibet responsum dedisse arbitramini et pro nostrorum deductorum evitacione quatuor dicere conati estis. Primo spiritum sanctum a filio et patre procedere non esse additionem, sed declarationem. Secundo, quod hoc in simbolo liceat primo exposita declarare. Tertio, quod hoc dogma est consonum rationi patrum ecclesie. Ultimo veritatem cum contineat, quod quilibet christianus debet amplecti.

30 Duo ex his tetigistis in prima vestra collatione et in secunda collatione, cum restaret de duobus aliis dicere, ut nobis mos geratur, dixistis velle obmittere et si necessaria forent, licuerat tamen ea dicere, prout licuit de primis duabus vobis potius quam nobis gessistis morem. Ex his, ex quibus nobis morem gessistis, agimus gratias et cum caritate probabimus ad nostram pr[o]positionem duo illa non pertinere. Sed cum de quarto aliqua disserentes deducere 35 conati estis, veritatem esse ab omnibus amplectendam hoc non abnuimus, cum qui habet sen-

8 traductione V.

9 expectaretur debite.

13 post hec spatium vacuum circa 4 linearum.

16 post expresserat spatium vacuum dimidia fere paginae, etiam pagina sequens vacua est.

21 expe-

ctaretur forte nos.

33 gexistis V.

34 prepositionum V.

21 cf. GILL 138<sub>3</sub>-153<sub>9</sub>.

sum et obiectum recipit veritatis, hoc intendat, ad quod nos ipsi sumus simul tractaturi. Tertiae partis, de qua et certa dixistis, reservabimus, cum de dogmatis veritate tractabitur, quo tempore dei gratia afferemus rationes equidem plurimas.

Capiam igitur ex expositis per vos, quae dubium per nos positum tangunt, cum illud videtur primum, cum quid expedit de dogmatis veritate discuti, scilicet, etsi verum, adscribere simbolo non licuerit. Dicimus dogma illud etsi verum in simbolo stare non posse; nam et multa necessaria etsi vera sint, simbolo non fuerunt apposita. Dabimus in cunctis ad veritatem operam, sed longe pro positioni non potest perfecta brevis esse responsio. Dicam igitur de expositis circa prima, quatenus nostri quesiti pro positum tangunt. In deductione, quod dogma non sit additio, usi estis sillogismo quodam, cuius sillogismi maiorem capiam, quae ad pro positum facit, deducta vero ad probationem minoris obmittam.

In probatione huius maioris usi estis sillogismo quodam alio. Demum approbare conati estis per actus et definitiones preteritorum sacrorum conciliorum et demum a voce et dictis domini Ephesini. Cuius sillogismi forma haec est:

Omne additamentum est extrinsecus. Declaratio non est extrinsecus. Ergo declaratio non est additamentum. Recipimus istius sillogismi maiorem, quod additamentum sit extrinsecus, licet ad rem, de qua agitur, possemus negare. Minorem vero non admittimus, quae dicit declarationem non esse extrinsecus, sed de re ipsa. Nam et nos concedemus declarationem esse positorem, sed non de positis. Declaratio est illorum, quae posita sunt, sed non de illis. Omnis enim declaratio praesertim ista, de qua loquimur, ad rationem vel verbum refertur, quae extra sunt, ad quod verbum vel rationem ita se habet ut minor pro positio ad maiorem, ita declaratio ad rem declaratam.

Dicimus spiritum a patre procedere, cum vultis inferre *et a filio*, capitis extra auctoritatem hanc, quod *omnia, quae patris sunt, sunt filii*. Haec probatio sumitur ab eo, quod extra est. Ratio ergo, quae affirmat minorem, extra sumitur. Ergo non sequitur, quod declaratio non sit extrinsecus; sed aliquando sumitur extra et aliquando non, immo ut plurimum extra sumitur. Nam habet maiorem pro positionem extra. Deinde habet dictiones, quae saltem extra sumuntur. Unde sequitur contrarium eius, quod dicitis, quod omnis declaratio extra sit. Unde videtur concludi dicendo spiritum procedere ex filio, etsi declaratio foret, quod extra sumitur, sed et vos dixistis: additamentum fit extra, secundum philosophum et non potest esse idem cum re, cui additur. Nam et ipsa nutritio cum sit extrinsecus secundum philosophum et fit similis rei, cui additur, nunquam additur nisi similitudinem capiat, et simile non est idem secundum philosophum. Quare cum additamentum duo faciat, primo ut capiat rei, cui additur, similitudinem, haec dictio *filioque*, etsi sit similis rei addite, habet similitudinem saltem et dictionum, habet etiam dissimilitudinem, ex quibus negari non potest etsi per modum declarationis veniret, quin sit additio; haec prohibita additio videtur, et prohibitum hoc verbum apponi.

Cum vero induxistis acta patrum, quibus videntur aliqua declarari, hoc esse nostrum non tangit; quod aliquid apponatur fidei in simbolo, hoc nunquam licuit neque licebit. Exponere vero, quae implicite, quae in sacra scriptura continentur, hoc illis patribus licebat etiam in simbolo ponere praeterquam sacre scripture quicquam adiungere. Postea vero pars istius licen-

5 discuti si V.	8 prepositioni V.	9 prepositum V.	13 consiliorum V.	16 Re-
cepimus V.	21 prepositio V.	24 approbatio V.	27 prepositionem V.	36 ad-
ditioni videtur V.	38 esse <i>expectaretur forte</i> dubium.			

14 Cuius scilicet syllogismi Andreae archiepiscopi Rhodiensis.

tie fuit prohibita, ut non addatur in simbolo ; scripture sacre declarationes afferre suis in scripturis cuilibet permissum est nec hactenus prohibitum ; et hec ex necessitate facta sunt. Nam cum liceret ad libitum usque ad tempus secundi ycumenici concilii uti tale licentia, quia nonnulli usi sunt tali licentia in proprio malo ; presupposito quod patres tertii concilii, quod talis  
 5 licentia nil boni operabatur, fidelibus sigillarunt et approbarunt, ut de cetero nulli liceat quicquam addere. Tenere namque, quod primi sancti patres credidere, errorem afferre non potest.  
 29 r Quis enim illos de | fide non perfecta arguere auderet ? Sed per additionem multa possent scandala exoriri fidelibus etiam per sillabarum immutationem, quod primi patres tertii concilii prohibuerunt, clarum est.

10 Accedat beati Cirilli epistola, quam ad [Acacium] misit, qua dicit : ‘ sancta et ycumenica sinodus, que Ephesi convenit, providit necessario non debere alteram fidei expositionem ad dei ecclesiam inferri preter existentem, quam patres nostri, qui in spiritu sancto loquebantur, terminarunt ’, ex quibus tria principalia sunt notanda, primo, quod ipsa tertia synodus primo prohibuerit additiones, hanc vim importat verbum illud Grecum <ecthesin> ; secundo, quod  
 15 necessario hoc factum est ; tertio, quod non prohibetur, alterius fidei expositio, sed ipsius fidei alia expositio ; et quod sit hec prohibitio ex communi ecclesie plenitudine. Quod contraria dogmata et oppositiones non fierent, iam ab inicio erat prohibitum. Ad quid hec tertia synodus prohibitionem attulit nisi ut dictionum sillabarumve variationem, quod hactenus licuit, prohiberet ?

20 Sed et non prohibuerunt, quominus cuilibet liceret privatis codicibus declarare ; nam non curat ecclesia de verbis, quibus privatim quisque deum cognoscat, dummodo unus sit finis. Cura adhibita est simbolo communi fidei, in quo omnes baptizabantur ut stet immutabile et semet prohibuerunt patres etiam verbis verbum *The[otoc]on*, videlicet dei genitricem, nolentes in simbolo addere, etsi necessarium videretur, et licet non fuisset nisi declaratio expres-  
 25 sorum, cum verba hec videlicet *filium descendisse de celis, consubstantialem patri et incarnasse ex virgine*, hanc declarationem exposcerent. Et si diceretis ex eo non fuisse additum, quia manifeste continebantur in simbolo, multa alia, que non ita aperte continebantur, nullatenus fuere apposita : vox et ipsa unio in persona filii dei ad nostram naturam, de qua patres tertii synodi, et *filium dei et verbum post unionem duas sortitum esse naturas*, de quibus patres quarti  
 30 concilii, et quod *duas* in se servaverint *operationes et voluntates* naturales, de quibus considerationes patrum.

Hec in simbolo minime adiecta sunt sive adicienda clara forent sive obscura. Patres abstinerunt ab adiectione simboli. Hoc apertissime demonstrant omnia sancta concilia, que tertium concilium secuta sunt nihil addi voluisse.

35 Et si quid dicitis de varietate librorum, alio loco deducetur septimum sacrum concilium precedentia secutum.

Et cum dicitis Paulum apostolum ante tertium concilium prohibuisse aliam edi fidem, fateor ; sed non hoc facit patribus preiudicium. Nam Paulus de alia fide mentionem facit, aliam fidem patres non exposuerunt nec eis ullatenus licuisset.

4 presupposito V.  
 cum circa 3 vocabulorum.

10 Acrisium V.  
 23 Thetheton V.

14 additiones V || post grecum spatium va-  
 29 sortisse V. 37 edy V.

10 Cyrilli Alex. epistola Acacio episcopo Melitinae scripta apud MANSI V, 309 sqq. 10 cf. ibidem, 316 C ; MIGNÉ PG 77, 189 A ; in hoc textu Bessarion insistit in verbis : μή δειν ἑτέραν πίστεως ἕκθεσιν ταῖς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις εἰσακρίνεσθαι. 38 cf. Gal. 1, 8.



Et cum beatus Gregorius theologicè dicat idem tenere quod Patres Nicee, licet declararet, que per illos non tam clare promulgata fuerant, dico hoc factum ante prohibitionem. Quare nil ad ea, que postea facta sunt.

Sed si post prohibitionem quid factum est, ostendite. Si omnino quid fuerit additum, et nos sequemur. Et hoc nullatenus factum est, clamant patrum opera. 5

Sole clarius consonant operibus rationes. Communis est christianorum possessio, symbolum.

Et licet Gregorius theologus magis dicat diversitatem sillabarum eodem dato sensu non afferre novitatem, loquitur de significantibus rem eandem et que | de uno eodem predi- 29v cent subiecto, ut quatuor, bis duo, aut rectum dicere non obliquum ; sed in re nostra diversum est ; nam ad varias dictiones sunt varii sensus. Alia namque est persona patris, alia filii. 10

Secundo, cum dicitis Grecos diversis sillabis ac Latinos proferre symbolum, in nostra difficultate dicimus non solum varias voces et dictiones, ymmo varium sensum et different[e]m 10 sententiam uniuscuiuscumque verbi es[se]. Nam dicere, quod spiritus sanctus a patre procedat, oratio una est ; quod vero a patre et filio, due sunt, que copulantur in unam ; quare habent duas rationes oppositas ; una earum est falsa sive : *non procedit a patre* ; alia : *non pro-* 15 *cedit a filio*, et hanc veram nos esse dicimus, vos contra.

Non sunt verba variis vocibus idem significantia. Clarum est in Latino idem esse *bonus dies* et *cal[i]mera* in Greco ; unde vocum varietas in hoc non inducit diversitatem et in hoc fuerat inter nos concordia, ut quilibet suo ydiomate fidem proferret. Res addita non idem sonans differentiam facit et non tantum a nobis ad Latinos, sed et inter nos, si quis ex nostris 20 id Grece proferret.

Et cum pro tertio dixistis principia ac dignitates cuiuslibet artis potentes habere omnia, que sequuntur adicientes, quod progredientes ab ipsis principiis facillime ostenderatis esse necessarium dicere spiritum etiam a filio procedere, et sequeretur hoc ex principiis communi- 25 bus nobis et vobis, cum hec probabitur, regratiabimur vobis, sed nos non opponemus hec ipsis principiis. Nam hoc universaliter impossibile est in omnibus principiis universalium rerum maxime fidei, de qua nunc sermo est. Nam principia et que post, in multis discreta sunt, et forte in omnibus. Nam principium universale ; que sequuntur, particularia ; et principium est, quod demonstrat, que sequuntur, sunt, que demonstrantur ; principium est propositionis ; que sequuntur, sunt conclusiones. Quonam modo universalia particularia fient et demonstrantia, 30 que demonstrata sunt ? Unde quod p-incipia contineant, que sequuntur, necessarium est. Sed quod addatur principiis, non est necessarium, et tunc longe difficultius, si qua prohibitio esset, que hoc inhiheret, ut in casu nostro, maxime cum multa alia, que vera sunt et insunt princi- piis ; nam omnia dogmata fidei christiane principiis sacre scripture <insunt>, nihilominus non voluerunt, ut quid fuerit adiectum. 35

Cum dicitis, quod, cum dei ecclesia una sit, oportet unam semper habere potestatem, dici- mus, quod etsi una sit ecclesie potestas, habet tamen servare immutabilia, que per preceden- tes fuere tradita, et hac data immutabilitate in rebus uniformiter de terminalibus, firmatur unam esse semper ecclesie auctoritatem. Alia namque modo ecclesia se ipsam everteret ; datus est modus, ut occurrentibus obvietur privatis litteris, sic factum est per Tharasium et Aga- 40 t[h]onem.

5 opere V.      12 differentom V.      13 est V.      18 calamera V.      23 secuntur V.  
29 secuntur V || prepositionis V.      30 secuntur V.      40 Aghatonem V.

1 cf. GREGORIUS Naz., *Epistola Cleodonio* = MIGNE PG 37, 193 C.

18 *bonus dies* = καλή ήμέρα.

30 r Ultimo decem partiunculas tetigistis, que id continent, quod expressum est, licet quedam clarius habeant. Admirabamini in primo, | quod Niceni concilii symbolum attulerimus; dicimus necessitate quadam hoc factum, ut illo lecto videretur facta prohibitio in tertia sinodo.

ANDREAS. Quesitum est a Niceno loquente, si symbolum secunde sinodi lectum fuit in 5 tertia. Qui respondit.

NICENUS. Primum tantummodo lectum exitit; ambo autem asseruimus lecta virtualiter primi lectione.

Secundo dedistis patrum prohibitiones referri ad alterius fidei expositionem, non ad declarationem; hoc tamen satis operationibus patrum comprobatur, etiam declarationem prohibitam.

10 Tertio arguistis ab ipsis principiis et dignitatibus; ultra iam relata dicimus: non necessario sequitur, quod vultis a principiis introducere. Nam nullum principium alicuius discipline seu artis potest recipere conclusionem in ipso principio, potest bene esse causa conclusionis; nam multe declarationes necessarie fuere theologie, tamen non fuerunt adiecte principiis, ergo non semper addenda est principiis declaratio. Ergo cum additio non fiat principiis sacre scrip- 15 ture nec simbolo, et removeatur vestra additio, cum pariter concurrat sacra scriptura et symbolum, admittimus, quod dicitis omnia referri sequentia tertium concilium ad ipsum concilium, non tamen tertium concilium potest esse expositio ceterorum, cum consequentia precedentium sunt declarativa ut plurimum.

Stemus igitur expositoribus Cirillo et Agat[h]oni, qui tertium declaravit concilium. Cum 20 ergo tertio concilio necessitas immineret, ipsi sancti patres illam prohibitionem exposuerunt, ut Cirillus expresse declarat. Clarum est, quod et aliis conciliis tale fuit propositum, quod opere demonstrarunt.

Dimittemus alia ad futurum conventum, ut simul nobis concertantibus unus alteri occurrat. Sic ex patribus vestris, qui se obtulit mecum specialiter concertare, preparat se in se- 25 cundo conventu.

ANDREAS. His dictis pariter assurreximus omnes hora XXI<sup>a</sup> diei.

#### COLLATIO SEPTIMA, IV<sup>a</sup> NOVEMBRIS.

Cum sacrum consistorium post exhibitas preces missarumve solempnia convenisset, facto silentio Nicenus, qui pridie sermonem fecerat, his verbis prosecutus est.

30 NICENUS. Cum nos optima responsa reddiderimus ad plura per paternitatem vestram exposita, quedam nos propter hore brevitatem obmisimus, que tamen virtute et potentia dictis continentur. Sunt autem ex vestris, que responsa requirunt hec.

Dixistis *movere* fidem per symbolum aliud est <quam> declarare et quod Agatho extendit et auxit in expositione, quam fecit de fide, et quod vox ipsa *Theot[os]* non necessario 35 debeat apponi, et quod s. Romana ecclesia hec fecerat mota auctoritate patrum et sanctorum ecclesie ac necessitate coacta et sua auctoritate, quam in huiusmodi rebus habet.

Ad primum dicimus verbum *movere* non habere sensum illum, quem creditis. Nam sequitur post: 'non esse licitum addere nec verbum nec dictionem nec sillabam'; | et opere 30 v

13 declarative V.

19 Agatoni V.

25 ottulit V.

35 Theotecos V.

4 cf. GILL 153<sub>10-11</sub>. 6 cf. GILL 153<sub>12-13</sub>, ubi tamen nomen Marci Eugenici ponitur. 8 cf. GILL 153<sub>15-25</sub>. 10 cf. GILL 153<sub>26</sub>-154<sub>2</sub>. 13 cf. GILL 154<sub>20-27</sub>; vocabula 'et removeatur' non dependent amplius a sententia precedente causali. 16 cf. GILL 155<sub>6-10</sub>. 19 cf. GILL 155<sub>13-29</sub>. 23 cf. GILL 156<sub>3-15</sub>; 156<sub>17</sub>-160<sub>2</sub>.

comprobantur. Nam urgentibus necessitatibus, ut declarationes fierent, nullas declarationes fecere.

Quod autem beatus Agat[h]o dicat, quod verbis et sensu debeat servari integritas fidei, nos autem non intelligimus ut vos, sed intelligimus universaliter prohiber[i] universam mutationem; hoc clare colligitur ex his, que supponit Agat[h]o, nec etiam minuit nec auxit nec immutavit, que sunt fidei, subsequenter et recte ponit eandem fidem verbo et sensu debere servari. Quoniam vero auctori vel diminutioni vel immutationi verborum et dictionum prohibitionem imponit, videtur ipse esse sententie ut nos, et quod ipse aliquam sui expositionem addit, non facit ad nostram questionem, cum nunquam prohibitum est nec erit privatam et particularem fidei expositionem particularibus et diversis fieri verbis, ac disciplinam ipsam fidei et symbolum in omnibus immutabile permanere debere, [u]t ipse Agat[h]o esprese insinuat. 5

Cum dixistis verbum *Theot[o]con* non omnino fuisse necessarium poni, nescimus, quo pacto hoc factum sit, si non erat necessarium, non debebat usquequaque poni et frustra tot patres de eo solempniter dubitassent et superflue alibi fuisset additum. Si vero necessarium extitit, militat nostra sententia. 15

Quod dicitis necessitate factam additionem per Romanam sanctam ecclesiam et auctoritate sanctorum, utrum sancta Romana ecclesia auctoritate mota fuerit, in aliis videbitur disputationibus et in sequentibus erit cogitatio. Si vero auctoritate aut necessitate mota fuerit, dicimus, quod necessitas nullo modo est impedimento diffinitionibus patrum, cum nulla videatur excepta necessitas, et suo tempore cum caritate petemus, qualis fuerit illa necessitas. Verum de auctoritate Romane ecclesie multa habemus dicere, nisi aliud esset propositum nostrum. Nam scimus et cognoscimus, quousque se talis extendat. Primitus volumus autem vos scire, quod talem licentiam, ut in simbolo quid addatur, excipimus et ab ycomenica synodo et ab universali ecclesia, nedum a Romana. Et cum ab universali excipimus, ergo nec Romana potest, nec hoc nos facimus, sed patres fecere in diffinitionibus eorundem. 20 25

Hoc diximus ad vestra proposita non his solis inniti volentes, sed aliis suo loco et tempore deducendis. Dicimus igitur diffinitiones patrum ad quameunque declarationem extendi; et cum audimus patres dicentes: *nulli licet addere vel minuere*, intelligimus ad sillabum dictionemque. Ad ista facimus testimonia sanctorum patrum operasse. Querimus, si diffinitiones et prohibitiones in illis contente referunt se ad symbolum vel non. 30

ANDREAS. His expositis silentium factum est, intuentibus nostris sex, ab eisdem questum pariter adlocuti sunt. Convocatisque cardinalibus, qui suo loco sedebant, pariter et cardinales et deputati sex ad summum pontificem ad tribunal eiusdem accesserunt, cunctique pariter allocuti sunt omnes rem quidem in fidei esse facto, professi sunt tam mature | graviterve cuncta fecere. 31 r 35

LUDOVICUS. Quid demum secutum est?

ANDREAS. Reversi sunt sex deputati ad constitutum locum. Demum cardinalis, qui inter eos primus fuerat, sic inquit.

CARDINALIS. De mandato sanctissimi domini nostri aliqua referam. Sacer hic cetus, que et hodie et pridie retulistis, audivit. Conveneramus, ut dicenda scripto ederentur; quare, ut forma servetur, convenient, qui scripserunt, et de scriptis convenient, ut demum die iovis convenientes plenum pertinens[ve] recipiatis responsum. 40

3 Aghato V.      4 prohibere V.      5 Aghato V.      11 et ipse Aghato V.      12 theotecon V.      42 pertinens ut V.

3 citatio quoad sensum, apud MANSI XI, 289 A.      32 cf. GILL 160<sub>3-8</sub>.  
supranominati in sessione die 9 octobris 1438.

37 cardinalis Iulianus Cesarini.

33 deputati sex,

Et quesito vestro responsum damus hoc modo. Ex verbis vestris expositis gestis tertii concilii patres legerunt Nicenum symbolum, epistolam Cirilli ad Nestorium, blasfemias Nestorii, symbolum Nestorii, Tarasii, auctoritates ceterorum sanctorum cum aliquibus fidei diffinitionibus, postea sequitur : ' His ita recitatis nulli liceat aliam fidem proferre vel exponere etc. quam  
5 illa, que a patribus in Nicea conven[ientibus] exposita sunt '.

Dicimus prohibitionem referri ad omnia, que fuere in Nicea exposita et non magis symbolum quam alias diffinitiones respicit. Vos tamen patres aliqua patienter audiatis dicenda per dominum Collocensem.

ANDREAS. Antequam Collocensis verba faceret, cardinalis sic petiit a Grecis, ut acta  
10 Chalcedonensis sinodi exhiberent. Cui Greci responderunt : Non habemus integrum sinodum. Tunc cardinalis dixit libros originales, non extracta debere portari. Papa demum annuente Collocensis his verbis allocutus est.

COLLOCENSIS. Quedam his diebus per vos repetita sunt, que iudicio meo et collegarum non videntur stare eo ordine, quo dicta sunt ; preterea cum quedam firmissima sententia con-  
15 firmassem et ostendissem, vos alio sensu declarastis et plane quedam negastis. Verum, cum omnia talia maxime conducant ad presens nostrum certamen, patiamini obsecro, patres optimi, ut ipsa paulum repetam et meam sententiam dicam vestramque repellam. Illud inprimis proferam, illam vestram exhortationem sanctam, cum unus et idem sit ambobus finis, oportere patientia uti et modestia, memorie sit, idve et vos faciatis, illud addens, ut [ea], que  
20 recto animo et simplici corde dicuntur, non sinistra intelligentia assumantur, quia et nos idem fecimus, ut quedam etsi sonu asperrima visa sunt, equo toleravimus animo et in futurum faciemus. Hoc facto caritas inviolata manebit et finis quesitus assequetur.

Voluistis, patres, repetere a me dicta, tamen non repetistis eodem ordine nec sententia, cum vestrum problema fuisset, quomodo sancta Romana ecclesia reddiderat rem prohibitam et  
25 quomodo licuit ; dixi ad hoc, quod non fuerit additio, quod non fuerit prohibitum, quod fuerit verum, quod impellente maxima necessitate, quod esset manifesta veritas in ecclesia dei, et quod oportebat id fieri per Romanum pontificem, ad cuius officium specialiter ista spectare noscuntur ; | ex quibus conclusi omnino fuisse licitum Romane ecclesie illam declaratio-  
31v nem facere.

30 Repetitio vestra nec ordinem ipsum servavit nec sententiam. Quare oportet in presenti de hoc specialem facere mentionem.

In secundo passu dixistis tertiam partiunculam nos sponte nostra obmisisse, cum fuerimus auditi ad nutum. Nonne expositum patet ? Nonne dominus Nicenus dixit, quod que dicebantur, non tangebant quesitum et quod eis non intendebatis dare responsum ? Quid resta-  
35 bat nisi de[be]re tacere ? Quid effundere verba vobis id <non> audientibus ? Et inviti venimus ad silentium partis illius et certe satis mesti. Ex illius enim partis probatione facile erat probare fuisse licitum Romane ecclesie facere declarationes. Hec volui repetere, ut constet omnibus, cuius causa pars illa fuerit obmissa.

Et cum voluistis cuidam nostro sillogismo dare responsum, alia adduxistis. Nos hac ar-  
40 gumentatione usi sumus : Nulla expositio vel declaratio alicuius dictionis est additio, sed dicere spiritum sanctum procedere a filio est explicatio contentorum in primo, ergo non est additio. Vos replicando dixistis : Omnis additio fit ab extrinseco, ergo expositio non est additio.

5 convenctis V.

19 ea] in V.

20 sono V.

32 obnixe V.

35 deve V.

13 *Sermonem Andree Colossensis archiepiscopi notarii graeci notare omiserunt, sicut ipsi fatentur ; cf. GILL 160<sup>o-29</sup>.*

ANDREAS. His expositis Nicenus hec dixit.

NICENUS. Dico, quod omnia per nos dicta habent responsonem congruam. De hoc sillogismo miramur, cum omnia scripta s[i]nt, que diximus. Nos pretermisimus sillogismum, de quo verbum facitis; sed venimus occurrentes sillogismo, quo usi estis primum sillogismum probare. 5

COLLOCENSIS. Ego illo non usus sum sillogismo, quo dicitis; verum est, quod ad confirmationem maioris pr[o]posit[e] premisi hoc, quod omnis additio fit ab extrinseco, nec usus sum sillogismo, sed similitudine philosophorum doctrina dicentium debere esse similitudines breves, quia similitudo habet convenientiam et disconvenientiam. Hoc habeo ex doctrina vestre Grecie. 10

NICENUS. Dicit paternitas vestra, ut placet, et potestis dicere, sed que diximus, scripta sunt et auscultavimus cuncta, et ex illis responsonem cepimus.

COLLOCENSIS. Veniamus ad alia. Ego dicebam, quod dogma *flioque* comprehenditur in verbo *patre*. Paternitas vestra responderat, quod medium, quod illud probatur, capiebatur extrinsecus, videlicet assumptione huius, quod *quecumque habet pater, habet filius*, asserentes hoc extrinsecus esse. Sed sciendum, quid in disciplina dicatur *extrinsecus* et secundum philosophos et maxime Aristotelem: illud in disciplina *extrinsecus* dicitur, quod non subicitur subiecto eiusdem scientie nec partem eandem nec proprietatem nec passionem habet sicut si diceremus arithmeticam distare a philosophia naturali et astrolog[iam] a morali, in quibus subiecta distinguuntur. Alio modo dicitur *extrinsecus*, quod non est in eadem voce, ut procedere spiritum a filio est vocis alterius dictionis et sensus et ignoro, quomodo capiatur *extrinsecus* per vos; si *extrinsecum* capitis ut dicatur non esse unum subiectum in uno et alio problematum, videatis, an sane sit dictum, sequeretur maximum inconveniens contra fidem. Nam sequeretur aliam esse fidem | evangeliorum a simbolo. Secundo quod pr[o]positio illa *quecumque habet pater etc.* non sequeretur ex simboli disciplina; in disciplinis cunctis esse, quod est unius discipline subiectum, non potest probare aliam proprietatem alicuius subiecti alterius discipline. Si ergo vox hec salvatoris esset alterius obiecti, nihil concluderetur per exposita in simbolo; hoc quam alienum sit a fide christiana, paternitates vestre vident; et certe, quod est precipuum in fide vel immediate a primis principiis, non potest dici extraneum vel alienum. Nonne sumitur a doctrina evangelii? Ergo evangelium est principium ad ea, que sunt in simbolo, ergo est proprium principium, non alienum et non extrinsecus; hoc clarum est evangelium esse simboli principium, quia apostoli exequi volentes dei preceptum, ut omni creature evangelium predicarent, ut pariter in evangelizando convenirent, ex evangelio fecerunt symbolum, quod dicitur apostolorum. Sequitur ergo, quod verba simboli non possunt dici extrinsecu[s] a simbolo, intelligendo extrinsecu[s] a sensu; necesse est ergo, quod *extrinsecus* intellexeritis secundo modo, videlicet, quod non est ex voce propria, prout in simbolo ponitur; sed ex hoc sequitur inconveniens aliud, quod symbolum factum ex fide Christi factum sit per additionem, quod vos negatis. 20 25 30 35

32r

Nil est in simbolo positum per concilia, quod immediate reperiatur in simbolo apostolorum. Nicenum concilium declaravit *consubstantialem* quod non inveniebatur in simbolo, quo ad verba nec sequebatur immediate ex aliquo posito in simbolo; nam si ex aliquo sequeretur, ex illo sumeretur a *patre genitum*; sed ex hoc non sequitur absolute, quia Arius dicebat: dato 40

3 sunt V.            7 prepositi || premissi V.            19 arithmeticum V.            19 astrologum  
V.            20 distinguuntur V.            24 prepositio V.            35 extrinsecum V.

17 cf. ARISTOTELES, *Analytica posteriora*, lib. I, c. 28 = DIDOT, I, 149.

33 cf. Mc. 16, 15.

quod pater filium genuerit, non sequitur ergo consubstantialis. Nam sol hominem generat, non tamen substantiam cum homine communicat. Non sequitur genitus a patre, ergo consubstantialis; oportet doctrinam evangelii capere illam videlicet *ego et pater unum sumus*; ergo concluditur consubstantialitas. Sed talis modus dicendi secundum vos extrinsecus venit, 5 ergo est additio.

Hoc idem in Constantinopolitano simbolo. Nam dicere spiritum sanctum *dominum et conglorificantem*, cum non fuerat vox talis in simbolo nec ex aliquo immediate sequitur, cum non inferat: *spiritus, ergo dominus*, tamen patres illi concluderunt *dominum et vivificantem* esse ex evangelio, rem ipsam sumentes aut ex principiis primis, et tamen secundum vos sequeretur 10 esse per additamentum. Et quia quod sequitur per additamentum est aliud quam primum, quomodo salvabimus Ephesini dictum, qui interrogatus a nobis, cur de Constantinopolitano simbolo mentio facta non extitit, dixit et recte, quia idem erat; que quidem varietas stare non posset, si dicatur *extrinsecus* illud, quo mediante aliquid inducitur declarationis in simbolo.

Advertite queso inconueniens quod in tota philosophia daretur ex hoc, cum in omni 15 scientia contingit fieri demonstrationes, que fiunt, per quod est esse rei, demonstrando proprietatem de proprio subiecto; et cum tale quod quid erat esse rei, nec in voce conven[it] cum subiecto nec in predicato nec in | con[cep]tu ut Aristoteles septimo metaphysice probat, sequitur hoc inconueniens in philosophia, quod proprietas subiecti alicuius fiet per extrinsecum et inesse subiecto per extrinsecum, quod tamen falsum est.

20 Et arbitror vos non negare doctrinam sanctorum patrum eorum maxime, qui approbati sunt per concilia, cum de fide et religione christiane quid docent, nil dicent, quod sit extrinsecum a fide. Nam cum doctrina christianorum theologie subsit, cum allegatur quis doctor, pertinentissime allegatur, et nullatenus alienum. Doctorum illorum numero est beatus communis Basilius, qui scribens ad fratrem Gregorium [Nyssenum] dicit: 'Quicumque intelligit 25 spiritum, intelligit et similiter comprehendit illum, ex quo est; intellectu spiritu intelligitur et ille, cuius spiritus est. Et quia Christi est spiritus et cum intelligitur [spiritus] in simbolo, intelligitur filius'. Ex hoc datur intelligi, quod auctoritas salvatoris illa *quecunque habet Pater* etc. non dicitur quid extrinsecus continere, alias sequeretur, quod omnia illa, quibus usi sunt patres in declaratione simboli, essent additiones, et cum ille additiones non prohibuerint, cur 30 non dicatur unum et idem symbolum, cur in casu nostro non dicimus dicere spiritum procedere a filio intellectum illico procedere a patre, quod non noceat fidei et ecclesie nec est necessarium, cum dicitur aliquid, quod concluditur in alio quod debeat esse idem penitus, ymmo sepe contingit, quod conveniunt in uno et disconveniunt in alio <ut> genus cum specie. Et licet explicans species aliam vocem habet, nemo philosophus diceret additiones esse genus et 35 species correlativas et e contra si habent, quod uno appposito aliud intelligatur, et nihilominus illa distinguuntur numero, specie, vocabulis.

Cum ergo in casu nostro res unius substantie etiam sunt, omnia eadem, preterquam proprietates constitutive, <non> dicerem: habetur quid extrinsecum, cum inferatur unum ex altero. Dico igitur ex his pr[o]positionem declarantem spiritum sanctum procedere a filio 40 nullatenus extrinsecum posse dici, si ex verbis Christi illud suscipitur. Et cum admiratione

16 conventu V.                      17 methaphysice V.                      19 per subiectum V.                      24 Nasasenum V.  
26 filius V.                      36 distinguuntur V.                      39 prepositionem V.

3 Io. 10, 30.                      6 cf. DENZINGER 86, ubi tamen habetur: *dominum et vivificantem ... conglorificantem*.  
8 DENZINGER 86.                      17 cf. ARISTOTELES, *Metaphysica*, lib. X, c. 8 (non 7), = DIDOT II, 593.  
24 BASILIUS, *Epistola 38, ad Gregorium Nyssenum* = MIGNE PG 32, 325 A.                      27 Io. 16, 15.

suscipitis nos dixisse : ex theologie principiis sequetur spiritum sanctum a filio procedere ; minime mirandum est, sed nos ipsos admirari convenit, si admirationem suscipitis. Nam hoc solo brevi discursu luce clarius patet : *quicumque habet pater*, habet filius, sed producere spiritum habet pater, ergo et filius. Sillogismus hic est in prima figura et tertio modo ; antece-

5

NICENUS. Auctoritatem Iohannis admittimus, sed quod reducatur ad sensum, quem dicitis, dicimus vos dicere.

COLLOCENSIS. Si sillogismus admittitur, consequentia negari non potest.

NICENUS. Dicite, quid placet, quia ad ea non respondebimus, que ad conclusionem presentem non faciunt ; sed profiteamur hoc : hoc modo nunquam ad conclusionem venturos. Nos quidem | patienter audiemus exposita, quousque ad propositum veniatis.

33 r

COLLOCENSIS. Nonne que retuli, salvatoris verba sunt, et minor per evangelicum textum comprobatur ? Ergo argumentum concludit per fidem, nisi vos huiusmodi esse principia negare velitis ; luculenter ostendam, que dicta sunt, rem, de qua agitur, pertinenter concernere.

NICENUS. Dicite prout placet, sed rogamus verbis honestis nec asseratis nos fidei principium negare.

15

COLLOCENSIS. Gratias nobis acturos cum vos audierim, si a principiis fidei spiritum a filio procedere demonstrarem ; desideravi id agere, ut condignas rependeretis grates.

NICENUS. Id dicimus, sed quod suo tempore petivimus ; reservari, rationi consonum est, ut servaretur utrunque.

20

COLLOCENSIS. Dicam, que vestro iudicio pertinentia sunt, et liberum est respondere, quod veritatem detegit ; dicit et ipse salvator ab eo procedere. Nam id nil est *ex meo accipere* nisi spiritum ex eo procedere, beato E[pi]phanio teste, cuius verba sunt hec.

Et cum asseruistis, quod conclusiones non addantur principiis, sic nec hec dictio fiet simbolo dicimus, quod absolutum verum non est, quod principiis conclusiones non dentur, quoniam in una disciplina veniunt multiplicia principia, aliqua, que non probantur in illa vel quia per se nota sunt ut in metaphysica vel quia in alia doctrina probantur. Sunt alia que possunt demonstrari, et hec possunt esse principia et conclusiones, ut in morali philosophia.

25

ANDREAS. His expositis silentium factum est, et dominus cardinalis sic inquit.

CARDINALIS. Hora iam surgendi est ac nocti parendi. Vestro quesito responsum dedimus. Dominus Collocensis non ut expositis responderet, hec retulit, que audistis, sed quia videbatur eidem aliter vos sumpsisse, que dixerat, quam videretur expediens, visum est, ut ipse se declararet. Restat, ut scriptores conveniant ad diem sabbati pro responsione nostra recipienda.

30

NICENUS. Dicimus et dicemus reverende paternitati, quod questio nostra in duobus consistit. Primo si vestrum dogma verum sit vel non, et veritate inventa, an simbolo addi licuerit. Omnibus quidem notum est ultimum precedere | primum ; nam et dato dogmate vero dicimus addere non licuisse. Modus discussionis habitus longus est, videtur obmissa discussione veritatis dogmatis, ut ad rem propositam veniamus, hoc videtur expediens isti rei. Nam ad ea, que dicta sunt, non videtur satisfactum nec interrogationi nostre responsum.

35

33 v

3 sed producere spiritum habet pater, ergo et filius *repetit* V. 12 testum V. 23 E-  
 phiano V. 23 *post hec spatium vacuum quasi tertiae partis paginae ; in margine : hic deficit bre-*  
 vis quedam auctoritas Ephesani (*lege* Epiphani) V. 27 metaphysica V. 37 discussionis ] di-  
 scutione V.

3 *cf.* Io. 16, 15. 5 *debit* dici XVI<sup>o</sup> cap. 22 *cf.* Io. 16, 15. 23 *cf.* EPIPHA-  
 NIUS, *Adversus haereses*, lib. III, tom. 1, c. 4. = MIGNÉ PG 4, 480 D.

CARDINALIS. Non pertinenter et plene responsum quesito dedi ?

NICENUS. Non. Expectavimus vestre paternitatis responsionem, satisfactionem quesiti, sed illa audita, que intendimus comprobare, si verba domini Collocensis impedimento non affuisent.

5 CARDINALIS. Duobus diebus cum orationem feceritis, quod ad interrogationem unam perturbaretur dicendi modus, ut alteretur data dicendi forma iustum non est ; die sabbati respondetur per vos expositis, demumve paritate servata ad brevina quesita brevina responsa dentur.

ANDREAS. Hora iam vigesima secunda his expositis assurreximus cuncti.

10

COLLATIO VIII<sup>a</sup>, VIII<sup>a</sup> NOVEMBRIS.

Convenerat cetus sacer cunctisque expectantibus, quis exponeret, episcopus Forliviensis ex Latinis deputatus tertius his verbis exorsus est.

FORLIVIENSIS. Ad ea que dicta sunt per vos rev. patres Orientales primo per modum preambuli tria per vos proposita commemorabo.

15 Audivimus ab initio vestre colloquutionis dicentes non debere nos huic rei insistere aut stude-  
dere, ut vincat una pars alteram, ut nos invicem superare contendamus, sed tantummodo  
menti esse nobis, ut puram et sinceram fidei veritatem clare et aperte in medium deducamus,  
quod utique approbamus et nos ipsi, et cum omni cura et studio sequi volumus, quia sicut  
in epistola Ieronimus dicit : ' Nunquam errat dubitatio, que sequitur veritatem, ymmo etiam  
20 ipsa veritas et presertim divina veritas sancte fidei homines valde distantes regione, moribus  
et lingua, ymmo et separatos congregat et colligit in unum ', sicut cultus magnus ille Areo-  
pagita manifestat in libro *De divinis nominibus* dicens : ' Scientia, divina fides est unicum  
credentium fundamentum eos colligans in veritate '. Ipsa enim est scientia adiuvatrix cogno-  
25 nem, mentem realem et constantem procurare oportet, ut animorum sensu convenientes in  
ipsa veritate uniamur.

34r

Secundo per vos predictum est, quod quicquid per nos tractandum est et ratione discu-  
tiendum, cum patientia et mansuetudine et tranquillitate tractetur. Et hoc utique magnam in  
corde meo induxit letitiam, adeo ut cum propheta dicere possem, | cum hoc a te, domine  
30 Nicene, intellexi : ' Dedisti letitiam in corde meo ', quia sicut scribit Paulus secunda ad Ti-  
motheum epistola : ' Servum domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes,  
docibilem, patientem cum modestia ' etc.

Tertio dixistis, quod servare intendo et delectat bonum et rationabile esse, ut allegatione  
dicitur, responsiones et rationes nostre sint breves, cum brevis ipsa et facilius apprehen-  
35 datur ad intellectum et memorie commendetur facilius, quod utique placet, si ita breves non  
sunt, quod sint obscure et imperceptibilitas evitetur, quod dicitur : ' obscurus sum, cum  
brevis esse laboro '. Precor rev. paternitates, ut non exigatis a me duo impossibilia scilicet  
ut sim brevis et ut respondeam ad omnia per vos dicta.

2 *expectaretur forte responsione.*  
V. 29 *lic.am (= licentiam) V.*

14 *proposita V.* 21 *Ariopagita V.*  
30 *secundo ad Thimoteum V.*

25 *sensus*

11 *Ludovicus de Pirano O.F.M.*  
*Celantiam, c. 12 = MIGNE PL 22, 1210.*  
4 = *MIGNE PG 3, 872 C.* 30 *Ps. 4, 7.*

13 *cf. GILL 161<sub>3</sub>-176<sub>21</sub>.*19 *HIERONYMUS, Epistola ad*

21 *Ps.-DIONYSIUS Aeropagita, De divinis nominibus, c. 7, §*  
31 *2 Tim. 2, 24-25.* 36 *HORATIUS, Ars poetica, 25-26.*



Respondebo igitur ad principalia et sequar ordinem vestrum in respondendo. Primo pr[o]-  
posuistis duabus precedentibus collationibus, in hac responsione, quia sic rationabile nobis  
videtur, aliqua concedemus per vos dicta, nonnulla negabimus et rationabiliter et iuste ratio-  
nem in medio deducentes aliqua declarabimus, ad quedam vero non dabimus extensam respon-  
sionem sed brevem et sub quodam involucro, nec dubito, quod vos peroptime sic rationabiliter 5  
iudicabitis faciendum. Sequens in nomine domini ad hec sex dicta principalia respondeo. Ipsa  
vestra pr[o]positio incipit sic: Cum vos audiverimus, etiam quantum ad hanc partem dicimus,  
quod bene servastis rationem exordiorum. Sequiturque initium nostre controversie hanc par-  
ticulam *filioque* esse additionem extrinsecus factam et per consequens prohibitam. Dicitis sic  
ad literam: *Licet sit verum et rectum, non licet addere, cum et multa, que et vera et necessaria* 10  
*sunt, et declarata, tamen non fuerunt addita nec in simbolo posita, cum hoc non liceat.* Et postea  
per interiectionem multorum sermonum, quos ego summatim explicabo, concluditis, quare cum  
sit demonstratum et additionem esse prohibitam, et probatum est hoc esse additionem, ergo  
in hoc prohibetur.

Huic omnino volumus respondere et ne videamur dicta vestra negligere, dico, quod in hac 15  
sermonum interiectione vos primo commemoratis dicta per reverendum dominum archiepisco-  
pum Collocensem et dicitis velle respondere ad ea, que faciunt ad propositum, alia ad aliud  
tempus reservare. Et dicitis velle respondere et repetitis dicentes, quod ipse usus est quodam  
sillogismo, et est verum, et quod vultis facere additionem de minori et respondere ad ea, que  
deduxit per continuationem illius, et formatis sic sillogismum: *Omne additamentum extrinsecus* 20  
*fit. Declaratio autem non est extrinsecus. Ergo declaratio non est additamentum.* Hanc partem  
dimittamus. Ipse rev. archiepiscopus eximius doctor et profundus theologus est et optime ar-  
guebat ad ipsum initium controversie.

Cum dicitis hanc particulam *filioque* esse additionem et esse prohibitam per vos, manifeste  
contradicimus | negando ipsam esse prohibitam et hoc volumus declarare per dicta sanc- 25 34v  
torum et rationabiles declarationes.

Quod non sit pure et simpliciter additio declaratur ex habitudine contentie virtualis  
testamenti novi et veteris et ex ordinato successu in expressione articulorum fidei. Et primo  
sic beatus Augustinus *Contra Faustum* expresse dicit: 'Christus non venit solvere legem, sed  
adimplere non ut legi adderent <ur>, que aberant sed ut fierent, que scripta erant, quod 30  
eius verba testantur. Non enim ait: *Iota una vel unus apex non preteribit a lege*, nisi addan-  
tur, que desunt; sed ait: *donec omnia fiant*'.

Item *De catechizandis* plurimum 'in veteri testamento est occultatio novi. In novo te-  
stamento est manifestatio veteris'. Item in *Questionibus novi et veteris testamenti*: 'Cum dici-  
t <ur> in evangelio: *Audistis, que dicta sunt etc. Ego autem dico vobis <non resistere> malo,* 35  
non aliud voluit quam lex id sensu habuerit'. Et super illud Ezechielis primo *sicut rota in medio*  
*rote* Gregorius ad literam: 'Rota in rotam, novum testamentum in veteri'. Idem glosa or-  
dinaria super Mattheum V<sup>o</sup>: *Non veni solvere legem*: 'Evangelium est recapitulatio veteris

1 preposuistis V.  
31 testante V.

7 prepositio V.  
33 catetizandis V.

8 Sequitur quod V.  
35 post vobis spatium vacuum duorum vocabulorum V.

10 cf. GILL 140<sup>27-30</sup>.  
c. 6 = MIGNÉ PL 42, 344.  
4 = MIGNÉ PL 40, 315.  
GONE PL 34, 1257-8.  
4 = MIGNÉ PL 40, 315.  
MIGNE PL 114, 88 D sqq.

20 cf. GILL 141<sup>25-27</sup>.  
31 Mt. 5, 8.  
34 cf. AUGUSTINUS, *De sermone Domini in monte*, lib. I, c. 19. = MI-  
35 Mt. 5, 38-39.  
MIGNE PL 76, 834.  
38 Mt. 5, 17-18.

29 AUGUSTINUS, *Contra Faustum*, lib. XVII,  
33 cf. AUGUSTINUS, *De catechizandis rudibus*, c.  
*De sermone Domini in monte*, lib. I, c. 19. = MI-  
36 Ez. 1, 16 || GREGORIUS I, *Homiliae in Ezechie-*  
37 *Glossa ordinaria super Matthaem*, c. 5 =

legis'; constat, quod recapitulatio non est additio. Si igitur sanctus Augustinus tantas mi-  
 steriorum copias novi testamenti, quia includeba<n>tur implicite id est in veteri, non dicit  
*additio*; et secundum sensum non mirum, si illius articuli expressio non dicatur proprie ad-  
 ditio secundum sensum, sed potius impliciti explicatio. Dico hoc idem ex ordinato successu  
 5 articulorum fidei. Nam sicut dicit Augustinus: 'Tempora sunt mutata, non fides', eadem  
 enim patrum precedentium et sequentium fides; nam *et qui preibant et sequebantur clamabant*:  
*Benedictus, qui venit* etc. Sed tamen in articulis facta <est> impliciti explicatio et indeterminati  
 determinatio; unde circa reparationem nostre magis quam veteris licuerunt. Abrahe facta  
 est impliciti explicatio Genes. XXII<sup>o</sup>, cum ei dictum: 'In semine tuo benedicentur omnes  
 10 gentes'. Adhuc Ysaie VII<sup>o</sup> maior explicatio facta est per angelum ipsi virgini querenti mo-  
 dum, cui sic expressum est: 'Spiritus sanctus superveniet in te', et ita fuit circa articulum  
 de spiritu sancto, quod primo tantum confitebatur ecclesia tempore apostolorum: 'Credo in  
 spiritum sanctum', scilicet quod ecclesia postea dixit in simbolo *ex patre procedentem*, non  
 fuit novi additio, sed eiusdem expressi explicatio. Et sic, cum postea expressum est *et ex filio*  
 15 non fuit de spiritu sancto novi articuli appositio, sed eiusdem articuli magis determinata ex-  
 plicatio.

Negamus omnino illam esse additionem prohibitam; nam sicut optime distinguit dominus  
 Bonaventura optimus theologus: 'Triplex in scriptura invenitur additio; una, in qua addi-  
 tum est contrarium; alia, in qua additum est diversum, alia in qua additum est consonum.  
 20 Illa prima scilicet, cui additum est contrarium, est erroris et hereticorum, ut si quis diceret:  
 In divinis patrem genitum aut patrem natum aut filium ingentum aut spiritum sanctum a  
 35 r nullo procedentem seu creatum. Secunda additio, ei, cui additum est valde diversum, et  
 hec additio est presumptuosorum, quia temeritatis et presumptionis est in virtutibus fidei et  
 sacre scripture aliquid diversum dicere, ut si quis in divinis diceret patrem geometram, filium  
 25 arithmeticum, spiritum astrologum, licet sic dicendo non multum recederet a veritate, cum  
 eorum quilibet est omnipotens ita et omnia sciens, tamen quia modus dicendi est diversus a  
 modo dicendi et scriptorum et scripture, preterea tales diversas locutiones presumptioni ad-  
 scribimus. Tertia vero additio ut si dicam in divinis patrem omnipotentem, filium consubstan-  
 tialem, spiritum sanctum procedentem, et hec est piorum et catholicorum. Est enim fidelis in-  
 30 structionis, quia quod implicitum est, explicat. Ille autem preadducte due additiones, scilicet  
 ubi additum est contrarium aut diversum, omnino prohibentur sub gravissimarum commi-  
 natione penarum. Unde Apocalipsis ultimo capitulo: 'Si quis apposuerit ad hoc, apponet  
 deus super illum plagas scriptas in libro isto'. Illa additio, in qua additum est consonum et  
 conveniens, non prohibetur in scripturis, ymmo laudatur et remuneratur a salvatore nostro  
 35 dicente domino: 'Quodcumque supererogaveris, ego reddam tibi' et in Ecclesiastico: 'Qui  
 illucidant me, vitam eternam habebunt'.

Nunc ad propositum dico, quod in hac verbali additione nec est additum contrarium nec  
 diversum et non est ex suo genere prohibita, ymmo additum est consonum et conveniens.  
 Unde cum apostoli dicentes symbolum *credo* etc. patet, quod non fecerunt expressionem nec

2 dicatur V.                      8 Abrae V.                      17 optimo V.                      23 additur V.                      23 presumptuo-  
 rum V.                      25 arithmeticum V.                      30 preadducte V.                      37 addicione V.

5 AUGUSTINUS, *Enarratio in psalmum L, c. 17* = Migne PL 36, 596.                      6 Mc. 11, 9-10.  
 9 Gen. 22, 18                      10 cf. Is. 7, 14.                      11 Lc. 1, 35.                      18 BONAVENTURA, *Prologus libri I Sententiarum, dubium 2 in editione Commentaria in quatuor libros Sententiarum Magistri Petri Lombardi (Quaracchi 1882) 23, ubi habetur: Dicendum quod est additio distrahens, et est additio complens. Vel aliter dicendum, quod est additio, in qua additum est contrarium, et est, in qua additum est consonum.*                      32 Apoc.  
 22, 18.                      35 Lc. 10, 35 || Eccli. 24, 31.

de processione eius nec ex patre nec ex filio, sed postea sancti patres, ut occurrerent et obviarent erroribus pravisve dogmatibus hereticorum, expresserunt *ex patre* veluti consonum fidei et expression[is] apostolorum et in eorum simbolo apposuerunt et sic consequenter processionem eius ex filio ut consonam simbolo fidei patrum in simbolo catholico expresserunt.

Hic non me extendo ad declarandum, quod huiusmodi expressio *filioque* sit consona et 5  
conveniens fidei et professioni et simbolo patrum, ne dicere possitis, quod ego exeam pr[o]positum. Sed cum volueritis, sum paratus et iam hic seorsim notavi etiam si volueritis, antequam hinc exeamus, explicabo. Sic igitur patet cuicumque rationabiliter videre volenti veritatem, expressionem illam *filioque* non esse proprie simpliciter additionem nec ullo pacto esse prohibitam. Et hoc pro nunc sufficiat ad responsionem secunde partis vestre principalis. 10

Intremus nunc profundius. Sequitur tertio illius contradictionis radicale fundamentum, qua contrariatis nobis omnino sentientes, quod nullo modo licuerit addere nec clausulam nec dictionem nec sillabam, ubi quatuor circa fundamentum ponitis. Primo motivum patrum. Secundo unam rationem. Tertio unam auctoritatem beati Cirilli. Quarto de verisimili, de non coincidentia dicitis. 15

Primo dicitis ad tam solemnem prohibitionem fuisse commotos patres tertii concilii, ut removerent a fidelibus licentiam non utilem, ymmo damnosam. Sed [circa] huiusmodi licentiam dicitis unum quod non videtur mihi verisimile salva reverentia. Dicitis enim, | quod 35 v  
licebat a principio religionis et fidei solum declarare, exponere et extendere, que implicite erant contenta in sacra scriptura. Hoc solum illis veteribus patribus licebat facere et uti, 20  
ut volebant, et illas declarationes ponere in simbolo et ubicunque preter in textu sacre scripture, postea hec licentia fuit prohibita, pars autem relicta est licentie, scilicet declarare et extendere illa, que continentur in sacra scriptura; hoc enim nunquam fuit prohibitum nec in futurum prohibebitur.

Et dico, quod non videtur mihi verisimile, quod illis patribus liceret, uti declarationibus, 25  
ut volebant, et ponere in simbolo fidei nisi essent congregati in concilio generali, quia dicit sanctus Thomas de Aquino, quod nunquam fuit facta nova additio fidei nisi in concilio generali, et loquitur de quocunque simbolo, quod fuit commune ecclesie symbolum; hoc premissis sequar illa quatuor.

Primum est istud, quod cum usque ad secundum ycumenicum concilium liceret patri- 30  
bus uti tali licentia ad libitum, post illud concilium secundum quod nonnulli usi sunt tali licentia in malum proprium, qui fabricabant et simbola, in quibus seminabant contraria fidei dogmata. Cum patres illi tertii concilii vidissent, quod talis licentia nil lucri operabatur fidelibus, sed detrimentum magnum, cum liceret cuilibet addere, certe hoc non videtur verisimile, ut dixi, nisi intelligatur de licentia usurpata, quam heretici et presumptuosi sibi usurpant, 35  
de qua valde congrue potest intellegi illud: 'Deteriores omnes sumus licentia'. Sequitur motivum vestrum, cum dicitis: propterea patres sigillarunt et diffinierunt, quod de cetero non liceret aliquid in simbolo addere. Sequitur secundario, quia si non licet addere simbolo, nulum potest inferri detrimentum fidelibus, cum profiteantur fidem illam, quam tenebant primi

3 expressione V.      5 in margine: filioque V.      6 pr[e]positum V.      9 no V.  
16 solempnem V || remotos V.      17 circa] autem V.

13 in textu actorum graecorum (GILL 169<sub>2-6</sub>): πρώτον τὴν κίνησιν τῶν πατέρων, δεύτερον ἓνα λόγον, τρίτον ῥητὸν ἓν, τέταρτον ἐκ τοῦ εἰκότος ἐπεχειρεῖτε.      27 cf. THOMAS Aq., *Summa theologica* 2, 2, q. 1, art. 10, in editione Leoniniana, VIII, 24 ubi habetur: Sed contra est, quod editio symboli facta est in synodo generali. Sed huiusmodi synodus auctoritate solius Summi Pontificis potest congregari, ut habetur in Decretis dist. XVII. Ergo editio symboli ad auctoritatem Summi Pontificis pertinet.      36 TERENTIUS, *Heautontimoroumenos* 3, 1, 74.

illi patres, quod nemo nisi insanus de fide non perfecta inculpare posset. Sed data licentia addendi in simbolo, prout quisque vellet, poterit multum fidelibus detrimenti inferri, cum per transmutationem sillabarum posset error in ecclesia induci. Hanc rationem cum benigna supportatione dicimus aliquantulum claudicare, quod vere loco suo ostendemus.

5 Sequitur auctoritas Cirilli, et argumentum. Sed quia omnia ista faciliter solvuntur everso fundamento, venio ad hoc ipsum. Unde hoc expresse asserimus, quod cum magis respiciendum sit ad medullam quam ad corticem et ad intentionem principalem legislatoris quam ad superficiem verborum et litterarum, et illa prohibitio sit lex ecclesie, dico, quod debent intelligi secundum intentionem eorum, qui huiusmodi legem ediderunt et confirmarunt. Ipsi autem  
 10 patres intendunt prohibere principaliter professionem et fidem contrariam et dissonam et diversam a fide patrum. Et propterea dicit dominus Bonaventura, quod secundum veritatem ex vi mutationis sententia, que ponitur in prohibitione patrum, non se extendit nisi ad contradicentes et ad illos, qui intentione infundendi et diversificandi et pollutam faciendi puram et sanctam fidem patrum et immutare, addere vel subtrahere clausulam, additionem vel sil-  
 15 labam attentare hac intentione. Sed hac prohibitione non prohibetur nulla etate etiam in fine | seculorum, ymmo nec prohiberi potest, quin semper liceat ecclesie universali in generali et legitimo concilio, auctoritate debita congregato et capiti et principi ecclesie habenti in se universalem plenitudinem potestatis totius ecclesie pro legitimis causis ad obviandum erroribus et heresibus emergentibus novam declarationem alicuius partis simboli facere, con-  
 20 sonam fidei patrum et in simbolo apponere. Et quis sane mentis habet dubitare, quin, si immineret necessitas, quod magna christianorum multitudo laboretur in heresim circa sacramentum altaris, quod sicut in simbolo fuit appositum per patres: 'confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum', quin posset ecclesia apponere illud: confiteor eu[cha]ristie sacramentum ad salutem animarum, et dictionem illam *theo[to]cos* ut sibi necessarium videretur, dicendo: *et incarnatus est ex Maria virgine, que vere theo[toc]os, et homo factus est?*

Verum illud confitemur, quod nulli private persone aut private congregationi aut private ecclesie id liceret; et hec duo dicimus: illam prohibitionem referri debere ad privatos homines, et ad illos, qui prava intentione id facere attemptarent. Unde sicut <dicit> dominus Bonaventura: 'non fuit illorum patrum, qui hanc prohibitionem fecerunt, intentio percludendi  
 30 viam aliis patribus ecclesie sequentibus ad explanationem fidei faciendam maiorem, si deus eos magis illuminaret, et viderent esse necessarium'; ymmo plus dicit dominus Bonaventura: 'quod si hac intentione dixissent, constat, quod non bene moti fuissent e[t] eorum sententia merito abolenda esset'.

Sed quod patres illi habuerunt in illa prohibitione illam sanam et rectam intentionem,  
 35 quam prediximus, hoc ipsum volumus ostendere ex his, que habemus in actis sanctorum conciliorum, maxime tertie sinodi et exemplis patrum, qui illo tempore fuerunt. Convenientibus namque episcopis in Epheso et vocato Nestorio et contumace dixerunt, quod secundum morem legatur fides patrum Nicee, quatenus huic expositioni collatis de fide sermonibus consonantes quidem confirmentur, discrepantes eiciantur. Unde patet, quod intentio sinodi est,  
 40 quod illa fides probetur, <que vera> non que discrepat, et per hoc patet, quod significant illa verba: 'Nulli liceat aliam fidem proferre' ab ea, que necessaria diffinita est, id est discrepantem et

10 proprofessionem V.                      15 hec prohibitio V.                      23 eukristie V.                      24 theothecos V.  
 25 theotheos V.                      32 et] ex V.                      35 ipse V.

11 BONAVENTURA, *Liber I Sententiarum, art. 1, q. 1, in editione nova (Quaracchi 1882), I, 218 (citatio quoad sensum).*                      22 DENZINGER 86.                      28 BONAVENTURA, *Liber I Sententiarum, art. 1, q. 1, in editione nova (Quaracchi 1882) I, 218.*

contrariam ; et deinde legitur symbolum sinod [i] Nicen [e], quod exposuit hanc : 'credo in deum' etc. Postea fuit lecta epistola Cirilli ad Nestorium, in qua recitat aliqua simboli Niceni et disponit ac declarat Christum deum et hominem non in duabus sed una persona, natum ex Maria virgine, et probat eam dei genitricem, adducens testimonia sacre scripture et contestatur Nestorium, ut ipse sapiat, que in hac epistola dicit. Lecta predicta epistola, que incipit : *Obloquantur quidem de me*, Cirillus dicit : 'Hec scripsi Nestorio, defendens rectam fidem. Certus autem sum, quod in nullo egressus invenior | a recta fidei ratione, aut pretermi[si] expositum a Nice[e] sinodo symbolum, et peto, ut dicatis, an recte et consonanter dixerim illi sinodo'. Dicit sinodus : nullam innovationem seu novitatem intulit et quecumque in Nicea dicta sunt, epistola Cirilli 'latius exposuit et apertius et manifestius, et quod hec epistola multam lucem prebet ad comprehensionem intelligentie dictorum' in ipsa Nice[e] sinodo, confiteturque eadem sapere dictam epistolam Cirilli cum simbolo Niceno.

Legitur deinde epistola Nestorii ad Cirillum, in qua confitetur beatam Mariam non esse dei genitricem et inducit quedam dicta sacre scripture. Ad hec Cirillus interrogat patres, an littera Nestorii sit consona fidei Nicee. Responderunt patres : 'Non est consona, sed aliena ab orthodoxa fide et repugnans omnino fidei exposite in Nicea et dissenciens a fide Nice[e] et ab epistola Cirilli, sed nec sibi ipsi conveniens'. Item, quod 'extranea a veritate et adversa, non solum fidei Nicee et Cirilli epistole, sed nec sibi ipsi conveniens' item quod 'extranea a veritate et contraria a fide Nicee et a recta fide'. Exclamavit sinodus : 'recta fides anathematizat Nestorium' et exclamavit : 'impiam fidem et dogma et sectam' Nestorii.

Ex hoc aperte patet, quod sit intentio sinodi, que postea fert sententiam prohibitivam, quod nulli liceat proferre aliam fidem quam in Nicea, videlicet, quod nulli liceat proferre fidem contrariam et dissonantem seu alienam vel extraneam a veritate et a vera fide. Unde hoc verbum *aliam* et intensionem sinodi significat contrarietatem et dissonantiam, non aliam expositionem eiusdem fidei consonantem veritati et recte fidei, quia Cirillus *latius et apertius declaravit* et exponit fidem Nice[n]am, et quia veritati et fidei consonantia dixit, iudicatus est eadem sapere cum fide et simbolo Niceo.

Idem patet expressius in epistola, quam sinodus postea scripsit ad imperatorem referendo, que gesta erant in sinodo. Et dicit : 'epistolas Cirilli invenimus consonantes dogmatibus et intellectibus et in nullo aliena eius dicta ab expositione fidei, que ab apostolis et patribus Nicee tradita sunt'. 'Dogmata vero Nestorii invenimus repugnantia sanctis patribus et penitus contraria catholice fidei'.

Postea fuit lecta epistola Celestini pape ad Nestorium, que incipit *Aliquantis diebus* et inter alia dicit : 'Quis unquam non dignus est anathemate et iudicatur ut adiciens vel detrahens vere fidei. ? Etenim ipsa fides tradita nobis ab apostolis nec augmentum nec diminutionem recipit ; legimus in libris nostris non addi oportere nec detrahi, magna quidem et addentem et detrahentem pena constringit'. Ubi notandum est, quod [ante] concilium Ephesinum erat

1 sinodus Nicena V.	2 expectaretur exponit.	5 dicitis V.	6 oblocuntur V.
7 pretermisus V.	8 Nicea V.	11 Nicea V.	15 fide Nicea V.
fide Nicea V.	34 addiciens V.	37 ante] ad V.	16 fidei expositis

2 CYRILLUS Alex., *Epistola Nestorio* = MANSI 4, 888 sqq. ; MIGNE PG 77, 44 sqq. 6 CONC. EPHESINUM, *Actio I* = MANSI 4, 1137 D-E ; SCHWARTZ, I, II, 39<sub>15-19</sub>. 9 CONC. EPHESINUM, *Actio I* = MANSI 4, 1169 C ; SCHWARTZ, I, II, 39<sub>27-37</sub>. 12 NESTORIUS, *Epistola Cyrillo* = MANSI 4, 1169 C sqq. ; SCHWARTZ, I, II, 41<sub>1-43</sub><sub>33</sub>. 15 CONC. EPHESINUM, *Actio I* = MANSI 4, 1169 C-D ; SCHWARTZ I, II, 43<sub>27-29</sub>, 44<sub>2</sub>, 6-7, 9-10. 19 *ibidem*, MANSI 4, 1177 D ; SCHWARTZ I, II, 45<sub>10-12</sub>. 28 CONC. EPHESINUM, *Epistola synodalis ad imperatores* = MANSI 4, 1237 B, 1240 A-B ; SCHWARTZ I, III, 86<sub>16-18</sub>. 31 *ibidem*, 1240 B ; SCHWARTZ I, III, 86<sub>19</sub>, 29-30. 33 COELESTINUS, *Epistola Nestorio* = MANSI IV, 1027 E, 1030 A ; SCHWARTZ I, II, 7<sub>3</sub>, 9<sub>3-7</sub>. 36 cf. *Apoc.* 22, 18-19.

37 r prohibitum et penale addere vel detrahere fidei apostolice etiam ex simbolo apostolorum, ut  
 clare exponit ipse Celestinus, | sed hac prohibitione non obstante simbolo apostolorum  
 aliqua addita sunt et detracta per symbolum Nicenum et Constantinopolitanum et illud *de-*  
*scendit ad inferos*; et tamen hoc non reprehenditur inferius. Et tamen Celestinus reprehendit  
 5 Nestorium, quem dicit aliquid de simbolo apostolico detraxisse, videlicet *dei genitricem*, quod  
 tamen non explicite, sed implicite continetur in simbolo apostolico; huius autem ratio est,  
 quia Nice<n>a et Constantinopolitana et alie Sinodi nil fidei apostolice addiderunt vel de-  
 traxerunt contra sanum intellectum et contra veritatem, sed Nestorius; sic ex hoc apparet,  
 quod addere vel detrahere quis prohibetur, quando contra verum intellectum repet[i]t, vel  
 10 contra fidem rectam aliquid addit et detrahit.

Et ex hoc solvitur omnis difficultas, quam vos patres Orientalis ecclesie contra Latinos  
 dicitis, qui addiderunt *filioque*. Non addiderunt contra verum intellectum symbolum Constan-  
 tinopolitanum nec contra veritatem aut contra rectam fidem, maxime cum publice dixerunt,  
 quod symbolum Constantinopolitanum et Nicenum idem sunt, et lecto uno intelligitur et aliud,  
 15 quia licet in verbis differant, non differunt in sensu et veritate; et sic dicimus, quod symbolum  
 Romanum est unum cum Constantinopolitano et Niceno simbolo, et lectis illis intelligitur et  
 hoc lectum, et licet addere hoc verbum, cum hoc <non> discrepat a vero sensu et a recta  
 fide.

Et cum dicitis, quod fuit prohibitum addere, respondetur: cum vos fateamini esse unum  
 20 et idem id quod convenit in sensu, differat in verbis, sequitur, quod proprie non est additio,  
 sed unum et idem seu identitatis expressio.

Sequitur in epistola Celestini: 'inter multa, que impie predicata universalis recusat ec-  
 clesia, <e> simbolo ab apostolis tradito plangimus hec verba fuisse sublata, que nobis to-  
 tius spem vite salutisve promittunt', videlicet, quod beata Maria sit dei genitrix, quod vir-  
 25 tualiter inerat simbolo apostolorum.

Ex hoc patet simbolo apostolorum non licet detrahere, et tamen per patres Nicee detrac-  
 tum est videlicet *descendit ad inferos*. Et qui detraxerunt, non negabant illam veritatem et  
 illam impugnabant sicut Nestorius impugnabat, quod Maria esset mater dei. Postea monet  
 Nestorium Celestinus, ut nisi inter decem dies revocet errorem suum et predicet de Christo,  
 30 quod universalis ecclesia tenet, noverit se ab unione ecclesie deletum.

Alia plura ex actis conciliorum dicere possem. Sed ad ulteriora nostra festinat oratio.  
 Redeamus ad id, unde paulum digressi sumus, quantum ad processum vestre orationis, non ta-  
 men recessimus a principale proposito, ut manifeste patet. Dicebamus, quod circa principale  
 fundamentum, ubi fundatis contradictionem vestram adducendo motiva patrum, apponitis  
 37 v 35 illam rationem, quam diximus nos ostensuros | aliquantulum claudicare, et re vera ita est.  
 Arguitis sic: si non licet addere simbolo, nullum detrimentum potest inferri fidelibus.

Dico: hoc esse falsum. Si non licet universali ecclesie aut principi ecclesie, in quo est  
 plenitudo potestatis et auctoritatis totius ecclesie; si enim non licuisset patribus ecclesie  
 addere simbolo apostolorum per Christum generatorum, magnum ecclesia fuisset passa de-  
 40 trimentum et sic, si non licuisset aliis conciliis.

6 non implicite, sed explicite, *sed aliquo modo correxit V.* 9 repetunt V. 17 verbum  
 hoc verbum V. 25 inherat V. 38 Christum] littera h cum signo crucis et litteris sequentibus  
 rsim, in V.

17 in *textu graeco actorum* (GILL 175<sub>25-27</sub>): καὶ ἔξεστι προσθεῖναι τὸ ῥῆμα τοῦτο, ἐπειδὴ οὐ διαφωνεῖ ἀπὸ  
 τῆς ὁρθῆς καὶ ἀληθοῦς πίστεως. 22 COELESTINUS, *Epistola Nestorio* = MANSI IV, 1030 A; SCHWARTZ  
 I, II, 9<sup>9-11</sup>. 32 cf. GILL 176<sub>15</sub>; *acta graeca reliqua multa, quae Andreas de Sanctacruce nobis tradit*,  
 omittunt. 39 in *graeco*: ἀκολουθήσει καὶ βλάβη μεγάλη. (GILL 145<sub>17</sub>).

Et cum additis in argumento, quod data licentia, quod quisque posset addere in simbolo, potest fidelibus detrimentum inferri, cum per mutationem sillabarum posset error in ecclesia adduci et videmini multum timere istas sillabas, dicimus, quod receditis de medio et saltatis de extremo ad extremum ac si esset necessarium alterum duorum, aut quod negetur hec licentia omnibus, etiam universali ecclesie et universalibus sinodis aut quod unicuique privato hec licentia passim concedatur. Dicitis ad litteram : sic videlicet, data licentia, quod quisque posset addere in simbolo, <sequetur damnum>. Dicimus, quod hoc non oportet nec unquam fuit hoc licitum, sed hoc laudabile et honestum medium videlicet, ut non detur hec licentia particulatim personis, et tamen quod ab universali ecclesie principe minime auferatur. 5

Tertio arguitis auctoritate Cirilli ad Acacium, ubi dicit : ' sancta et ycumenica sinodus, que Ephesum convenit, necessario providit non debere aliam fidei expositionem in ecclesia dei inferri preter existentem, quam venerabiles patres nostri, qui spiritu <sancto> loquebantur, de fide terminarunt ' . 10

Et vos notatis prohibitoria. Primo, quod tertia sinodus prohibuit addere ; tamen non dicit sic textus ; sed dicit : *non debere aliam fidem in dei ecclesia inferri*. 15

Secundo [n]o[t]at[i]s, quod *necessario providit* et ad salutis necessitatem, qua piissima et sollicita mater ecclesia [contra] imminetia pericula, contra insurgentes hereses providet, ut potest, de remedio opportuno.

Domine Nicene, notatis et dicitis, quasi rethorica commutatione utendo : non prohibetur hec alterius fidei expositio, sed ipsius fidei altera expositio. Ubi dicimus, quod primam partem dicti vestri simpliciter negamus scilicet, quod non sit hec prohibita alterius fidei, scilicet a fide patrum expositio, ymmo semper fuit prohibita alterius fidei et semper erit. Secundam vero partem, que sequitur litteram Cirilli, qua prohibetur fidei altera espositio, nos concedimus ; sed sic intelligenda est : prohibetur fidei altera expositio <scilicet> diversa, discors et discrepans a<b> [ex]positione patrum. 20 25

CARDINALIS. Patres, nos habemus unum dubium, quia vos dicitis certa verba in epistola Cirilli, ubi nos non ita habemus ; vellemus videre ; legatur textus in Greco.

ANDREAS. Assurgens quidem e Latinis, epistolam legit his verbis : ' Cirillus in domino gaudere. Res quidem, sal[ut]atio [fr]atris, dulcis, opere precium, et omni ratione dignum ' etc.

NICENUS. | Nos non habemus istam epistolam. Sed nos habemus : domino meo Agathonis etc. Et incipit hoc modo : ' Vehementer, constanter vulneratum ' etc. 30 38 r

CARDINALIS. Et in hac epistola sunt certa contraria lectioni epistole vestre.

NICENUS. Si sunt contraria, sunt Cirillo, non nobis.

CARDINALIS. Quod Cirillus fuit hic inductus ad exponendum fidem certis monachis turbatis propter malam fidei expositionem. Unde Cirillus videtur velle, quod turbatis in fide licet facere bonam fidei expositionem. Sed mala prohibetur his verbis. Etiam epistola monachis per Egiptum et Alexandriam dispositis, propter exposita per Nestorium, rectam fidei exposui [t] 35

6 possum V.            10 Accasium V.            11 Ephesim V.            16 vocatus V.            17 contra] et V.            24 post expositio spatium vacuum duorum fere vocabulorum V.            25 dispositione V.            29 salvatio patris V.            30 Nice V.            33 Nice V.            34 exposuimus V.            36 monachis V.

10 CYRILLUS Alex., *Epistola Acacio episcopo Melitenae* = MANSI V, 316 C ; SCHWARTZ I, I, 4, 24<sub>1-4</sub>. 28 *versio latina imperfecta textus graeci, quem nobis praebet* CYRILLUS Alex., *Epistola Acacio Melitenae* = MANSI V, 309 C-D ; SCHWARTZ I, I, 3, 20<sub>18-19</sub> ; (latine) SCHWARTZ I, III, 1, 194<sub>30-31</sub>. *Textus graecus sic se habet* : Κυρίω ... Ἀκακίω χαίρειν. Χρήμα μὲν ἀδελφοῖς ἢ πρόσρησις γλυκύ τε καὶ ἀξιάγαστον καὶ τοῦ παντός ἄξιον λόγου.

rationem. Et propter hoc Nestorius rebellat et fecit nuncios et congregat certos aleatores et desperatos viros.

NICENUS. Nos non habemus istam, sed credimus, quod non sit contraria aliis. Nos habemus hic tres epistolas ad Acacium, una tractat de sacrificio, quod apud veteres vocatur apompeian[um], et incipit: 'Tuae epistole'.

ANDREAS. Continuavit dominus Forliviensis.

FORLIVIENSIS. Quarto circa tertium principale fundamentum cum contradictionis arguistis verisimile, quia ex quo ab initio ecclesie prohibitum erat contraria dogmata inferri, ergo aliquid aliud sinodus prohibet, [scilicet] mutatio[nem] dictionum et sillabarum; <sed>  
10 non sunt ita timende iste syllabe; hoc solutum est in eversione fundamenti vestri.

NICENUS. Nos timemus, ubi timendum est.

FORLIVIENSIS. Quid ibi dictum est quod prohibetur additio sillabarum et dictionum eorum, qui animo evertendi fidem hec facerent. Preterea non est inconueniens eandem prohibitionem diversis temporibus innovare, ymmo plus beatus Paulus apostolus ad Galatas I<sup>o</sup> cap.  
15 dicit eandem prohibitionem et repetit dicens: 'Licet nos aut angelus de celo evangelizet [v]obis preterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit'; et ibi sequitur: 'Sicut prediximus et nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit preter id, quod accepistis, anathema sit'.

Sequitur quartum principale, corroboratio quedam de illa voce *Theo[to]kos* et *de duabus*  
20 *naturis et operationibus in Christo*, ad quam veritatem ostendendam dixistis convenisse patres concilii sexti, et licet in simbolo continerentur non tamen ita clare, et tamen noluerunt in simbolo ponere, et propterea infertis, quod sequitur: *nihil debere addi in simbolo* nec que aperte et clare in ipso simbolo, sunt nec que non ita clare sunt; et confirmatis sic, quia illa omnia concilia, que post tertium sunt secuta, servarunt, quartum videlicet, quintum et sex-  
25 tum et septimum.

Hic respondemus, quod utique hoc infert, quod non debet ex facili causa et sine magna necessitate aliquid novi exprimi in simbolo communi fidei, sed quod non possit ab universali  
38v ecclesia pro necessariis causis et a principe ipsius ecclesie habente in se potestatem | totius ecclesie, ut supra dictum est, non sequitur, et quia vultis inferre, quod in simbolo communi  
30 fidei, sed alibi debuissimus ponere illam particulam, et licitum fuisset et propterea quandam licentiam videmini concedere dicendo, quod omnes isti patres bene attribuerunt locum declarationibus et expositionibus scilicet ut scribantur in codicibus privatis, non tamen, quod in simbolo apponerentur.

Hic vobis contradicimus, in magna parte fundantes nos in concessis a vobis. Dicitis in  
35 una parte vestre pr[o]positionis quod ipsum symbolum propterea in magna osservatione habendum est, quia in eo omnes fidei professores baptizabantur, et ex hoc infertis, quod nos in privatis codicibus debuissimus ponere, ubi oppositum inferimus et iuste, quia que in privatis codicibus apponuntur, non sic de facili veniunt ad notitiam simplicium, qui baptizantur sicut que sunt in simbolo, ymmo simplices potuissent credere, quod non esset verum, ex quo  
40 non ita publice in communi simbolo cantaretur de processione spiritus sancti ex filio sicut de processu ex patre.

4 Accatium V.	4 apompeiano V.	6 <i>expectaretur</i> Foroliviensis.	7 Quarta V.
9 si mutatio V.	16 nobis V.	19 Theothecos V.	28 <i>expectaretur</i> infertur.
positionis V.			35 pre-

4 ἀπολοπλαίου *sacrificium capri emissarii* (Lev. 16, 15); CONC. EPHESINUM, Pars III, n. 36 = MANSI  
5, 328 A-B. 15 Gal. 1, 8-9.



Sequitur [V.um] principale, ubi dicitis : ' Clamant patrum opera sole clarius et consonant eorum operationes '. Nam cum multe fuerint necessitates, adhibuerunt remedium de declarationibus in privatis declaratis non tamen proposuerunt in simbolo. Dicimus ut supra, quod ex hoc bene infertur, quod non ex facili causa nisi imminent[e] et urgente gravi necessitate non debet nova expressio fieri in simbolo. Sed quod non posset fieri concurrentibus casibus 5 opportunis requisitis istud negatur simpliciter et sepe negatum est.

Illam vero excusationem, quam facitis, auctoritatem magistri Gregorii non facere ad nostrum propositum, bene ostendemus contrarium et non turbemini, quia cum bona caritate dicam.

Sextum principale vestrum est quoddam obiectum contra argumentum domini mei do- 10 mini Collocensis, ubi sic obicitis, cum argueret ex dissimilitudine vocis et ydiomatis in probatione simboli apud Grecos et Latinos ; respondetis et postea obicitis vel saltem nitimini, dicitis sic : ' in ipsa vestra difficultate dicimus non solum varias voces et dictiones, ymmo res differentes sensu ; nam cuiusque verbi e<s>t sensus quid[a]m. Nam dicere, quod spiritus sanctus procedat a patre, et quod procedat a patre et filio, sunt due diverse pr[o]positiones ; 15 unde videmini arguere logicaliter et subtiliter et inferre, quod iste sunt due pr[o]positiones alterius sensus scilicet quod spiritus sanctus procedat a patre, et quod procedat a patre et filio, quia videmini velle, quod sit pr[o]positio seorsim de per se spiritus sanctus procedit a patre. Sed dicere, quod spiritus sanctus procedat a patre et filio, sunt due, que una copula copulantur et sic una pr[o]positio licet alio termino | utamini copulantur, sic fit ratio una 20 39r tantum '.

Volo uti propriis terminis logicalibus, non curans de rethorica, quod sit una pr[o]positio, et tunc vultis inferre, quod sint diverse pr[o]positiones, quia habent diversa contradictoria, quia huic : spiritus sanctus procedat a patre, contradicit pr[o]positio cathogorica scilicet spiritus sanctus non procedit a patre. Et, licet in textu [vestro non] ponatis hanc particulam, 25 oportet eam subintelligere ad hoc, ut ratio vestra sit apud logicos clara ; et postea vultis, quod illi pr[o]positioni copulative scilicet spiritus sanctus procedit a patre et filio, due contradictiones iste contradictorie, quarum una est falsa secundum nos ambos, procedere a patre et filio habet unam negativam scilicet contradicentem scilicet Spiritum non procedere a patre nec a filio, que negativa habet duas partes, quarum una est falsa secundum nos ambos videlicet quod spiritus sanctus non procedat a patre. Altera est vera secundum vos, videlicet quod spiritus non procedat a Filio. 30

Ego non intendo vobis facere convicium, sed cum scriptum sit ecclesiastico primo amobus existentibus amicis sanctam amare veritatem, et scriptum est in ore philosophorum : Amicus Plato, magis amica veritas ; dico igitur ad rationem vestram: primo quia utimini logica dico 35 cum reverentia quod non utimini vera logica, falsum assumitis et contra regulas logicales dicitis hanc affirma[tivam] : spiritum procedere a patre et filio habet unam negativam scilicet spiritum non procedere a patre nec a filio. Cum reverentia vestra : non est ita ; contra-

1 Vnum || opere V.      4 ymminent V.      14 quidem V.      13 nostra difficultate GUSTINIANI, sed in V vestra difficultate, ad quod etiam textui graeco correspondet.      15 sanctus procedit || prepositiones V.      16 prepositiones V.      18, 20, 22 prepositiones V.      23 prepositiones V.      24 prepositio V.      25 textu nostro modo ponantis V.      27 prepositioni || contradictiones V.      33 convitium V.      37 affirmare V.

7 GREGORIUS Naz., *Epistola ad Cledonium* = MIGNE PG 37, 193 C.  
34 cf. ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, lib. I, c. 6, n. 1 = DIDOT II, 4.

13 cf. GILL 149<sub>27</sub>-150<sub>4</sub>.

dictorium unius copulative affirmative non est vera copulativa facta ex partibus contradicentibus, ymmo est una disiunctiva facta ex partibus contradicentibus, et verbi gratia nisi ita esset, tunc duo contradictoria ad invicem contradicentia essent simul falsa, quod non est verum; in nulla scientia hoc potest cadere.

5 Probo assum[ptum] et assumo: hic homo est lapis et homo est animal; si sua contradictoria esset una copulativa facta ex partibus contradicentibus partibus affirmative scilicet homo non est lapis nec est animal, constat, quod utraque non falsa scilicet homo est lapis, et similiter alia copulativa homo non est lapis nec est animal, est falsa, quia habet alteram falsam partem scilicet homo non est animal.

10 Sed clarius volo accipere exemplum in divinis. Accipio hanc copulativam, que falsa est scilicet filius procedit a patre et procedit a spiritu sancto. Si hec negativa est sibi contradicens, filius non procedit a patre nec a spiritu sancto, et hec falsa est, quia alteram partem habet falsam scilicet illam quod filius non procedit a patre. Et tunc contra vos infertur ex dictis vestris, quod habetis negare duo contradictoria ad invicem contradicentia ut duo falsa pro-

15 bantur. Nam vos negatis istam: spiritus sanctus procedit a patre et filio, et similiter habetis negare istam: spiritus sanctus non procedit a patre et a filio, ergo si ratio vestra est bona, videatur, quid sequitur.

39v

ANDREAS. Hoc verbo dicto arrisit, demum secutus | est sermonem suum.

FORLIVIENSIS. Auditis, rev. domini et patres, ego non intrassem materiam logicalem, nisi

20 vos intravissetis, sed oportuit intrare, sed nunc volo rationem vestre theologie solvere et volo salvare honorem rev. patris domini Collocensis in veritate, quia in illa parte optime dicebat. Quando vos patres rev. dicitis, quod ista est alia pr[o]positio et habet alium sensum scilicet: spiritus sanctus procedit a patre et filio, ab ista: spiritus procedit a patre, quia alio modo verificatur una quam alia et aliud contradictorium habet una quam alia, hoc concedimus et ve-

25 rissimum est et non est contra, sicut statim declarabo. Sed si sic intelligitis alia, quod sit alia et omnino impertinens et quod non possit apud bene intelligentes et de propinquo deduci una ex altera, hoc utique negamus nec valet argumentum vestrum ex eo, quod alia pr[o]positio sit contradicens uni et alia sit contradicens alteri verbi gratia a simili primo in simbolo apostolorum circa articulum de filio dicebatur: 'Et in Yhesum Christum filium eius unicum

30 dominum nostrum'. Sed ad obviandum heresi Arianorum patres Niceni dixerunt 'et genitum non factum consubstantialem patri', tamen he due positiones alio modo verificantur et alia habent contradictoria. Nam Arius negasset contradictorium prime videlicet: 'Et in Yhesum Christum unicum dominum nostrum' et concessit contradictorium 2<sup>e</sup>, quia negabat consubstantialem patri, sic in articulo de spiritu sancto in simbolo apostolorum non plus ponitur

35 nisi *credo in spiritum sanctum*. Sed postea per patres additum 'dominum et vivificantem et ex patre procedentem' et tamen constat, quod aliter verificatur una et aliter alia; et alia est pr[o]positio contradicens uni et alia alii, quibus non obstantibus, quia viderunt patres una facti deductione et aliam sequi expresserunt istas scilicet *genitum non factum consubstantialem* etc. et posuerunt in simbolo et ita concord[i]t[e]r sentiendum est de ista *ex filio* pro-

40 cedente, ubi maxime salvat dictum domini archiepiscopi Collocensis, cum inducebat de principiis et conclusionibus, et non dubito vos scire, quod conclusiones et veritates sequentes ex principiis sunt in duplici differentia, quedam veritates sunt valde remote a principiis nisi per multa media, sed quedam sunt veritates, que sunt ipsis principiis valde propinque, adeo, quod videantur per se notorie et facile deduci ex per se notis, ut videantur inferri sillogismo imper-

1 vera] forte *expectaretur* una V.

prepositio V.

39 concordatur V.

27 prepositio V.

41 veritatis V.

5 assumente et assumo V.

31 *expectaretur* propositiones.

42 remota V.

6 essent V.

37 prepositio V.

22

ceptibili sic arguendo : Omne quod continet tantum quantum pars est, amplius est magis sua parte ; omne totum est huiusmodi ; ergo. Item vide nature exemplum dicit Aristoteles in principio. Quod tentare demonstrare naturam esse ridiculum est, ubi dicunt expositores et doctores quod Aristoteles notanter non dicit naturam esse demonstrare ridiculum, sed dicit tentare demonstrare ridiculum est. Et ratio, quod illa deductio monstrare naturam esse ita 5 de facili fit quodammodo sillogismo imperceptibili, ut conari ad illud ut ad imperceptibile, cum notum sit, ridiculum est.

Nunc bene dicebat dominus Collocensis, quod ista veritas, quod | spiritus procedit a 40r patre et quod procedit a filio, non sunt de numero illarum veritatum, que sunt remotissime a suis principiis et que non possunt inferri n[isi] per multa media, sed ex his, que sunt pro- 10 pinquissime suis principiis et facillima deductione ex principiis deducuntur.

Et ideo patres in Nicea, quia viderunt hanc veritatem videlicet filium consubstantialem non factum sed ab eterno facile deduci posse ex articulo de filio posito in simbolo apostolorum, ideo sine aliquo timore offendendi symbolum apostolorum iocundissime et cum omni fiducia cantaverunt *consubstantialem* etc. 15

Et ita fecerunt hoc articulo de spiritu sancto, quia viderunt faciliter deductum deduci posse spiritum sanctum procedere a patre, non timuerunt symbolum apostolorum, cum dixissent tantum : *credo in spiritum sanctum*, audacter addiderunt *dominum vivificantem et ex patre procedentem*.

Et similiter Latini dicuntur inclinati videntes facillima deductione spiritum a filio deduci 20 posse ex eo, quod dixerant apostoli et patres Niceni.

Et cum licentia domini nostri ego alia die complebo responsum.

ANDREAS. His expositis quisque intuebatur alterum, ex his, que facundissime gravi sermone a viro antiquo verbis convenientissimis letisve audierant.

NICENUS. Ea que vestra paternitas dixit, nos cum caritate audivimus, prout protulistis 25 et ad nullum perturbati fuimus, gratias agimus vestre paternitati et pro his, que dixistis et per quem modum, quoniam omnia fuere auditu nobis gratissima ; sed et gratiora, prout arbitramur, recipietis responsa in diem alterum.

ANDREAS. His expositis sero iam quisque surrexit, pontificibus assurgentibus.

#### UNDECIMA NOVEMBRIS ACTUS NONUS FUIT.

30

Celebratis sacris die novembris XI<sup>a</sup>, <actu> nono in conventu, cum quilibet arrectis staret auribus, Forliviensis, qui pristina in conventionem sermonem fecerat, continuavit his verbis.

FORLIVIENSIS. Dei gratia et cum benedictione domini nostri ero hodie brevissimus et clarissimus. Die sabbati, rever. patres, terminavimus sermones in illa parte vestri sermonis, ubi opponeratis dicendo, quod in hac propositione *Spiritus Sanctus procedit a Patre* et in 35 ista *procedit spiritus a patre et filio*, non solum sunt varie voces et dictiones, ymmo res differentes sensu etc., ubi quid dixerimus, audistis et plures scripserunt ; procedamus ad ulteriora.

Sequuntur in vestra propositione hec sex, que vos dicitis de principiis. Dicitis sic : Nam principium et que post principium sunt, in plurimis discreta sunt et forte in omnibus, et adducitis probationem ponendo tres differentias inter principium et que sequuntur. Nam prin- 40 cipium universale est, que post, particularia.

3 post principio *spatium vacuum trium vocabulorum V.*  
tur V. 40 secuntur V.

10 non per multa V.

38 Secun- .

38 cf. GILL 150<sub>19-22</sub>; 153<sub>26-28</sub>.

- Item principium est, quod demonstrat, que post, que demonstrantur. Tertio principium est pr[o]positio; que sequuntur, sunt conclusiones. Unde arguitis sic.
- 40v | Quonam pacto fieret, ut particularia fierent universalia, demonstrativa demonstrabilia et conclusiones pr[o]positiones?
- 5 Secundum principale, quod dicitis, sequitur hoc modo. Quod autem principia habeant consecutionem ex eis, est necessarium, sed quod addantur principiis, non est necessarium. Tertium his verbis deducitis. Si aliqua prohibitio esset, ne hoc esset, ut in presenti nostra difficultate, tunc longe difficilius hoc posset fieri, cum multa, que vera, non sunt adiecta principiis.
- 10 Quarto illatum dictum sic facitis sic dicendo: [Nam] dogmata fidei capimus ex dogmatibus scripturarum, que dogmata sunt principia. Quinto infertis, quod cum nihil sit adiectum principiis sacre scripture, nec nos addemus durante prohibitione. Ultimo corrolarium infertis sic. Unde necessario sequitur, quod dato quod symbolum
- 15 fidei servet et habeat locum principii in ecclesia dei, que post ipsum sequuntur, in ipso simbolo nullatenus addantur.
- Explicavi, rev. patres, expositionem vestram fideliter, licet ipsam per numerum partium ordinate distinxerim, ut possim ordinate respondere. Ubi dicimus primum, quod sicut prediximus die sabbati ad dicta respondendo, que vera sunt acceptabimus, que non videbuntur
- 20 vera, negabimus aperte et cum ratione, que vero ambigua et obscura, aperire et declarare studebimus.
- Cum primo dicitis loquendo de principiis doctrine quod principium et, que post, sunt in plurimis discreta et forte in omnibus concedimus sine dubio, quod in plurimis distinguuntur, sed illud et forte in omnibus simpliciter negamus. Domine Nicene, attendatis bene. Nam illud
- 25 adverbium *forte* secundum grammaticos est adverbium dubitandi, et quod non debeatis dubitare, sed esse certi scilicet, quod principium et que sequuntur, non sunt discreta in omnibus nec in omnibus disconveniunt. Adverte; nam conveniunt saltem in tribus, scilicet in veritate, in genere doctrine et in habitudine ordinis illationis. Nam que sequuntur ex principiis, vera sunt et demonstrantur vera ex veritate principiorum. Unde illud *Primo posteriorum*: 'necesse
- 30 est demonstrativam sententiam ex veris esse principiis per declarationem; verum igitur oportet esse, quod scitur, quoniam non est scire, quod non est, ut diametrum esse simetrum, quia non est simile. Unde de necessitate principium doctrine et que sequuntur, conveniunt in veritate'; nam ex vero realiter non sequitur non verum. Et ideo optime David propheta ut ostendit in omnibus verbis dei veritatem, dicit ad litteram: 'Principium verborum tuorum
- 35 veritas'.
- Secundo conveniunt in genere doctrine. Nam ex principio geometrico sequuntur conclusiones geometriales, ex phisico phisicales etc.
- Tertio conveniunt in habitudine ordinate illationis, licet enim venire in notitiam eorum, que sequuntur ex notitia principii, et hic processus ad processus ex principio est a priori et
- 40 aliquando e contra et hic est processus a posteriori. Et propterea scriptum est *Ethicorum*

2 prepositio V || secuntur V.  
cuntur V. 23 distinguuntur V.

4 prepositiones V.  
28 secuntur V.

10 Nam] Non V.  
32 secuntur V.

15 se-  
39 secun-  
tur V.

29 ARISTOTELES, *Analytica posteriora* I, c. 1, n. 2 = DIDOT I, 39.  
40 ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea* I, 3 = DIDOT II, 2 (*allusio*).

34 Ps. 118, 1

*primo* : ' Non lateat autem vos, quoniam differunt a principiis rationes' | et quo ad prin- 41r  
cipia bene et Plato dubitavit et quesivit, utrum a principiis vel ad principia esset via quemad-  
modum in stadiis ad terminum vel e contra ; illis vero tribus differentiis positis inter princi-  
pia et que post principia sunt, pro nunc non curamus contradicere, licet possemus aliquas po-  
nere difficultates. 5

Sed ex secundo dicto principali, ubi dicitis, quod autem principia habeant, que sequun-  
tur ex eis, hoc est necessarium, sed quod addamus non est necessarium, ex hoc infertur sic :  
omnis conditio necessaria prior est quam non necessaria, sed per vos quod principia habeant  
que sequuntur, est necessarium et sic est necessarium conclusionem veritatis contineri et ha-  
beri in principiis. Quod vero addantur, non est necessarium ; ergo illa, que sequuntur prin- 10  
cipia, prius sunt vera quam addita vel addenda ; ordine quipp[e] nature prius est pr[o]positio  
vera quam licita vel illicita. Unde evangelium prius erat in se verum quam predicandum  
vel legendum. Et sic hec propositio *spiritus sanctus procedit a patre et filio* prius est vera quam  
addita. Quod enim convenit alicui necessario et per se et absque habitudine ad aliquid extrin-  
secum, prius sibi convenit quam id, quod convenit ei pro habitudine aut aliquid extrinsecus. 15  
Vos contrarium dicitis. Dicitis sic : Necessesse est denique, ut incipiamus ab ipso quod natura  
videtur. Principium tale est, quod vos pr[o]posuistis ; dixistis a principio collationis in hoc  
conventu facte querentes, quare fecimus additionem illam *filioque* et an licuerit facere, et  
tamen ordine nature prius videndum erat, an sit verum quam si licitum vel prohibitum. Nam  
secundum omnes veros theologos, que deo sunt ab intra, priora sunt illis, que insunt deo ha- 20  
bitudin[e] ab extra. Verbi gratia prius est spiritum sanctum esse cum filio et a filio et de  
esse a filio quam sit licitum vel prohibitum addere.

Pretereo tertium propter brevitatem et venio ad quartum, ubi dicitis sic : Nam dogmata  
fidei sumuntur ex fonte scripturarum, que sunt principia fidei ; ex hoc dicto inferimus, quod  
declaratio, expressio et explicatio, que fit circa articulum fidei vel simboli tantum per scrip- 25  
turas evangelii, epistolas Pauli et veteris et novi testamenti, nullo modo est extrinseca repu-  
tanda aut alterius generis doctrine, cum sit doctrine fidei et ecclesie, quia tunc tantum dicitur  
probatio extrinseca, quando fit non per principia illius doctrine, sed per principia alterius ge-  
neris scientie ut si conclusionem phisicam probarem per principium geometricum. Sed secun-  
dum vos scripture veteris et novi testamenti sunt principia fidei, ergo probatio et declaratio, 30  
que fit per huiusmodi scripturas, fit notorie per principia propria fidei et intrinseca doctrine  
nostre.

Quare nullo modo debet censi extrinseca, cuius contrarium cum reverentia dixistis.

Respondendo cuidam articulo domini Collocensis dicebatis sic quod ratio, que sumitur ad  
probandum illud *spiritus procedit a filio* sumitur ab extra, quia accipitur maior extra. Cum 35  
dicitur : Omnia que sunt patris, sunt filii, dicitis quod accipimus | quandam auctorita- 41v  
tem, unde sumimus hanc maiorem et hoc ab extra.

Unde hic aperte respondemus et dicimus : Quod si per li *extra* intelligitur, quod suma-  
tur extra minorem pr[o]positionem *extra*, hoc nihil dictum est, quia in quacumque deductio-  
ne quantuncunque intrinseca et propria, si complete formetur sillogismus, semper maior ante- 40  
cedit minorem, et est extra ipsam, aut sine situ, si sit in scripturis, aut sine probatione suc-  
cessionis, si est in voce, aut sine alia et aliam habitudinem predicati ad subiectum, si sit in  
mente.

6 secuntur V.      9 secuntur V.      10 secuntur V.      11 quippo V. || preposi-  
tio V.      14 ad ad V.      17 preposuistis V.      21 habitudinis V.      39 prepositio-  
nem V.      41 situm V.

Cum igitur sic sumendo talem maiorem, omnia que sunt patris, sunt filii et probando ipsam per dictum evangelii aut epistolarum Pauli aut alicuius partis sacre scripture, talis probatio aut declaratio nullo modo debet dici extra doctrinam fidei nec extra doctrinam divinitus revelatam nec debet dici extrinseca, ymmo, cum fit ex propriis principiis doctrine fidei, cum  
5 vos conceditis esse principia ipsas scripturas, bene sequitur, quod nullo pacto hec probatio declaratio vel explicatio debet dici extrinseca.

Unde sicut pridie dicebamus cum in articulo de patre non continebatur expresse, quod esset *factor visibilium et invisibilium* et in articulo de filio non continetur ex forma verborum illud *genitum non factum, consubstantialem* etc. ; sed tantum dicebatur in simbolo apostolorum sic *et in Ihesum Christum unicum dominum nostrum* ad obviandum errori Manicheorum in articulo de patre et errori Arianorum in articulo de filio expresserunt ex simbolo apostolorum et apposuerunt dicentes, que addita sunt in simbolo, quia viderunt hec omnia posse evidenter ex principiis fidei scilicet sacris scripturis ac ex evangelio Iohannis : ' in principio erat verbum '. Et ille : ' et ego et pater unum sumus ' de patre et de filio ab apostolis apostolorum  
10 huiusmodi extensionem declarationem facere et in simbolo ponere non putaverunt extra nec dici extrinsecam ; similiter postea alii patres alterius sinodi, ut obviarent heresi Macedonianorum et omnium illorum, qui dicebant spiritum esse creaturam, in articulo de spiritu sancto apostolorum hanc explicationem et extensionem et declarationem fecerunt et simbolo apposuerunt in spiritum sanctum ' vivificantem et ex patre procedentem ', quia hoc viderunt ex  
15 evangelio Iohannis et epistola Iohannis posse deducere. Unde non crediderunt huiusmodi explicationem esse extra nec dici extrinsecam.

Ad propositum, domine Nicene, et dicam curialiter. Dicimus nos Latini, quod si hanc declarationem explicationem eiusdem articuli de spiritu sancto, scilicet quod non solum ex patre sed <et> ex filio procedat, possumus deducere et ex evangelio et epistolis Pauli bene  
25 intellectis declaratis vel alia scripture parte non debet dici huiusmodi extensio seu explicatio extrinseca, ymmo nec proprie additio dici debet illo dato, scilicet quod ex propriis principiis fidei scilicet ex sacris scripturis evidenter deducatur ; hoc autem dei gratia speramus clare deducere, cum placuerit deo et sanctissimo domino nostro, sed pro nunc, ut vobis morem geramus, illam profunditatem non intramus, quod dato, quod symbolum fidei servet et habeat  
42r 30 locum principii in ecclesia | dei que post ipsum servatur in ipso simbolo nullatenus addantur et rationem ponitis in precedenti dicentes : Nihil fuit adiectum principiis sacre scripture nec no[s] addemus, respondendo ad dicta vestra et rationem reddidit bonam et optimam rev. dominus meus dominus archiepiscopus Collocensis.

Ad 8m vestrum principale, unde sequitur solutio huius precedentis, sic dicebat et non  
35 videtur mihi posse solvi, ita videtur efficax hec fuit ratio in forma domini Collocensis. Cum ecclesia dei una et eadem sit, necesse est, ut unam et eandem semper habeat auctoritatem. Huic rationi vos respondendo ita dicitis : Ad hoc, ut ecclesia habeat huiusmodi auctoritatem, necesse est, ut ipsa ecclesia servet et custodiat immutata omnia, que per precedentes patres ita tradita fuerunt. Quedam dixistis, que nos non dicimus.

40 ANDREAS. Ego Grece et vos Latine,

<FORLIVIENSIS>. Videbuntur suo tempore. Audiatis : Nos dicimus confidenter absque titubatione, quod nemo fidelis dubitare debet de plenitudine auctoritatis ecclesie, quam

40 ante Ego scriptum est AN(DREAS) V, cum spatio vacuo unius fere vocabuli.

expressit salvator in Matthei XVIII<sup>o</sup> cap.<sup>o</sup>: 'Si autem ecclesiam non audiverit, sit tibi ethnicus et publicanus'. Et iterum in evangelio: 'qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit'. Et est etiam articulus fidei expresse tam in simbolo apostolorum quam Niceno, ymmo convenienter post articulum de spiritu sancto statim ponitur articulus de ecclesia dicendo in simbolo apostolorum: 'credo in spiritum sanctum, ecclesiam catholicam' et in secundo similiter, scilicet <in> simbolo patrum post articulum de spiritu sancto immediate sequitur: 'et unam sanctam ecclesiam catholicam'. 5

Et si queratur in hoc articulo: ubi fit mentio de ipsius ecclesie auctoritate?, dicitur, quod ibi, dum pro [fert] donum, *ipsam sanctam et catholicam et apostolicam*. Dicimus ad propositum, quod ecclesia, que his temporibus concurret, custodivit semper immutatam fidem antiquorum patrum, ut dicat Augustinus: 'tempora sunt mutata, non tamen fides', et immutatum servabit symbolum et immutata sacramenta et immutatum divinum sacrarum scripturarum codicem. Nam patres in Nicea cum expresserunt *visibilem et invisibilem et genitum non factum consubstantialem patri* etc. nullo modo dicendi sunt corrupisse aut immutasse symbolum apostolorum et aliam fidem a fide apostolorum professos fuisse. Et similiter qui expresserunt postea patres in simbolo in articulo de spiritu sancto *dominum et vivificantem ex patre procedentem* nullo pacto dicendi sunt immutasse nec fidem precedentium patrum nec symbolum ipsorum, licet maiorem implicite explicationem fecerunt ex evidenti et rationabili causa et urgente necessitate scilicet ad obviandum erroribus et heresibus tunc seminatis contra veritatem et maiestatem spiritus sancti. 20

Et ut breviter me expediam, sic ecclesia Latinorum nullo modo dicenda est fidem patrum aut fidei symbolum variasse aut immutasse; hoc ex evidenti et rationabili necessitate adhuc illam ulteriorem expressionem fecit *filioque*; et ideo sicut non valet illud argumentum vestrum, si quis illud fecisset contra patres Nicenos et Constantinopolitanos dicendo, aut ergo ipse conclusiones exponantur in sacra scriptura aut vestra additio de simbolo re | moveatur, ita simile referendo contra [n]os non valet. 25 42v

Ultimo quod die martis dominus Nicenus pro complemento addidit has duas conclusiones principales; obiciebat enim sic: Si ecclesia Romana auctoritate et necessitate mota fuerit, dicimus, quod necessitas nullo modo est impedimentum diffinitionibus sanctorum patrum dummodo hoc non contineatur videlicet excepta necessitate. Hic dicimus, quod nonnullae clausule sunt ita infixae constitutionibus et opportune subintellectis, ut etiamsi non exprimantur semper intelligantur secundum veram [epikeiam]. Hec autem est una de illis scilicet excepta necessitate, que nulla clauditur lege sane intelligendo. 30

Et cum de auctoritate Romane ecclesie superficialiter tangitis, profundiorum de ipsa tractatum volentes facere, cum dicitis verum cum de auctoritate Romane ecclesie multa habemus dicere etc. subinfertis ibidem, quod talem licentiam ut in simbolo fidei addatur, vos excipitis et ab ycumenicis conciliis et ab universali ecclesia nedum a Romana, hic respondemus et dicimus, quod huiusmodi libertas et auctoritas nec a Romana ecclesia auferri potest nec a nobis nec a precedentibus patribus. Nam iure divino hanc habet. 35

Unde morem [v]obis gerendo non profunde nec a principali proposito intrando hanc materiam dicimus, quod hec auctoritas Romane ecclesie evidenter colligitur ex evangelio Iohan- 40

9 dum prosit donum V (probabiliter duo ultima vocabula deturpata).  
chicam V. 40 nobis V.

26 vos V.

32 ype-

1 cf. Mt. 18, 17.

2 Lc. 10, 16.

11 AUGUSTINUS, *Enarratio in psalmum L, c. 17* = MI-

ONE PL 36, 596.

nis, cum salvator noster curam commisit Petro universi gregis christiani dicens : ' Si diligis me, pasce oves meas, agnos meos '. Et hec auctoritas patet manifeste per patres, qui convenerunt in Constantinopolitano concilio et aliis antiquis conciliis et patet per Athanasium et per Aghathonem et illa [m] epistola [m], que fuit ab universa sinodo confirmata, in qua expresse dicit, 5 quod fides Romane ecclesie debet ab omnibus ycumenicis conciliis et ab universali ecclesia osservari, patet etiam per sanctum Ieronimum optimum discipulum vestri theologi Gregorii. Nam in professione fidei, quam facit ad Damasum papam, dicit : ' Hec est fides ipsa beatissima, quam in catholica ecclesia didicimus, quam semper tenuimus, in qua si minus parum caute forte quid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri et fidem et sedem tenes ; si autem 10 hec nostra confessio apostolatus tui iudicio fuerit approbata, quicumque me culpare voluerit, se imperitum, mal[e]volum vel non catholicum, sed hereticum comprobabit '.

Nec mirandum, patres doctissimi, quod iudicium de fide ad principem fidelium primum in statu mortalium deferendum decernatur. Nam cum una et eadem esse debeat totius ecclesie fides, sicut vult apostolus, primo ad Corinthios primo dicens : ' Obsecro vos ', patres, ' per 15 nomen domini nostri Yhesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis scismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et eadem scientia '. Et propterea oportet, ut ab uno et eodem ecclesie principe determinetur, quod ab omnibus certum et diffinitum de fide teneatur.

43r Nunc igitur, quia nonnulli moleste ferunt, quod apud vos Grecos patres doctores nostros Latinos allegem, | dico quod iuste facio et rationabiliter, quia non loquor solum vobis Gre- 20 cis, sed apud Latinos, ut patet, quia non moleste fero, ut vestros allegetis, tantum et principaliter, quia doctissimi fuerunt et illuminatissimi in divinis scripturis, allegantur in sinodis ycumenicis. Unde que ipsi adstruunt, non ita ieivne [e]t exiliter ponunt dicta, ut non faciant credibilia, ymmo credenda ; nam probant ea ipsi auctoritatibus sacre scripture optime ac commodis rationibus. Hec sunt dicta cum patientia audientis et dicentis venia et pietate, dicatis 25 quicquid vultis.

ANDREAS. Tam lete iocundeque verbisque convenientibus dicta fuerant, ut quisque patrem prefatum summe collaudaret. Deinde paululum facto silentio cardinalis hec inquit.

30 CARDINALIS. Quia ex utraque parte fuerunt dicta multa subtiliter et eleganter, que forte magis intelliguntur a theologis et ab his, qui sunt periti in sacra script[ura], quam a laicis, et qui non sunt ita periti, ego haberem quedam valde rudia dicere in hac materia, que intelligerentur non solum a peritis, sed et a laicis, et ni fallor, puto, quod solvent totam questionem hanc. Verumtamen, quia hodie est conventum, ut fiant colluctationes verbales, sit electioni Grecorum patrum, si volunt audire vel facere disputationes in verbis.

NICENUS. Dicat dominatio vestra, quicquid placet.

35 CARDINALIS. Tangam radicem istius dubitation[is]. Questio est de verbis prohibitionis concilii Ephesini videlicet de illis verbis *nulli liceat aliam fidem docere, exponere aut sapere*. Nos dicimus, quod hec verba intelliguntur, quod nulli liceat proferre fidem contrariam fidei Nicene. Ipsi dicunt, quod non solum intelligitur non tam de alia fide, sed de expositione quantumcumque vera et quod per illam prohibitionem comprehenditur omnis additio et declaratio 40 in simbolo.

3 Aghatonem V.  
22 ut exiliter V.

4 illa epistola V.  
29 scriptionis V.

7 Damasium V.  
35 dubitationes V.

11 malivolum V.

1 Io. 21, 16, 18.  
GILL 176<sup>24</sup>-186<sup>22</sup>.

5 concilium XI, actio IV = MANSI XI, 239 D, E.  
NYMUS, *Professio fidei ad Damasum papam* = MIGNE PL 48, 491 C.

7 Ps.-HIERONYMUS, 14 1 Cor. 1, 10. 28 cf.



Isti, qui, student in legibus, dicunt, quod non potest de lege terminari nisi tota lege prospecta. Unde necessarium est, ut videamus quedam alia, que precedunt hanc legem. Antequam patres venissent ad illam prohibitionem, quidam Car[is]ius retulit, quod Anastasius et Focius discipuli Nestorii miserunt quendam Iacobum ad predicandum symbolum fidei Nestorii. Et iste Iacobus alios seduxit et dedit illis aliud symbolum fidei, ymmo sicut dicit Carisius, dedit 'symbolum perfidie'. Et inter alia dixit Carisius, quod ille Iacobus et alii accusabant eum, quod non teneret veram fidem. Unde iste Carisius dixit in sinodo: legam meam fidem et postea Nestorianam. Primo recitavit symbolum fidei suum fidele, sed tamen non est symbolum nec Nicenum nec Constantinopolitanum.

NICENUS. Ymmo illud idem.

10

CARDINALIS. Hec verba in simbolo Carisii sunt, 'et spiritum veritatis' etc. Hec non sunt in simbolo Nice[n]o.

EPHESINUS. Tunc non fuit lectum nisi symbolum illud Nestorii.

CARDINALIS. Carisius legit profesionem fidei sue et postea Nestoriane, hec questio est in facto, postea poterit videri.

15

EPHESINUS. Carisius legit suam fidem, sed non per viam simboli.

CARDINALIS. In forma simboli lectum est.

43v

EPHESINUS. Carisius non recitavit profesionem fidei sue.

CARDINALIS. Legite librum.

ANDREAS. Lectum extitit ibi per prefatum rev. dominum his verbis: 'Me vero ut hereticum amoverunt, qui pietatis dogmata retineo, sicut iam apparebit. Credo in unum deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium factorem etc. eiusdem cum patre substantie etc. natum ex Maria etc. Et in spiritum veritatis, consubstantialiorem patri et filio etc.'. Quibus lectis cardinalis sic inquit.

CARDINALIS. Notetis, quod amovet certa Niceno concilio, quia non est verbum illud *erat et quando non erat* et ponit de *consubstantialitate patri et filio*, quod non est nec in Constantinopolitano nec in Niceno. Deinde legit symbolum Nestorianum symbolum dicens perfidie; postea sinodus dixit, quod *nulli liceat tenere aliam fidem quam illam, que est in Nicea*; et postea reprobat illos, qui credunt in expositione simboli transformati Arianorum nec reprobat fidem Carisii. Unde si intentio sinodi prefuisset inhibere profesionem fidei et non voluisset si fuisset dictum aliud symbolum nisi in forma simboli Niceni, certe reprobasset profesionem fidei Carisii. Sed quia Carisius profitebatur veritatem, non improbavit quid de dictis suis, ymmo reprobando symbolum Nestorianum, sequitur, quod illa verba *aliam fidem* significant aliam fidem a Nicea falsam, et hoc videtur validum argumentum ad probationem istorum verborum.

Secundo in simbolo prohibetur non tantum, ut quis non proferat, sed nec sapiat quam quod continetur in simbolo Niceno.

Si quererem a vobis, si sapitis, si deus est eternus, sum certus, quod diceretis, quod sic. Sed secundum hec quis posset dicere vos anathematizatos, quia hoc verbum non est in simbolo Niceno. Et vos aliud sapitis, quod in simbolo Niceno et sic de infinitis veritatibus, que scitis, quod non sunt in simbolo Niceno.

40

3 Caracius V.      4 Refocius V.      5 Charisius V.      10 Nice V.      13 Ephe V.  
14 Cardi V.      18 Ephe V.      25 Cardi V.

3 cf. concilium Ephesinum, actio VI = MANSI IV, 1345 C sqq.; SCHWARTZ I, I, 7, 96<sup>32</sup>-97<sup>15</sup>.  
7 concilium Ephesinum, actio VI = MANSI IV, 1348 A sqq.; SCHWARTZ I, I, 7, 97<sup>9, 13</sup>.      20 ibidem, 1348 A-C; SCHWARTZ I, I, 7, 97<sup>12-13</sup>. || non puto hunc lectorem fuisse Nicolaum Sagundinum interpretem, cum hic non fuerit clericus.      29 concilium Ephesinum, actio VI = MANSI IV, 1364 A-B; SCHWARTZ I, I, 7, 105<sup>20</sup>-106<sup>8</sup>.

Ad id quod dicitis, quod privatis personis licet aliud credere quam sit in simbolo, si verum est, sed publice non licet aliud symbolum profiteri. Ego dico, quod hoc est expresse contra verba diffinitionis, quia dicit: *nulli liceat* etc. et subdit: *si est episcopus privetur episcopatu, si clericus etc., si laicus, excommunicetur*. Ex isto sequitur, quod quicumque dicant sive publice  
5 sive privatim, incidunt in penam. Et ex hoc, quod nominavit laycos, apparet intentio, quod quicumque laicus hoc teneret, esset excommunicatus, cum layci non solent cantare symbolum in ecclesia, sed clerici.

Unde intentio fuit prohibere omnes et in ecclesia et extra. Unde ex hoc apparet, quod cum privatim prohibeantur aliam fidem tenere, omnes essent excommunicati, si vellent intelligere  
10 aliam fidem etc.

Item ut magis hoc aperiam: professio fidei, quam f[ec]it Agat[h]o, missa VI<sup>o</sup> concilio non fuit solum prima Agat[h]onis, sed fuit totius Occidentalis ecclesie, quia illa epistola dicit 'cum omnibus sinodis Occidentalibus' sibi subiectis, et in illa epistola sua CLX<sup>a</sup> episcopi subscripserunt.

44r 15 Item pridie dominus Nicenus cum responderet | domino Collocensi, dixit, quod verbum necessitatis non exprimitur. Et idem respondeo vobis, quod hoc vel in communi vel in privato non continetur in prohibitione, ergo generaliter intelligendum est sive in publico sive in privato.

Item volo dicere aliud. In concilio Ephesino nunquam est facta mentio simboli Constantinopolitani; aut fuerunt obliti et voluerunt non cantari nisi Nicenum et tunc sequentes patres non potuissent cantare Constantinopolitanum, et tunc male faceremus dicere symbolum Constantinopolitanum, aut fuerunt recordati et tunc dicere esset contrarium et non liceret, aut putaverunt idem, et tunc est videndum, quod differt in multis verbis a simbolo Niceno, et quia continet eandem fidem, reputatur unum et idem.

25 Et isti patres pridie dixerunt, quod virtualiter continetur in simbolo Niceno et lecto uno videtur aliud lectum; ergo ubicunque unum symbolum non discordat in veritate fidei, est reputandum unum et idem. Ergo non prohibetur per istam legem, quia lex prohibet aliam fidem; unde oportet necessario intelligere de fide contraria a veritate.

Unum aliud dico ad expressionem huius rei, et que diffiniuntur in conciliis videntur diffinita per spiritum sanctum. Et ille spiritus, qui in uno est, est in alio, sed in VI<sup>a</sup> sinodo ubi fuit repetita hec lex prohibitiva, dicunt sic: *Nulli liceat proferre aliam fidem nec aliud sapere in eversionem eorum, que diffinita sunt*; unde spiritus sanctus qui inerat patribus sexte sinodi, exponit hec verba *aliam fidem*, id est evertendo, non liceat, non autem ad declarationem vel maiorem expressionem veritatis.

35 Item cum dubitatur de verbis alicuius legis, est recurrendum ad intentionem legislatoris et hec intentio comprehenditur ex prefatione legis seu ex processu. Sed in proemio istius actionis Ephesini dixerunt, quod convenerunt patres et voluerunt, quod legeretur symbolum Nicenum et quod conferrentur sermones et symbolum, et quod sermones, qui sunt consonantes, confirmarentur, discrepantes reiciantur. Unde intentio legislatoris fuit tollere additionem, que  
40 tolleret fidem vel veritatem, nec fit intentio sanctissimorum patrum, ut solum inspiceremus verba, sed verum intellectum sacre scripture.

11 Aghato V.      12 *exspectaretur forte privata* || Aghatonis V.      32 spiritus . s. (= scilicet)  
V.      36 prohemio V.

1 cf. GILL 179<sub>17-35</sub>.  
MANSI XI, 297 E.  
181<sub>19-35</sub>.

11 cf. GILL 180<sub>2-9</sub>.  
19 cf. GILL 180<sub>17-181</sub><sub>4</sub>.

12 *epistola Agathonis in actis concilii VI* =  
29 cf. GILL 181<sub>5-18</sub>.      35 cf. GILL

Hoc patet ex epistola Cirilli, qui recitato simbolo Nyceno subdit: 'Nos sequentes definitiones sanctorum patrum se [c]ta [m]jur intentionem ipsorum et exponimus rectam fidem'.

Item apparet ex septima sinodo, ubi dicitur: 'Cum omni diligentia intentionem veritatis se [c]tantes' et illi patres dicunt 'nos se [c]tantes intentionem veritatis nil tollimus' ex his, que per patres Nicee et aliorum conciliorum patres dicta fuere, et tamen fecerunt alias diffinitiones quam alii fecerint; fecerunt diffinitiones de ymaginibus. Unde apparet intentio patrum, quod veritas manifestetur et non taceatur.

In ultimo servavi unum, qui videtur casus qui nunc currit et antequam ad illud veniam, dicam unum, quod pertinet ad dilucidandum rem hanc. Concilium Calcedonense dicit, quod erant aliqui qui obloquebantur de Leone papa | et dicebant, quod fecerat 'peregrinam expositionem fidei', et quod fecerat ultra quam liceret iuxta patres Nicenos. Unde dicit: 'Ne quis aliquis accuset Leonem papam quasi peregrinam expositionem attulerit, quod non liceat cuiquam exponere fidem preter patres qui in Nicea convenerunt'. Concilium statim dicit adversus eos, 'qui veritati resistunt'. Sinodus excusat Leonem et dicit, quod Leo non fecit contra prohibitionem legis exponendo fidem et declarando eam, quia 'quando insurgunt errores, varia remedia debent adhiberi. Et licet sufficeret fides exposita per sanctos patres, quia sunt, qui moluntur pervertere sanctorum rectum sensum, oportet occurrere et declarare et exponere fidem; nam si omnes erant contenti fidei constitute et nulli vellent inducere innovationem aliam, non esset necesse aliud cogitare, quam quod est declaratum in fide. Sed quia multi ex recta linea per affra [c]tus exorbitantur, euntes per viam mendacii et falsitatis necesse est [n]obis aperire viam veritatis' et multa dicit, quod declarare est necessarium.

Nunc venio quod ultimo volebam dicere. Vos carissimi patres scitis, quod Flavianus condemnauerat Eutyc[h]em in concilio Constantinopolitano, postea fuit celebrata sinodus secunda Ephesina, que fuit improbata et ibi Dioscorus tyrannice regebat, in qua sinodo Eutyc[h]es volebat excusare se, quod non errabat et recitabat fidem suam videlicet symbolum Nicenum de verbo ad verbum. Et postea dixit, quod 'hec fides patrum, quod in ista volo vivere et mori', et quod fides Nicena fuit confirmata per concilium Ephesinum primum et quod prohibuerat proferri aliam fidem et prohibuerat, quod nihil adderetur. Unde dixit: 'ego teneo rectam fidem' et Flavianus non, quia dixit, quod Christus est in duabus naturis, hoc ipse addidit Niceno simbolo, non dicitur, quod Christus sit in duabus naturis. Et Eutyc[h]es intelligebat prohibitionem de additione verbali.

Quidam Eusebius episcopus Dorilei audiens hoc clamavit: 'Mentitus est, non est diffinitio talis, non est regula hoc precipiens'. Dioscorus dixit: 'Quomodo non est hec regula? Nos habemus hic quinque codices', in quibus dicitur, quod non licet addere aliquid.

2 septainur V.      4 septantes V.      18 esponere V.      20 affratus V.      23 Euticem V.      24 tirampnice V.      24 Eutices V.      30 Eutices V.      32 Dorelegi V.

1 CYRILLUS Alex., *Epistola Nestorio* = MANSI IV, 1072 D; SCHWARTZ I, I, I, 35<sup>12-14</sup>.      3 cf. GILL 181<sup>35-182</sup>.  
 3 concilium VII = MANSI XIII, 729 A.      8 cf. GILL 182<sup>13-183</sup>.      9 concilium Chalcedonense, actio I = MANSI VII, 455 sqq.; SCHWARTZ II, III, 3, 114<sup>22</sup>.  
 MANSI VII, 456 C, 457 A; SCHWARTZ II, III, 3, 114<sup>21-24</sup> 27-28.      15 *ibidem*, 457 B-C. SCHWARTZ II, III, 3, 114<sup>28-115</sup>.  
 22 cf. GILL 183<sup>10-186</sup>.      25 cf. *libellus confessionis Eutychetis apud* MANSI VI, 629 A sqq.; SCHWARTZ II, I, I, 90<sup>17-91</sup>.  
 28 non habetur hic citatio, sed solum conclusio cardinalis.      26 *ibidem*, 632 A; SCHWARTZ II, I, I, 91<sup>5</sup>.  
 32 concilium Chalcedonense, actio I = MANSI VI, 631 B; SCHWARTZ II, I, I, 91<sup>15-16</sup>; (*latine*) SCHWARTZ II, III, 1, 67<sup>22-23</sup>.      33 cf. *ibidem*, sed hoc modo: Dioscorus reverendissimus episcopus Alexandriae dixit: Quattuor codices sunt, qui hanc definitionem continent. Quod definierunt episcopi, non est definitio? ... Accusa quinque synodicos codices; et ego habeo et ille et ille habent; cf. SCHWARTZ II, III, 1, 97<sup>24-27</sup>.

Fuerunt hec recitata in Chalcedone, sinodus nihil dixit contra episcopum Dorylei, ymmo videtur eum approbare, ut subdam. In hac igitur sinodo Dioscorus fert sententiam contra Flavianum et in verbis sententie dixit, quod inde deponit, quia fecerunt contra prohibitionem Ephesini concilii, ubi dicitur, quod non liceat addere, quia in Ephesina concilio dicitur, quod si quis addit ad symbolum Nicenum, si est episcopus, privetur. Et propterea privavit episcopatu Flavianum et Eusebium tanquam transgressores legis. Et omnes episcopi <qui> fuerunt in concilio Ephesino secundo improbato secuti sunt sententiam Dioscori et omnes isti episcopi fundabant se in hac prohibitione concilii Ephesini. Unde dicunt: sese alienos monstrarunt gradu sacerdotii Flavianus et Eusebius qui conati | sunt addere vel minuere ali-

45r  
10 quid de sancta fide, que in Nicea a sancto concilio exposita est, confirmavit sancta sinodus in hac Ephesina civitate congregata, qu[od] semper iustum est, ut eos, qui audent quid addere fidei aut minuere, ali[en]os a sacerdotio ecclesie, et ita alii episcopi sequentes dixerunt; quando hec referebantur in sinodo Calcedonensi omnes dixerunt: 'Anathema Dioscoro', hac hora damnetur Dioscorus, quod male iudicaret, et sic revocavit, que fecerat contra Fla-

15 vianum et i[u]dicavit, quod Flavianus non fecerat contra Nicenum nec Ephesinum concilium, quia licet illa professio, quod Christus sit in duabus naturis non contineatur in simbolo Niceno verbis expressis, tamen non est contra veritatem, sed virtualiter sumitur ex simbolo Niceno. Ex hoc apparet manifeste, quod non est arguendus, qui quid addit declarando, dummodo dicat veritatem consonantem fidei catholice, et videtur mihi, quod non possit allegari

20 melius in mundo exemplum quam exemplum Flaviani.

Concludo, quod verba illa prohibitionis, quod non liceat proferre aliam fidem nec addere nec minuere, intelliguntur de illis, qui sapiunt fidem contra veritatem et immutando verum intellectum sacre scripture et in simbolo Niceno. Hoc secundum meum rude iudicium videtur mihi manifeste solvere hanc questionem. Si autem non ita sit, cupio informari. Unde cum ec-

25 clesia Latina dicat se nil addidisse contra veritatem nec contra verum sensum simboli Nyceni et Constantinopolitani, dimittenda est hec questio, utrum licuerit, sed est procedendum, an hoc sit verum, quod spiritus procedat a filio. Et si possunt probare, quod non procedat, tunc ego dicam expresse quod ecclesie Romane non licuit, quia tunc sapuisset contrariam fidem. Si vero ipsi non possunt probare, quod hoc sit falsum, sed ostendetur ex sancta scrip-

30 tura et sanctis doctoribus, quod verum sit, necesse erit confiteri, quod licuerit utrumque. Hec volui dixisse cum correptione sanctissimi domini nostri et imperatoris et aliorum.

NICENUS. Rev. domine mi, sane omnes rationes et sermones utriusque dicti fuerunt optime et sapienter dicte, presertim rationes postreme per paternitatem vestram, et potissime ad propositum faciunt. Tetigistis ea, que pertinebant ad rem a nobis propositam et nil dimisistis,

35 tamen cum caritate respondebimus et iterum pari cum caritate audiemus, que voletis dicere. Nos itaque putamus, quod plura que per vos dicta sunt, faciunt pro nobis, tamen non iudicamus esse tempus propter duas causas, primo propter hore angustiam, quia tempus est surgendi; secundo, quia etiam ut fuerunt bona dicta, non minus multa. Itaque volumus hec in scriptis habere et cogitare et tempore suo responsionem debitam dare. Nunc in nomine do-

40 mini surgamus et accipiemus dicta in scriptis, et maxime, que ultimo dicta sunt.

ANDREAS. Surrexit Collocensis contra Grecos invehens et summo pontifici hec in sacro conventu exposuit.

1 Dorelegi V.  
reptione] forte *exspectaretur* correctione.

11 que V.

12 alienos] alios V.  
32 Nice V.

15 indicavit V.

31 cor-

13 cf. *concilium Chalcedonense, actio II* = MANSI VI, 975, 1093 sqq.; SCHWARTZ II, III, 2, 17<sub>4-18</sub>.  
32 cf. GILL 186<sub>3-22</sub>.

COLLOCENSIS. Sanctissime | pater, quia pridie convenimus, quod ex his, que dicuntur, conferantur scripture et quia pridie isti Greci noluerunt venire, videntur promissorum transgressores, et ideo protestamur, ut nil fiat in transgressione fidei. 45v

EPHESINUS. Pridie erat pluvia, et quia dicebamus, quod non erant dicta ad propositum, ideo nolebamus videre ea, que dixistis, tamen ut caritas servaretur, eramus contenti, ut darentur notariis. 5

COLLOCENSIS. Peto instrumentum, quod dicant noluisse recipere et quod non faciunt ad propositum, cum hoc quod non dixerim ad propositum, est iniuria non mihi, sed toti ecclesie Romane, quod audeant isti Greci presumere dare iudicium, si dicta sunt ad propositum, vel non. 10

ANDREAS. Quibus expositis finis diei illius concertationi datus est.

#### DIE XVIII NOVEMBRIS DECIMUS ACTUS.

Congregatis in unum patribus loco et horis solitis Ephesinus ex Grecis primus sic inquit.

EPHESINUS. Nos, amati patres, adsumus non contradicendo ad invicem nec ad evertendum, que ab utraque parte dicuntur; nam hoc magis pertinet ad ostentationem quam ad 15  
viam veritatis, sed ut nos communiter debeamus examinare et inquirere et pacificari et cum diligentia perscrutari questiones et difficultates, que in nostris disputationibus oriuntur, et quod sic communiter debeamus conferre res et inquirentes progrediamur, quousque veniamus ad finem, qui est inquisitio veritatis.

Quamobrem ea, que particulariter rever. dominus archiepiscopus Collocensis in pluribus 20  
vicibus dixit et que rev. episcopus et magister dicit, nos etiam particulariter prosequentes deo adjuvante et hora patiente perscrutabimur et ad unumquodque eorum, que dicta sunt ab istis patribus, curabimus cum opportunitate non respicientes ad aliquam ostentationem sermonis respondere, et nos dicemus, que apparebunt vera ex concessione vestrarum rev. paternitatum.

Verum in hoc principio si ita placet, prosequemur ad respondendum illis, que dicta sunt 25  
per rev. dominum cardinalem ibi sedentem, particulatim et divisim unumquodque illorum terminorum examiantes. Ipsa namque, que per eundem rev. dominum cardinalem dicta fuerunt, magis ad rem faciunt et ipsam difficultatem tangunt, et cum ordine sua reverenda paternitas exposuit; propterea nos istam gratiam retribuemus ad talem ordinatam responsionem, ut nullum ex dictis debeamus relinquere. Dico autem me responsurum <ad ea>, que ex tempore 30  
dicta sunt per suam rev. paternitatem, non ad ea, que fuerunt polita et pulciori forma posita. Obsecro itaque rev. paternitatem vestram, ut quotiens contingeret vestram dominationem interrogare, placeat tue dominationi aut concedere aut negare | mea dicta. Nam ego inten- 46r  
do inquirere et perscrutari sermones et rationes cum tua paternitate, cum ego cognoscam tuam rev. paternitatem potius gaudere intentioni veritatis quam tuitioni tuorum sermonum. 35  
Unde etsi contigerit aliquam de tuis rationibus a me refelli, tua rev. paternitas, ut sapientissimus potius me diliget. Nam sapiens, cum arguitur, diligit arguentem secundum rationem. Liceat tue dominationi interrogare, ut placebit tempore et loco opportuno; nam libentissime patiar et ego ipse, cum tua dominatio corriget sermones meos et aliquid interrogabit et rationem queret et adjuvante deo respondebo. Redarguat dominatio tua, ut videbitur, a me 40

14 Ephe V.            17 perscrutari V.            22 perscrutabimur V.            34 perscrutari V.

14 cf. GILL 187<sub>4</sub>-189<sub>2</sub>.

21 episcopus Foroliviensis.

37 cf. Prov. 9, 8.

non bene dictum. Sciat tua dominatio, quod in quibus per me dictis tua dominatio non contradicet nec inquisitionem faciet, remanebunt approbata nec poterunt recipere aliam discu[ss]ionem, que observanda sunt apud illos, qui post me suscipient sermones.

Primum argumentum a tua dominatione tactum tale est, videlicet quod in tertio ycumenico concilio Ephesino Carisius quidam porrexit ad concilium aliquos libellos fidei, quos composuerat contra sapientes doctrinam Nestorii, et cum ipse Carisius expositionem sue fidei fecerit alio modo se habentem quam expositio Niceni concilii, tamen ab ipso concilio in nullo fuit reprehensus, et quod ex his manifeste videtur non prohiberi simpliciter aliam fidei expositionem, sed contrariam et dissonam fidem. Interrogo, an ita se habeat argumentum vestrum.

10 ANDREAS. Collegarum accivit consilium cardinalis prefatus, demum sic inquit.

CARDINALIS. Cum gratia et beneplacito sanctissimi domini nostri et patientia et correptione istorum patrum audiui gratanter ea, que vestra paternitas dixit, et quantum pertinet ad proemium, nil dicam; quantum ad interrogationem erga personam meam, ego iuxta sancti Petri <doctrinam> ero paratus reddere rationem de his, que sciam, sed ego maluissem, quod tua paternitas interrogasset alium de istis patribus, quia quilibet melius sciret quam ego; nihilominus postquam me elegistis, faciam libenter; sed quia sumus hic causa declarandi veritatem, non verecundabor corrigi, si quid male dixero, et a tua paternitate et ab istis patribus, quia potius debemus diligere honorem dei, qui est veritas, quam proprium; sed cum hoc pacto respondeo, quod si respondeo et non esset mea responsio sufficiens, quod non preiudicet

15 tua paternitas interrogasset alium de istis patribus, quia quilibet melius sciret quam ego; nihilominus postquam me elegistis, faciam libenter; sed quia sumus hic causa declarandi veritatem, non verecundabor corrigi, si quid male dixero, et a tua paternitate et ab istis patribus, quia potius debemus diligere honorem dei, qui est veritas, quam proprium; sed cum hoc pacto respondeo, quod si respondeo et non esset mea responsio sufficiens, quod non preiudicet

20 veritati vel aliis, et accepto tuam oblationem, ut cum ego te interrogavero, respondeatur.

Nunc venio ad quesitum et non erat opus, ut interrogaretis, quia dedi in scriptis et satis palam dixi, et ibi est expressum. Si vultis, quod plus dicam, geram tibi morem; si vultis, quod repetam, dicam; alias apparet in scriptis, quod dixi. Vultis, ut dicam?

EPHESINUS. Rev. domine, non quero a vobis aliud dici nisi quod ibi est scriptum, nisi

25 si argumentum vestrum est, ut ego exposui; propterea non est opus nisi ut dicatis aut sic aut non.

46v IMPERATOR. Isti patres nolunt imponere onus vestre reverende paternitati, | sed si placet vestre rev. paternitati respondere, respondeat; si non, respondeat alius.

EPHESINUS. Nos quantum potuimus capere ex verbis vestris, ita colligimus sententiam; si est, dicatis, quod sic, alias dicatis, ut vultis. Querimus et interrogationem nostram et expositionem vestri dicti breviter fecimus, breviter respondeatis.

30 si est, dicatis, quod sic, alias dicatis, ut vultis. Querimus et interrogationem nostram et expositionem vestri dicti breviter fecimus, breviter respondeatis.

CARDINALIS. Ego respondebo, sed de cetero non interrogetis me, sed legatis, que dixi et interrogetis ultra si quid vultis. Hec est summa argumenti. Carisius dedit symbolum fidei sue et fuit catholica, et postea recitavit symbolum transformatum Arianum. Sinodus reprobavit

35 expositionem simboli Nestoriani et non Carisii; si non licuisset facere ipsam professionem, reprehendisset eam, et quod symbolum Carisii est ut symbolum Nicenum nisi in duabus vel tribus dictionibus, que tamen sunt vere et catholice. Dicatis quicquid vobis placet.

EPHESINUS. Convenistis mecum in omnibus, rev. domine, talem esse sententiam que per vestram dominationem dicta sunt; dixi preter unum, videlicet quod illa professio fidei Carisii

40 sit vera et catholica; nam catholica erat solum intellectu dictorum, sed non dictionibus; nam liquido permutata est compositio dictionum ab expositis per Nicenos, nec etiam ipsa professio

2 discussionem V.

7 habentes V.

13 prohemium V.

24 Ephe V.

<sup>11</sup> cf. GILL 189<sub>3</sub>-190<sub>3</sub>.

<sup>14</sup> cf. 1 Petr. 3, 15.

<sup>24</sup> cf. GILL 190<sub>9</sub>-15.

<sup>27</sup> cf. GILL

190<sub>16-24</sub>.

<sup>29</sup> cf. GILL 190<sub>20-24</sub>.

<sup>32</sup> cf. GILL 190<sub>25</sub>-191<sub>7</sub>.

<sup>34</sup> intelligas Nestorianum.

<sup>38</sup> cf. GILL 191<sub>8-17</sub>.

fidei exposita fuit per Carisium ut professio catholice fidei, sed ut sequens catholicam fidem et suam expositionem. Estne ita ?

CARDINALIS. Placet, quod professio fidei Carisii sequitur in omnibus veram fidem in sensu, sed non in dictionibus, et quando dico catholicam, intelligo veram. Sed quero, cum ipse fateatur, quod professio illa est vera et in sensu et in intellectu, an conveniat cum Niceno. Numquid hec professio fuit improbata per sinodum vel non ? 5

EPHESINUS. Concilium admisit illam Carisii professionem ut Carissii, non ut catholice fidei, sed ut consonam catholice fidei, et reverende paternitatis satis habuimus interrogata ad totum hoc argumentum. Nos veraciter respondentes dicimus, quod Carisius ille non simpliciter accusabat Nestorianos ut aliam fidem tradentes, sed propter hec tria. 10

Primo quod istam eorum perversam et fallacem professionem fidei tradebant illis, qui convertebantur ad cognitionem fidei ut universalem fidem et ut traditam a Nicenis patribus; hoc igitur refertur ad manifestam iniuriam illius venerabilis concilii qui hanc expositionem vere fidei fecerunt. Secundo accusabant illos, qui falsa et perversa dogmata ill[a] seminabant contraria fidei vere et catholice fidei, propterea potius ille Carisius appellat professionem illorum perfidiam quam fidem. Tertio quia ipsi Nestoriani impellebant et molesti erant Carisio, quia nolebat admittere professionem fidei et putabant hereticum eum, propterea igitur ipse Carisius coactus est exponere suam fidei professionem, prout volebat, et quibus verbis, ut ostenderet se ipsum consonantem patribus Nicee et illa sapere, | et ut ostenderet se ipsum merito expelli ab hereticis, quia non sapiebat illa, que illi sapiebant; hoc autem nunquam ab ecclesia prohibitum fuit, ut quisque fidem possit exponere, prout vult ad privatam doctrinam solum et demonstrationem sue vere fidei, non ad constitutionem simboli, et multo magis tunc licebat, quia nondum diffinitio prohibitionis fuit prolata. Manifeste habetur ex nonnullis patribus, qui presidebant per illa tempora ecclesie, et aliis conciliis, quia licuit patribus professionem fidei exponere, prout volebant et quibus verbis volebant. Nam et beatus Agatho, ut vestra dominatio dixit, sue fidei expositionem et professionem conscripsit una cum ipsis, qui cum ipso erant, et illam conscriptam, prout voluit, destinavit ad sextum concilium etc. Et secundum istum Agathonem beatus Sophronius patriarcha Ierosolimitanus restitutus sue ecclesie conscripsit fidem, prout voluit, et Constantinopolitano patriarche destinavit, que professio recitata est in concilio. Et ideo omnes episcopi ymo archiepiscopi et patriarche ad invicem scribebant et profitebantur fidei expositionem, que quidem littere illorum nil aliud continebant nisi professionem sue vere fidei et opinionis, quod hucusque observatur apud patriarchas Orientales. Nam ceteri patriarche, qui sunt post Constantinopolitanum in constitutione dignitatis, statim exponunt expositionem fidei et mittunt ad patriarcham Constantinopolitanum, et omnino antiquitus solebat fieri et nunc servatur. Propterea non est mirandum, si etiam Carisius per suam professionem fidei fidem catholicam exponit, nec sub tali intentione, ut omnes uterentur sua, ut utuntur simbolo Niceno, sed solum ad demonstrationem sue fidei et proprie ipsius, ut dictum est. Si autem vos habetis dicere aliquid circa professionem fidei Carisii, dicatis, et audiemus libentissime. Interrogamus, utrum professio fidei Carisii tradita fuerit concilio ad demonstrationem sue fidei vel ut omnes uterentur ut simbolo Niceno. Nam proprie expositiones nunquam fuerunt prohibite, ut diximus. Si quid habetis, dicatis. 40

CARDINALIS. Exposuistis triplicem causam, propter quam Carisius dixit suam fidem et

14 illi seminabant V.

28 Sophornius V.

3 cf. GILL 191<sub>18-28</sub>.  
XI, 289 A sqq.

9 cf. GILL 191<sub>34-193</sub><sub>19</sub>.  
29 cf. concilium VI, actio XI = MANSI XI, 465B sqq.

26 cf. concilium VI, actio IV = MANSI  
42 cf. GILL 193<sub>20-194</sub><sub>25</sub>.

reprobavit symbolum nestorianorum sinodus. Prima est, quia illi nestoriani credebant symbolum eorum esse ut Nicenum symbolum. Secundo, quia illud symbolum continebat falsitatem. Tertio, quia reprehendebant Carisium ut hereticum et ut non bene sapientem, quantum ad ista. Quo ad primum illi nestoriani tradiderunt more simboli professionem, et non dicit meus  
 5 liber, quod traderent ut symbolum Nicenum. Secundo et ad hec dico, quod apparet ex textu, quod illi spernebant fidem Nicenam et addiderunt symbolum alterius fidei, ymo perfidie. Hec formaliter verba sunt sinodi: 'Nam, cum Philadelph[i]a[m] venisset' etc., verba Carisii.  
 47v Unde dico, quod hec non fuit causa, quare sinodus fuerit mota | ad reprobandum fidem nestorianorum. Sed causa est, ut dicit diffinitio, quia perversa continebat; ratio, quia si istud  
 10 symbolum nestorianorum continuisset veritatem, ut symbolum Carisii sinodus admisisset, non reprobasset. Ad secundam causam dico, quod est vera, quia fuit reprobatum propter id, quod falsitatem continebat. Ad tertium dico, quod non est sufficiens, et non fuit mota sinodus ex eo, et ratio, quia sinodus non habuit curam, an Carisius esset reprehensus vel non, sed an vere vel non. Unde sublatis et prima et tertia causis dico, quod secunda fuit causa fina-  
 15 lis sinodi ad faciendum illam diffinitionem. Demum tua paternitas dixit, quod sinodus non prohibuit privatam personam facere expositionem sibi, prout vellet, dummodo esset vera; postea allegatis exemplum de Agat[h]one et Simphoriano, qui fecerunt eorum expositiones fidei, et non fuerunt in sexta sinodo improbat. Sed in hoc occurrit petere, utrum Carisius, Agat[h]o et Simphorianus fecerunt contra constitutionem vel non; et tunc respondebo ad  
 20 tuam.

EPHESINUS. Nullo modo ipsi Agat[h]o et Simphorianus preterierunt prohibitionem illam; quia non addiderunt nec detraxerunt simbolo communi, sed privatim fecerunt; unde non comprehenduntur penis et prohibitionibus. Dictum est, quod non est prohibitum hoc, sed loco simboli professio detur, hoc expresse prohibetur.

25 CARDINALIS. Placet, quod Agatho nec Simphorianus fecerint contra prohibitionem, et respondeo ad quesitum tuum. Dico, quod Carisius dabat suam professionem ut veram et consonantem recte fidei et simbolo Niceno, non autem tradebat, ut dans legem ecclesie, ut illo tota ecclesia uteretur, quia non erat in potestate sua precipere populis; unde satis est mihi, quod non fecerit contra prohibitionem. Postea, si ecclesia universalis vel qui tenet locum ecclesie  
 30 vult docere populos, satis mihi est, quod non faciat contra prohibitionem. Dicatis demum, quod placet.

EPHESINUS. Hec nos habuimus a responsione vestre dominationis, videlicet, quod merito Carisius a concilio non est reprehensus, quia non fecerat contra prohibitionem. Ergo non sequitur, quod ex hoc illi patres concilii videantur dare licentiam transformandi symbolum  
 35 Nicenum; et sic repellitur primum vestrum argumentum. Verum si aliqua ecclesia habeat auctoritatem et licentiam dare symbolum commune in verbis vel sillabis differen[s], alio tempore dicemus. Et ideo quero a dominatione vestra, numquid Carisius ille poterat vel licebat sibi tradere expositionem fidei illis, qui sequebantur fidem nestorianorum secundum professionem, quam postea in simbolo fecit. Nam vestra dominatio de hoc aliquid tetigit, et ideo de-  
 40 claret: licebatne illis nestorianis spreto Niceno loco illius aliud componere symbolum et illud tradere baptizantibus, si illud contineret veritatem? Nunc dominatio vestra dixit talem licen-

7 Philadelphian V.                      17 Aghaton V. || lege Sophronio.                      19 Aghato V. || lege Sophronius  
 21 Ephe V || Aghato V, lege Sophronius.                      25 Cardi V, lege Sophronius.                      36 differentem V.

7 libellus Carisii apud MANSI IV, 1345 C.                      9 ibidem, 1364 B.                      21 cf. GILL 194<sub>30</sub>-195.  
 25 cf. GILL 195<sub>6-25</sub>.                      32 cf. GILL 195<sub>26</sub>-196<sub>8</sub>.



tiam habere universalem ecclesiam. Quero, an nestoriani haberent, si verum | protulissent 48r  
 symbolum.

CARDINALIS. Fecistis duo quesita, sed non dixistis unum, quod non est pretereundum. Dixistis, quod inhibitio non vult, quod quilibet non habeat licentiam faciendi symbolum suum. Ad istud dico, quod satis est ad elucidationem nostre questionis, quod sinodus non prohibet 5  
 quemlibet tradere expositionem sue fidei vel symbolum secundum veritatem.

NICENUS. Addo, quod ecclesia universalis non prohibet, quod quilibet possit exponere, dummodo sit vera expositio.

CARDINALIS. Hec diffinitio non prohibet secundum vos, quod quilibet exponat et profiteatur symbolum, prout vult, dummodo verum. Volo ostendere — intelligo verbum *aliam et 10  
 diversam* verbis, etsi veram, prout vultis interpretari — quod contradicitis textui. Dicit textus: 'nulli liceat proferre aliam fidem'; intelligitis aliam fidem et iam aliis verbis, licet consonantem recte fidei. Si hoc est, advertat vestra paternitas, quod contradicitis textui dicenti: 'nec clerici nec episcopi nec laici' et fine legitur in singulari et de episcopo, clerico, vel laico. Unde si illa verba *aliam fidem* habent sensum, prout dicitis, sequitur contrarium eius, 15  
 quod dixistis, quia conceditis, quod persona particularis possit sibi facere symbolum, et tamen textus contrariatur, intelligendo prohibitionem *aliam fidem* et aliis verbis. Et hoc sufficiat ad intellectum, quem datis, quod sit contra dicta vestra; quantum pertinet ad intellectum horum, satis dixi in scriptis, et dico quod textus non dicit, quod nulli liceat proferre aliam fidem universaliter, sed dicit contrariam fidei Nicene. Et textus non dicit, quod non liceat in publico 20  
 vel in privato, sed dicit *aliam fidem*. Et quod illud verbum *aliam fidem* debeat intelligi de contraria, apparet ex his, que sunt facta in principio illius actionis; quia convenientibus episcopis fuit dictum: 'legatur symbolum, conferantur sermones Cirilli et Nestorii, et illi, qui reperientur consonantes fidei Nicene, confirmentur, qui dissoni, repellantur'. Modo sinodus faciens diffinitiones facit secundum intellectum principii, et sic intelliguntur illa verba *aliam fidem*. Possem allegare alias rationes ad has, quas dedi in scriptis; et ne turbem modum arguendi, hoc sit satis. Nunc respondeo ad duo quesita. Et antequam respondeam, dico, quod dixistis, quod ante tertiam sinodum non erat facta prohibitio; et dico ad hoc, quod ego sum paratus ostendere per acta tertii concilii et sexti, quod hec prohibitio fuerat ante facta. Et si placebit audire, nunc dicam; nihilominus, ne fugiam quesitum, respondeo ad primum: petitis, licet Carisius 30  
 posset facere sibi symbolum, [nisi] posset symbolum, in quo omnes converterentur?

EPHESINUS. Nos querimus, an nestoriani haberent potestatem universalis ecclesie.

CARDINALIS. Hoc fuit secundum.

EPHESINUS. Ad primum fuit mihi responsum, et dixistis, quod non, et ideo quesivi, an nestorianis licuisset, si habuissent veritatem. Nam hac ratione substulisti meum argumen- 35  
 tum istis verbis, videlicet cum dicerem, quod non licebat nestorianis facere symbolum, in quo alii baptizarentur. Dixit dominatio vestra, quod symbolum fuit reprobatum Nestorii, quia habet falsitatem, et addidistis, quod si continuisset veritatem, fuisset approbatum.

CARDINALIS. Et nunc dico, quod si habuisset veritatem | transisset ut Agat[h]onis 48v  
 et Sofronii simbola transiverunt. Et fundo me in textu, qui dicit, quod causa reprobationis 40  
 est, quia continet perversa dogmata Nestorii. Deinde dico, quod nestoriani, si veram fidei ex-

14 meo laici V.

28 ondere V.

32 Ephesi V.

34 Ephe V.

39 Aghatonis V.

3 cf. GILL 196<sub>9-16</sub>.  
 MANSI IV, 1341 D.9 cf. GILL 196<sub>20-198</sub><sub>23</sub>.

22 cf. concilium Ephesinum, actio VI =

positionem dixissent, non fuissent improbati; sed non potuissent mandare universali ecclesie, quod id universaliter profiterentur, quia non habebant potestatem universalis ecclesie.

EPHESINUS. Illud symbolum nestorianum dissimile erat a simbolo Agat[h]onis et Carisii et aliorum, etiam si fuisset verum, quia illud symbolum nestorianorum tradebatur convertentibus loco symboli Niceni. Illa autem alia Carisii non fuit tradita ut communis disciplina et ut commune symbolum, in quo deberent baptizari. Ergo non esset simile illud nestorianorum; etiam si fuisset verum cum aliis, et illud merito fuisset reprobatum, etiam si fuisset verum. Alia non fuerunt reprobata, quia non tradebantur ut commune symbolum. Et cum dominatio vestra videtur dedisse licentiam nestorianis, hoc non liceret. Nam Carisius et ceteri non tetigerunt symbolum.

CARDINALIS. Contra, Carisius tetigit symbolum Nicenum, quia addidit *spiritum sanctum consubstantialem* et cetera alia verba, que non erant in Niceno. Et ad id, quod dixistis, ne quid preteream, quia implicatis multa argumenta, vellem, ut particulatim faceretis, ut singulis possem respondere; dico, quod nulla differentia est inter symbolum nestorianorum, Carisii et Tharasii, si continuisset veritatem symbolum illud, et tua paternitas non debet capere alium sensum ex textu legis quam lex declarat. Lex dicit, quod ideo reprobatur, quia continebat dogma falsum; ergo in hoc debetis vos fundare et non in alio. Tradere symbolum per privatos quo omnes utantur, hoc non prohibetur hac lege, sed solum hac lege prohibetur professio male fidei. Utrum autem privata persona possit hoc dare, dico, quod non, non ex hac lege, sed ex alia, qua cavetur, quod nullus potest mandare nisi illis, in quibus habet potestatem. Etiam volo dare aliam rationem, quia que publice concernunt, omnes inferiores debent sequi ritum superiorum ecclesiarum.

EPHESINUS. Rursus vestra dominatio venit ad ea, que primo dicebatis, quod universali ecclesie liceat tradere symbolum illis, qui sub ea sunt. Ad id argumentum, quod feci, mihi clare non respondistis, videlicet, si illi nestoriani habuissent potestatem faciendi symbolum, si verum.

CARDINALIS. Quid vultis ex hoc inferre? Ego respondeo ex textu et sic clare.

EPHESINUS. Concedit dominatio vestra, quod nestorianis licuerit baptizandis per eos symbolum ipsorum edere et secundum illud baptizare, si esset verum videlicet ut expositio Carisii?

CARDINALIS. Id quod est privatum, tradere ut commune, esset dicere falsum; nestoriani, si fecissent symbolum verum, potuissent illud sapere et proferre et docere, sed si dixissent, quod esset symbolum Nicenum in sensu et verbo, non dixissent verum, sed proferre symbolum veritatis bene potuissent. | Sed dicere quod privatum est, esse commune, esset falsum.

EPHESINUS. Clarum est illos nestorianos fuisse usos ut communi eorum simbolo, quia in illo baptizabant. Numquid haberent potestatem facere, si fuisset verum?

CARDINALIS. Dico, quod potuissent proferre, sed tradere ut commune non potuissent.

EPHESINUS. Ego dixi bene; accusabantur nestoriani, quia tradebant commune symbolum transformatum et sub illo baptizabant. Si autem illi nestoriani habuissent licentiam hoc faciendi, prout videtur vestra dominatio dicere, quod non erat lex prohibitionis prolata, ergo ista causa, que movit concilium ad proferendum illam prohibitionem, non provideret, prout erat intentionis patrum. Cum propter istam licentiam transformandi symbolum, quia erat

Aghatonis V.

5 fuit] sunt (?) V.

22 rithum V.

32 illum V.

3 cf. GILL 198<sub>24</sub>-199<sub>4</sub>.  
MANSI IV, 1348 C.

11 cf. GILL 199<sub>5</sub>-200<sub>6</sub>.

11 cf. concilium Ephesinum, actio VI =

prohibitum, illi non potuissent perversa dogmata ponere, ideo providens concilium, ne talia de cetero fieri possent, necessario fecit diffinitionem prohibitivam, que generaliter diffinit et terminat 'nemini licere tradere vel proferre vel componere aliam fidem preter illam Niceni concilii'. Hec autem ipsum concilium decrevit et cognovit fuisse causam, ne falsa insererentur veritati; unde et hac licentia, qua utebantur in transformando symbolum, videntur patres tertii concilii moti ad faciendum prohibitionem. Hoc autem a vestris verbis ut aliquid sumptum colligimus. 5

CARDINALIS. Cui vultis, ut magis credatur, diffinitioni concilii Ephesini an vobis?

EPHESINUS. Nos credimus et ipsi diffinitioni et illis, qui exposuerunt et interpretati sunt. Et si qua difficultas est, credendum est interpretatoribus, qui fuerunt principales ibidem, cum diffinitio extitit promulgata, quam nobis exponit beatus Cirillus et in epistola, quam scripserat ad Iohannem Antiochenum et Acacium Maledunensem. Videamus interpretationem illius et ipsam sequamur; nam nemo esset, qui magis posset diffinitionem exponere. Nunc, si dominatio vestra vult quid dicere, dicat. 10

CARDINALIS. Sinodus assignat hanc causam prohibitionis simboli Nestorii, quia sapiebat falsitatem. 15

EPHESINUS. Sinodus non adducit hanc solam causam.

CARDINALIS. Diffinitio dicit, quod mandat, quod excommunicationi subiaceant, qui sapiunt symbolum. Ergo videtur, quod perversum dogma Nestorii erat ipsum symbolum. Deinde patet per verba Carisii, qui dicit, quod sprete fide Nicena ediderunt aliud symbolum, id est, perversum. Tertio, quia quod continetur in simbolo nestorianorum, fuerat lectum ex epistola Nestorii, quia eadem perfidia continebatur in epistola prout in simbolo eiusdem. Cirillus interrogavit sinodum, si contenta in epistola erant vera. Dixit sinodus, quod erant falsa. Unde ea causa sinodus tulit sententiam. Ad id, quod dicitis, quod est credendum Cirillo, fateor, quod est credendum, et epistola Cirilli scripta ad Iohannem non obstat, ymo probat hunc sensum, et si bene considerabitis verba epistole, intelligit illa verba *aliam fidem*, videlicet non quoad verba, sed quoad sensum, quia certum est quod in epistola Cirilli et in responsiva Iohannis sunt multa in expositione fidei, que non sunt in simbolo Niceno. Et nihilominus quia illa sunt vera, dicit: *nil addentes vel diminuentes*, et tamen in verbis multa addit, licet non in sensu. Unde per illam epistolam apparet, quod non dicitur alia fides, que differt in verbis, si non differt in sensu. Item epistola ad Acacium non obstat, magis est pro nobis, quia illa verba *aliam fidem* subdit; qui declarat aliter quam sit fides, hic contrariatur mihi. Hec sunt verba: 'Qui semel nescio quo modo', etc. Et sequitur: 'Qui autem hoc agere vult, id est, declarare, innovat quidem nihil, sed nec fidei expositionem noscitur innovare, sed manifestam magis constituit'. Quid possetis habere clarius? 20 25 30 35 49v

EPHESINUS. Quomodo incipit epistola?

CARDINALIS. Pridie dixeram me hanc non habere, et fuit, quia non erat rubricata; postea querens reperii in certis instructionibus, que dicebantur secreta Nestorii. Et incipit: 'Causa quidem dulcis et digna'. Et post illa verba *aliam expositionem* declarat se, *aliam*, id est, contrariam. 40

EPHESINUS. Nos non habemus.

12 Accasium || lege Melitenensem V.

31 Accasium V.

11 cf. MANSI V, 301 E sqq.  
Ioannem Antiochenum = MANSI V, 304 E.

12 cf. MANSI V, 309 C sqq.  
33 MANSI V, 316 D.

29 cf. CYRILLUS, Epistola ad

CARDINALIS. Declarat, quod nil videatur addere et innovare Cirillus, qui querens an protulisset fidem convenientem simbolo Niceno, omnes responderunt, quod Cirillus dixerat consonanter simbolo Niceno; et licet apertius et manifestius dixerit simbolo Niceno, non videtur quid novi induxisse, sed quod magis sapiat cum concilio Niceno. Unde si illa verba *aliam fidem* 5 significarent de verbis diversis, certe Cirillus incidisset in prohibitionem. Deinde volo allegare dictum Cirilli in expositione simboli, et ex hoc videbitis, quis sit sensus prohibitionis et quid sinodus voluerit prohibere. Incipit epistola: 'Amor doctrine et amor laboris', ubi hec verba sunt, videlicet: 'Iam sancta sinodus, que in Epheso congregata est, tulit sanctam sententiam contra Nestorii malam opinionem et vanitatem aliorum, qui cum eo erant vel ante 10 ipsum fuerunt, equalia sapientes illi et docere vel conscribere audentes simul cum illo, et damnavit <et> equalem sibi imposuit causam, id est, penam'. Unde ex hac epistola apparet sinodum damnasse dogmata mala Nestorii, et sic apparet verbum *aliam fidem* intelligi de contraria, que est nestoriana vel ei similis. Item apparet, quod symbolum nestorianum reprobavit, quia sapiebat similia Nestorio. Etiam Cirillusmet compositor diffinitionis dicit, quod damnat Nestorium et eos, qui sapiunt sibi equalia. Unde patet, quod symbolum nestorianorum fuit 15 improbatum et qui sapiebat dogma equale Nestorio, quod est contra id, quod vestra paternitas ante dicebat, assignando aliam causam. Unde cum paternitas vestra cognoscat hanc rem facillimam et non habere dubietatem, cum omnes ex verbis intelligerent, et estis doctissimus homo, rogo vestram paternitatem, ut nolit tenere tantum auditorium ad rem, quam 50r 20 pueri possent solvere. Sed, ne perdamus tempus, intremus rem principalem et | dimittamus ista, que non habent difficultatem. Nihilominus sum paratus respondere et hodie et semper. Sed hec questio non est utilis nec habet exitum veritatis.

EPHESINUS. Nos istos sermones, de quibus agimus et dicimus, non putamus ita, ut facillime possint repelli a pueris, ut vestra dominatio dixit, sed nos putamus ipsos necesarios et 25 alias utiles, cum nos faciamus sermones de vocibus et auctoritatibus sanctorum patrum, hoc primo supponentes, quod si etiam dogma vestrum esset verum et rectum, tamen non esset in simbolo addendum nec cum simbolo cantandum. Melius est nos circa talia laborare et dimittere theologicas rationes stare immutabiles et inc[oncu]ssas. Nam hoc magis adheret difficultatibus rerum, de quibus discutiendum est. Notificamus vestre reverende paternitati hoc: 30 nostram esse intentionem nullo modo a discussione istius difficultatis desistere, nisi primo applicemus ad aliquam veram conclusionem. Nos et dicimus et sapimus et facile ostendere possumus, quod si inventum fuerit dogma, de quo difficultas est, esse verum, illud poterit apponi sub privata diffinitione, prout in multis conciliis ycumenicis actum est. Verum ab ipso simbolo nil debet submoveri nec detrahi nec addi, ut unio christianorum possit servari a scanda- 35 lis.

CARDINALIS. Quia tempus est carior res quam homines possint habere, ideo vellem, quod fieret, quod dixit imperator, ut tempus non duceretur in vanum. Satis super hac questione disputatum est et per scripta et dicta hinc inde. Ego puto, quod dominatio vestra cognoscat veritatem et quod docti sapientes viri iudicent in mentibus suis, quod hec questio non habet 40 difficultatem. Sed non reprehendo vos, qui introduxistis eam, quia facitis ut sapientes, qui volentes ingredi magna, incipiunt a levioribus. Ita vos intraturi materiam spiritus sancti voluistis hanc ut faciliorem premittere. Sed postquam tanto tempore hoc discussum est et bene est

28 incassas V.

30 discussione V.

32 invenctum V.

7 cf. MANSI V, 384 C.  
206<sub>16</sub>-210<sub>27</sub>.8 *ibidem*, 388 A.

12 cf. MANSI V, 408 B.

36 cf. GILL

aperta veritas, quam non ignorabatis prius, arbitror vos fecisse ad temptandum, quomodo nos Latini scimus respondere. Rogo, ut veniamus ad difficultatem maiorem. Et sicut dixi pridie : si probatis spiritum sanctum non procedere a filio, profiteor plane, quod ecclesie Romane non licuit ; si vero non poteritis probare et ostendere contrarium, tunc sum certus, quod non facietis difficultatem, an potu[er]it illa declaratio poni. Tamen pro me non remaneat, ego sum paratus respondere ad omnia obiecta. Sed forte melius esset, quod illis tribus diebus ordinariis disputationis fieret discussio materie principalis et in aliis prosequeremur hoc. Interrogetis me et ego sum paratus, domine Ephesine, ego dicam unum verbum, et loquar ut cum patre, quia a vobis possum informari. Habuistis dicere, quod hec prohibitio non fuit ante tertium concilium Ephesinum. Ego possum ostendere contrarium et est bonum, | ut patres audiant, quod licet dixerim in scriptis, hic non dixi : fortior ratio, que assignetur, quod non possit apponi sillaba in simbolo, <est> ex epistola Cirilli ; tamen, si bene advertit paternitas vestra, in illa epistola dicitur : ' nihil pretereatur ' videlicet mutetur ; non dicitur : addatur ; sed posito, quod dixisset, non facit contra nos. Cirillus fundat se in auctoritate sacre scripture, qui dicit : ' meminimus enim dicent[is] : Noli transferre terminos eternos, quos patres tui posuerunt. Non illi loquebantur, sed spiritus dei '. Unde Cirillus fundat se in hac auctoritate, que est prohibitiva addere vel detrahere et dicit : sancti patres et spiritus sanctus per eos fecerunt. Certum est illos sanctos patres fuisse ante concilium, quia fuit dictum Salomonis, qui diu fuit ante tertium concilium, <et> Nicenum, ymo et ante fidem Christi expressam in novo testamento. Idem dicit Celestinus : ' quis non dignus est anathemate, qui addit fidei apostolice, que non recipit nec augmentum nec diminutionem et magna pena astringit et addentem et detrahentem '. Et dicit : ' legimus in libris nostris nil esse addendum vel diminuendum '.

Hec epistola fuit ante inchoationem concilii Ephesini. Et tamen Celestinus profitetur ante fuisse inhibendum addi fidei apostolorum. Habeo duos testes, volo tertium habere, ' ut in ore duorum vel trium stet omne verbum '. Et allego septimum sinodum, et dicit : ' Que enim tradita sunt in catholica ecclesia, nec augmentum nec diminutionem admittunt, maxime et addentes et diminuentes adstringit pena maledictionis, ut scriptura asserit contra eum, qui transfert terminos patrum suorum, nec habuerunt propositum ad cognoscendum veritatem '. Ergo septima sinodus fundat se in hac auctoritate sacre scripture, et hoc dicit, quod contingit ab illis, qui non habuerunt propositum cognoscendi veritatem.

Unde patet, quod ille dicitur, quod addit vel detrahit, qui transgreditur terminos patrum, veritatem mutando ; qui declarat veritatem, non transgreditur terminos patrum. Et est ratio, quia, prout dicit Cirillus, hec prohibitio facta est per spiritum sanctum loquentem per sanctos patres, cum spiritus sanctus sit spiritus veritatis. Qui dicit veritatem, est intra spiritum nec addit nec detrahit ; qui autem dicit falsitatem, ille est, qui exit terminos spiritus sancti, et ille debet iudicari transgredi vel addere ad terminos patrum. Et hic textus declarat, quod ille est, qui addit vel dimiuit, qui non habet animum cognoscendi veritatem. Cum ergo hec prohibitio per sanctos patres facta precesserit concilium Nicenum, dicemusne, quod concilium Nicenum transgressum sit terminos patrum suorum ? | Alias si intelligeremus in transgressione verborum, concilium Nicenum fuisset transgressum terminos patrum, quia aliqua detraxit de

5 potuit V.

11 dixerint V.

15 dicentes V.

17 sanctos V.

13 cf. MANSI V, 308 E.  
308 E, 309 A || cf. Prov. 22, 28.  
22 ibidem, 1029 A.  
XIII, 376 C, 729 A.  
= MANSI V, 309 A.

15 CYRILLUS Alex., *Epistola ad Ioannem Antiochenum* = MANSI V,  
20 COELESTINUS, *Epistola ad Nestorium* = MANSI IV, 1028 E - 9 A.  
24 Deut. 19, 15 ; Mt. 18, 16. 25 cf. concilium VII, actio III = MANSI  
37 concilium Ephesinum, *Epistola Cyrilli Alex. ad Ioannem Antiochenum*

concilio apostolorum. Et idem de concilio Constantinopolitano, quod concilium post istam prohibitionem addidit multa simbolo Niceno. Et quia dixit veritatem, non reputatur addidisse. Et ideo, quod sepius dictum est, quod patres post tertium concilium non possent addere et quod ante licuerat, non est verum. Deinde dico, quod nos habemus librum Grecum, ubi est  
 5 symbolum Constantinopolitanum, ubi non est verbum *de celis*, dicit tamen [*de*]scendit, nec hoc, videlicet, *secundum scripturas*. Nos habemus hic duo volumina concilii Calcedonensis, et sunt valde antiqua; est unum ultra quingentorum annorum, ut apparet. Et hic ter ponitur symbolum Constantinopolitanum et nunquam ponuntur ibidem *de celis* et *secundum scripturas*. Item habeo aliud de litera Longobarda antiquissimum, ut sunt canones omnium conciliorum;  
 10 et est symbolum Constantinopolitanum et sine verbis illis *de celis* et *secundum scripturas*. Et sic ex his tribus libris apparet, quod symbolum Constantinopolitanum non habebat illa verba *de celis* et *secundum scripturas*. Ille liber, quem ostendistis de quarto concilio, non sunt forte decem anni, quod fuit scriptu[s], ut apparet; nostri sunt antiquissimi quingentorum annorum. Item est liber similiter in Greco, antiquus, portatus de Constantinopoli. Item nos ponimus in  
 15 simbolo nostro certa verba ultra symbolum Constantinopolitanum, et non ex eo arguimur; ponimus *deum de deo*, illud non est in Constantinopolitano, et tamen nunquam aliqui reprehenderunt nos propter illa verba sicut de illo *filioque*.

EPHESINUS. Illud fuit in Niceno *deum de deo*, et in aliis convenimus; ergo de istis non queramus.

20 CARDINALIS. Non erat in Constantinopolitano, et dico, quod, cum conveniamus, quod ultra Nicenum et Constantinopolitanum cantetur verbum *de celis*, sequitur, quod non est differentia inter nostros patres et vos de sillabis, sed de veritate.

EPHESINUS. Ad illa, que primo dicta sunt, cum longa fuerint, non est tempus respondendi, licet dominatio vestra quesierit a nobis ut quesita et volueritis informari, hoc est supra no-  
 25 stram dignitatem, tamen nos haberemus ad ipsa respondere et convenire sensui veritatis. Similiter ad ultima verba, que facta sunt de his libris, que vestra dominatio produxit, non habemus nunc respondere, quia tempus non patitur; referentur ad tempus opportunum, quo tempore convenienter inquirentur. Cum autem inter vestros sermones dominatio vestra fecerit mentionem in superioribus congregationibus, videlicet, quod liceat universali ecclesie et pri-  
 30 mo illi, qui preest universali ecclesie, immutare simbola, cum habeatur manifeste, quod dominatio vestra respicit ad ecclesiam Romanam et preposito Rome habueritis respectum, hoc pretermittere sine discussione | non patimur. Volumus circa hanc rationem sermonem  
 51v facere in sequenti congregatione, si placet. Nam habemus multa et preclara dicere circa hoc rationibus efficacioribus. Sed suspicamur, ne forte verba, que dicenda sunt circa h[oc], inducant  
 35 scandala. Ideo dixi velle ita dicere, si placet. Sit electio circa vestram dominationem. Et si vobis videtur, fiat; nam ad hoc parati sumus.

CARDINALIS. Sunt inter alios articulos differentiarum vestrarum a nobis de potestate Romani pontificis. Et cum sumus in discussione huius articuli de spiritu sancto, non videtur conveniens admiscere de potestate summi pontificis. Et ideo in scriptura dixi: De auctoritate  
 40 Romane ecclesie non dico nunc, sed ali[i] tempori reservabo. Et quando erimus in discussione illius, libere poteritis dicere, ut licebit. Et debetis credere, quod non offendetis sanctissimum dominum papam, quia ipse non est hic nisi, ut veritas declaretur. Et per dei gratiam

5 ascendit V.

34 efficacioribus V || hanc V.

40 alio V.

23 cf. GILL 210<sub>28</sub>-211<sub>21</sub>.37 cf. GILL 211<sub>22</sub>-212<sub>17</sub>.

hec veritas apostolice sedis et ecclesie Romane est ita manifesta per sacra universalia concilia, quod si hec questio, in qua sumus, habet modicam difficultatem, illa habebit multo minorem. Sed certe, ut dixi, quia est articulus d[i]stin[c]tus, non esset bonum immiscere cum articulo de spiritu sancto. Unde iterum atque iterum videretur, et obsecro, ut velitis incipere materiam processus spiritus sancti, quia erit utilior quam hec, in qua sumus. Et vere, si essemus concordēs in isto articulo, credo, quod nulla difficultas restaret in aliis. Et spero, quod in aliis articulis erimus bene concordēs. 5

ANDREAS. His dictis voluit sermonem ad papam, qui summa cum attentione omnium, hora iam XXIII<sup>a</sup>, frigore imminente maximo, patientissime audiverat cuncta.

CARDINALIS. Beatissime pater, videretur, quod sanctitas vestra una cum domino imperatore ordinaretis, ut procederetur ad negotium principale. Tamen vobis dico patribus reverendis Grecis: nos parati sumus quesitis vestris omnibus respondere. 10

ANDREAS. His expositis silentio facto summus pontifex surrexit, eiusque erectione cunctis assurgendi dedit licentiam.

DECIMUS ACTUS. SECUNDI ET TERTII ET QUARTI DIERUM COLLATIO. 15

Die quarta decembris in conventionē decima cunctis adstantibus locus Grecorum deputatorum vacuus erat. Intuebatur quisque, cur hoc evenisset. Et quia inter colluctationem precedentem et hanc solempnes ducis Burgundie legati | advenerant ac summo pontifici Grecisve presentibus concilio ycumenico solempnes orationes fecerant, et imperatori Grecorum nil dixerant in publico, nunc Cabill[o]nensis episcopus ex oratoribus, qui ex duce venerant, primus assurgens hec inquit imperatori: Illustrissimus princeps dux Burgundie toto desiderio inflammatus ad unionem Greocrum has literas tue serenitati cum salute mittit, et quia continent credentiam, nos sumus parati eas verbis explicare in palatio serenitatis vestre. 20 52r

ANDREAS. Imperator illis receptis misit suum interpretem ad respondendum secreto ambasciatoribus et demum revers[us] ad imperatorem rediit ad ambasciatores. 25

LUDOVICUS. Dic oro, quid illi exposuerint.

ANDREAS. Que per concilium gesta sunt, alibi cuncta adscripsimus; hoc in tractatu disposuimus nil aliud extra proferre nisi que fidei discussionem concernunt. Sed quia exhortatio hec principaliter extitit ad hanc fidei unionem, referam que graviter exposita fuerunt per religiosum virum etate, tempore et doctrina venerabilem, generalem abbatem Cis[t]erciensem, qui quartus inter oratores fuerat. Primus namque in ordine fuerat episcopus Morinensis, qui in curia degens honore adiunctus fuerat, sicque nil dixit. Secundus episcopus Cabilonensis, qui primus in referendo fuit. Sed quia omnia in expositis per venerabilem patrem hunc contenta sunt, huius relatione dictorum illa videbuntur exposita. Tertius fuit episcopus Nivernensis, qui ut primus silentium servavit. Quartus extitit abbas prefatus. 30 35

LUDOVICUS. Dicas prefati patris exposita.

ANDREAS. His verbis concilio peroratus est.

SEQUITUR ORATIO.

' Si fiscellam iunco texerem aut ', ut beati Ieronimi scriptis in prologo Iob verbis utar,

3 destinatus V. 15 lege undecimus. 19 solempnes V. 20 Cabilonensis V. 25 reverso V. 26 Cisersiensium V. 33 contenta V.

16 cf. GILL 212<sub>21</sub>-214<sub>8</sub>. Sermo abbatis Clarevallensis non fuit recitatus mense decembris, sed iam die 27 nov., quo die non fuit collatio, sed solum salutatio legationis ducis Burgundiae ad papam coram concilio. 37 hunc sermonem iuxta manuscriptum plenius edidi in fasc. II vol. III collectionis nostrae Concilium Florentinum, 63-70. 39 HIERONYMUS, Praefatio in librum Iob = Migne PL 29, 61 B, ubi omittitur: detractorum deo odibilium.

' si palmarum complicans folia in sudore vultus mei ventris opus sollicitamenta tractarem, mortalium me nemo reprehenderet, neque detractorum deo odibilium morsibus exponeret corrodendus '. Nunc autem cum ego imperitus scientia et sermone altiora me contra sapientis documentum querere videar et opus arduissimum, quo meo siquidem maturius eloquium  
 5 decuisset, in insipientia mea nitar aggredi, declarare videlicet desiderandos a quolibet catholico fines, puta perfectam Orientalis ecclesie cum Latina unionem, patrum quoque tam reverendissimorum dominorum cardinalium quam ceterorum dominorum et ecclesiasticorum Basilee congregatorum cum vestra sanctitate, beatissime pater, concordiam et pacem, quos fines indefessis laboribus continuisque suspiriis prosequitur et intendit devotissimus sancte matris  
 10 ecclesie filius dominus Philippus dei gratia dux Burgundie, qui nos hic adstantes sue celsitudinis ducalis oratores et nuncios ad eandem sanctitatem presensque | sacrum concilium destinavit. Si quominus, beatissime pater sacraque sinodus, vobis ingenita benignitas meum heu nimis mox detegendum supportaverit imperfectum, quenam adesse mihi poterit occasio subventionis, ut adversum me in derisum non loquantur, ' qui sedebunt in porta et bibentes  
 15 vinum in me non psallant '. At quia ex propriis loqui non contendam, sed ea solum disserere mihi animus est, que ipse sapientissimus princeps posuit in ore meo, magnam perinde concepimus fiduciam, quod et si non meis meritis, contemplatione tamen et reverentia tanti tamque catholici principis vestre miserationes meam patienter sufferent ignorantiam quodque pater misericordiarum, qui ' linguas etiam infantium facit disertas ', sermones meos rectos et bene  
 20 sonantes faciet in auribus vestris. Et hac spe fretus in hac quoque protestatione specialiter confidens, quod omnia per me dicenda omnimode correptioni et determinationi vestre sanctitatis, beatissime pater, presentisque sacri concilii submitto. Relictam mihi per rev. in Christo patrem dominum episcopum Cabilonensem expositionis per nos oratores coram hoc precellenti auditorio fiende secundam particulam, prout ab alto mihi concedetur, conabor festinanter  
 25 absolvere. Presuppositis igitur veritatibus notissimis siquidem longe magis facto quam verbo clarescentibus, quibus oratio tam fecunda quam facunda ipsius rev. in Christo patris domini episcopi Cabilonensis illustrissimum principem dominum ducem Burgundie vestre sanctitatis, beatissime pater, filium obedientissimum super extollendis virtutibus et amplissimis dignitatum titulis fore multipliciter insignitum declaravit eleganter et abunde pro aliquali medio-  
 30 rum declaratione, quibus ipse potentissimus princeps sua sanctissima desideria de procurando et ponendo in ecclesia dei unionem et pacem confidit et desiderat efficaciter posse perfici pro quorumque practica et ferventi prosecutione hos tot tantosque reverendos magnificos nobiles et insignes viros per tanta tamque periculosa itinerum spacia ad eandem sanctitatem vestram presensque sacrum concilium destinat, verba premittere non confundor, pridem in epistola  
 35 misse recitata, que beatus apostolus dudum Philippenses exhortans ad perficiendum opus, quod ceperant, in primo capitulo epistole ad Philippenses, ipsos direxisse legitur, cum diceret : ' Oro, ut caritas vestra magis ac magis abundet '. Quorum verborum intelligentia ex causis dicendi faciliter accipitur, si considerationis acies paululum circa deductionem figatur apostoli ; qui, postquam Philippenses de felici operis per ipsos inchoati consummatione securos  
 40 reddidisset, dicens : confido, quia, ' qui cepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Christi Yhesu ', rursus plane demonstrans se velle huiusmodi operis cooperatorem et coadiutorem esse, continuo subiunxit hoc : ' Oro, ut caritas vestra magis ac magis abundet '. |  
 53r

14 post subventionis repetit occasio V.      29 habunde V.      37 habundet V.      40 que V.  
 41 cohoperatorum V.      42 habundet V.

14 cf. Ps. 68, 13.

19 Sap. 10, 21.

36 Phil. 1, 9.

40 Phil. 1, 6.



Quoniam enim ad inchoandum perficiendumque quodcumque opus bonum virtus caritatis, quam theologi virtutum matrem et formam appellant, sit necessaria, idem apostolus in prima epistola ad Corinthios pulcre profundeque pertractans, linguis loqui angelorum, omnia nosce- [re] misteria, fidem ad transferendum montes habere, cibare pauperes, in prophetiis seu aliis quibuscumque perfectionibus abundare, ubi caritatem abesse contigerit, nihil prorsus valere, 5 tandem veraciter concludit et determinat. Et, ubi caritas non est, inquit magnus papa Gregorius, quid est, quod possit prodesse? Ubi vero caritas est, quid est, quod possit obesse? Caritatis siquidem ' proprium est, ut idem Gregorius testatur, nutrire concordiam, servare composita, coniungere disso[ci]ata, dirigere prava ac virtutes ceteras perfectas suo munimine solidare '. Cum igitur homines extra caritatem, qua deus et proximus diliguntur, constituti 10 contentionibus et litibus, que servos dei secundum apostolum non decent, insistentes scismatibus et discordiis, quibus iuxta Sallustium magne res dilabuntur, involuti in pace in id ipsum nunquam dormientes aut quiescentes, sed semper adversa sentientes et dicentes, prorsus nihil sunt nisi forte quoddam ' es sonans et cymbalum tinniens '. Quid mirum, si doctor gentium Paulus fidelitatem et vere dilectionis affectum, quibus Philippenses amplexabatur, 15 manifestare volens ipsos nedum ad habendum caritatem, que discordias terminat et rancores tollit, sed etiam ipsos ferventer sollicitat et hortatur, ut eorum ' caritas magis ac magis abundet '. Sane inter varios et multiplices effectus quibus fidelitas et perfecta dilectio unius ad alterum comprobatur, nullum [catholici] tractatores suis in scriptis eo inveniuntur evidentiorem reliquisse, quo contentionum et divisionum declinatio consulitur, reconciliationis 20 et concordie modus indicitur et pax, si fieri possit, cum omnibus hominibus querenda suadetur et habenda. Hinc piissimus salvator mundi, cuius omnis actio nostra est instructio, nihil tantum sicut concordiam et pacem suis invenitur discipulis commendasse. ' In hoc ', inquit, ' cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem ' et concordiam ' habueritis ad invicem ' ; ymo ipse dulcissimus Yhesus, ' qui est pax faciens utraque unum ', cum esset ex 25 hoc mundo transiturus ad patrem, pro quo specialius quam pro unitate et concordia sui corporis mistici, quod est ecclesia, legitur exorasse? ' Pater ', inquit, ' rogo, ut sint unum sicut nos unum sumus '. In epistolis autem Pauli, in Ioannis et Petri ceterorumque apostolorum canonicis, quorum vos, patres optimi, esse gloriamini successores, quid aliud precipitur, quid aliud docetur aut annunciatur nisi pax et concordia fidelium, quodque ' multitudo credentium 30 sit cor unum et anima una ' ? Quid autem sibi vult, quod sponsus ecclesie totiens | in can- 53v tificis sponsam suam vocat unam, dicens: ' una columba mea, una electa mea, una perfecta mea ', nisi quatenus fideles intelligant unitatem tam frequenti vocum ingeminatione commendatam ad ecclesiam dei sic pertinere, ut iam illi non sint de ecclesia, ' extra quam non est salus ', qui damnabiliter dividunt ecclesiam seu ipsam divisam reducere ad unitatem ne- 35 gligunt et contemnunt? Hinc sponsus ipse patenter demonstrando, quantum sibi displiceat quantumque sit periculosa ' in corpore suo, quod est ecclesia ', quecumque suscitata divisio, cum ad turbas in figuris suos successores intuentibus loqueretur, nonaginta novem oves

3 nosce V.            5 habundare V.            9 dissonata V.            11 contentionibus V.            17 ortatur V  
18 habundet V.            19 nullum c(ausa) V.

3 cf. 1 Cor. 13, 1-3.            6 AUGUSTINUS (non Gregorius), *Tractatus 83 in Ioannem*, c. 3 = MIGNE PL 35, 1846.            8 GREGORIUS I, *Epistolarum liber IV*, 108 = MIGNE PL 77, 1035 C.            12 cf. SALLUSTIUS, *Iugurtha*, 10.            14 cf. 1 Cor 13,1.            17 Phil. 1, 9.            23 Io. 13, 35.            25 Eph. 2, 14.            27 Io. 17, 22.            30 Act. 4, 32.            32 Cant. 6, 8.            34 cf. AUGUSTINUS, *De baptismo*, IV, 17 = MIGNE PL 43, 170; CYPRIANUS, *Epistola 62* = MIGNE PL 4, 371 A.            37 cf. Col. 1, 24.            38 cf. Lc. 15, 4-5.

in deserto relinquendas pro eundo ad illam, que perierat ipsamque propriis humeris reportando ad ovile salubriter docuit et fecit; ymo reprehensus a iudeis, quia cum publicanis et peccatoribus manducaret, se non esse missum nisi ad 'oves, que perierant domus Israel', et quod 'non est opus valentibus medicus, sed male habentibus' constanter legitur respondisse. Per hoc, ni fallor, futuris ecclesie pastoribus luculenter insinuans, quanta ipsis incumbat necessitas iuxta modum loquendi apostoli 'oportune et importune', per 'gloriam et ignominiam et per infamiam et bonam famam' iugiter providere et attendere, ut omnino domini, 'in quo posuit eos spiritus sanctus, regere ecclesiam dei', nulla omnino scismatis macula, nulla scisma[tis] cicatrix insurgat vel maneat neque vox illa nimium lugubris et detestanda resonet: 'Ego sum Cephe, ego sum Apollo'. Parva siquidem scintilla si diutius fervere sinatur, silvam magnam frequenter incendit, quemadmodum beato dicente Gregorio: 'peccatum, quod per penitentiam mox non diluit[ur], suo pondere ad aliud trahit'. Quid enim horrendissimo scismati in Constantia nuper terminato tantam dedit durationem, ex qua omnis in orbe deformitas surrexit, nisi defectus ex negligentia extinguendi commune incendium? Quam cito flammas emisit, quod in sui initio absque iactura vel dedecore partium postea condemnatarum tam faciliter quam feliciter fuisset extinctum! Ut igitur voraces flamme ignis scismatici his infaustis diebus undique [sicut] 'scintille in arundineto discurrentes' tandem non inveniuntur oves et ovile Christi miserabiliter devorasse, quid utilius, quid decentius, quid denique insignius vero dei vicario ipsarum ovium summo pontifici suaderi potest aut consuli quam ut pro obstando tam propinquo tamque periculoso incendio, cuius principiis remedium sero adhibitum nihil forte proficeret, pro conservando integritatem tunice inconsutilis, quam neque crudeles milites Christum occidentes | dividere presumpserunt, pro dando sibi et ecclesie dei sponse sue quietem et pacem, 'Grecis et barbaris, sapientibus et insipientibus' longe lateque per orbem dispersis, quibus, ut loquitur apostolus, 'debitor' est, tantam exhibeat humanitatem, tantam [el]ementiam demonstret sicque ipsorum infirmitatibus paterno condescendat affectu, quod generosi animi, qui facilius ducuntur quam trahantur affabilitate, benevolentia et mansuetudine potius quam rigore vel timore victi, reiectis quibuslibet scismatum seminariis et fomentis, ad fratres et coetaneos suos gloriantur festinanter occurrere, laboraturi, sicut omnino fieri necesse est, quod ex omnibus Christi ovibus 'fiat unum ovile et unus pastor'? Ignoscere quippe sicut ex sapientibus quidam testatur, summum et nobile vincendi genus est. Et Affricanum Scipionem, Iulium Cesarem ceterosque conquisitores orbis plures tandemque fideliores ex populis sibi rebellantibus subditos et amicos comparasse ignoscendo, miserando, largiendo quam gladiis utendo vel vinculis veteres paganorum ystorie commemorant. Cum enim dicente morali Seneca turpius nihil sit homini quam cum eo bellum gerere, cum quo semper amice vixerit; cum rursus animalia silvestria et bruta pacem et concordiam sicut cetera qu[el]ibet entia naturaliter sic appetant ut si ea dividi ab invicem contigerit, vagis insistere discursibus, mugire, ullulare variosque fremitus et boatus emittere non cessent, donec rursus unumquodque cum sibi simili coniunctim extiterit; quo pacto christianis beatissime trinitatis ymagine decoratis non convenit, ut in eis rigor cuiuslibet divisionis sic lentescat, quod iuxta preceptum apostoli 'sol non occidat supra iracundiam' ipsorum et relicto mune-

8 scisme cicatrix V.

12 diluit V.

17 sicut] sint V.

19 verio V.

21 inconsutilis V.

25 dementiam V.

28 cohetaneos V.

36 quibet entia V.

3 Mt. 15, 24.

4 Mt. 9, 12.

6 2 Tim. 4, 2; 2 Cor. 6, 8.

7 Act. 21, 28.

9 1 Cor. 3, 4.

11 GREGORIUS I, *Moralium liber 25, c. 9* = MIGNE PL 76, 334 B.

17 Sap. 3, 7.

20 cf. OVIDIUS, *De remedio amoris 91-92*.23 Rom. 1, 14 (*allusio*).

29 Io. 10, 16.

31 cf.

LUCANUS 4, 356.

34 SENECA, *Ad Lucilium, lib. XV, epistola 3, 30-1* (*allusio*).

40 Eph. 4, 26.

re, quod offerunt ante altare, si forte unus adversus alium aliquid habuerit, confestim et prior vadat reconciliari fratri suo. Quis enim illos existimaret pro fratrum animabus se ipsos cum apostolo velle impendere, qu[i] propter quascumque iniurias seu temporales utilitates vel honores reconciliationem et concordiam cum fratribus diligenter querere et procurare denegarent vel ipsas oblatas renuerent letanter accipere? An non mitissimus hominum Moyses, qui cum deo facie ad faciem loquebatur tantusque peccatorum ultor describitur fuisse, ut in detestationem peccati populi ydolatrantis tabulas digito dei scriptas frangere non timuerit, licet magnam videretur occasionem permittendi, quod ira dei usque ad inter[nec]ionem deseiret in filios Israel, qui tantum totiensque sibi rebellaverant, postquam equo pensasset libramine scandala et inconvenientia sibi e mundo proventura, si populus dei sue commissus custodie ad nullum fere numerum reduceretur, obprobrium fieret gentibus tandemque de ipso dicerent | alieni: 'Ubi est deus eorum'? nonne, inquam, mox iuxta legis antique preceptum iniurie civium suorum factus immemor plurimaque sibi particulariter de iure competentia propter bonum commune pretermittens seipsum cum populo dure cervicis frequenter reconciliavit deumque ad se reconciliandum eidem compulit, cum diceret: 'Aut dimitte populo huic noxam hanc aut certe dele me de libro tuo, in quo me scripsisti'? Homo quippe, cum ex principiis a natura sibi datis sit iuxta philosophantes animal sociale et politicum, naturam enormiter vulnerat et confundit, quotiens se dividit vel separat a proximo, quem, dicente Iohannis canonica, 'qui non diligit, manet in morte', et 'qui eum odit, homicida est'. Quid ergo ex divisione christianorum presertim ecclesiasticorum aliud sequi potest nisi seme[t]lip-sorum ac totius christianitatis destructio et sacerdotii Melchisedech in eternum fundati irrevocabil[i]s ad gentes translatio? An non evangelio testante et experientia nimis docente 'omne regnum in se ipsum divisum desolabitur' et 'omnes', sicut loquitur apostolus, 'qui se invicem mordent aut comedunt, tandem ab invicem consummentur'? Quid enim Assiriis, quid Medis et Persis, quid Grecis et Romanis, quid denique nostris temporibus regnis et populis bella civilia et scismata reliquerunt nisi lamentabilem patriarum desolationem, gloriose fame attenuationem, corruptionem morum et ad impune cuncta perpetrandum facinora libertatem et licentiam? Quid ergo superest, si Greci, quod absit, non unirentur cum Latinis, si Latini diutius inter se divisi permanerent? Quid, inquam, superest, nisi quod terribilis deus se demonstrans 'penitere, quia fecit hominem', quemadmodum terrena regna de gente transfert in gentem propter iniustitias et iniquitates et diversos dolos, ita quoque gloriam regalis sacerdotii tam Greci quam Latini propter eorum nimis continuatas discordias miserabili servituti ac regimini, sicut iam in parte factum cernitur, subiciat et tradat illorum, qui 'gladium in vindictam malorum portant', tandemque oporteat, sicut beatus Bernardus deplorat amare, 'dominam gentium ancillari et ancillam dominari'? Si enim causantibus discordiis inter christianos his temporibus pestiferis pro dolor vigentibus, quibus similes ab incarnatione verbi dei nemo vidit unquam, discessionem ab ecclesia Romana fieri continger[e]t, quemadmodum heretici h[ui]s et eorum sequaces id desiderare dietimque procurare non desinunt, cum beatus apostolus in II ad Thessalonicenses palam innuere videatur, tunc

54v

3 quapropter V.  
37 contingerit V

8 interinicionem V.  
38 hoscite V.

20 semelipsorum V.

21 irrevocabiles V.

1 cf. Mt. 5, 24.

2 cf. 2 Cor. 12, 15.

5 cf. Ex. 32, 1-32.

11 Ps. 78, 10.

17 ARISTOTELES, *Politica*, lib. I, c. 1, n. 10 = DIDOT, I, 483.

19 1 Io. 3, 14-15.

22 Lc.

11, 17.

23 cf. Gal. 5, 15.

30 Gen. 6, 6.

34 cf. Rom. 13, 4.

35 BERNARDUS,

*Epistola* 222 = MIGNÉ PL 182, 389 D (*allusio*).

39 2 Thess. 2, 3.

55r finem mundi et diem instare novissimum adventumque illius 'fili perditionis', qui dicitur  
 antichristus, esse propinquum, quando huiusmodi fiet discessio; quis sapiens mente non  
 formidet se visurum | in valde proximo superventuras universo orbi, presertim eccle-  
 sie, 'tribulationes et angustias, quales mundus', ex quo gentes forte ceperunt 'non habuit',  
 5 si quominus ipsi ecclesiastici Latini et Greci, salt[e]m ex vexatione capientes intellectum,  
 mox sibi invicem dexteras dederint seque reiectis ulterioribus diffugiis ad osculum receperint  
 non fecte, sed vere pacis? An non ut cetera pretermittamus horum periculorum testimonia,  
 lamentabilis plurium ecclesiarum, presertim cathedralium, desolatio utique proveniens ex  
 pugnis et concertationibus duorum altarium in templo domini erectorum, quorum unum sol-  
 10 vit, quod aliud ligat, unum destruit, quod aliud edificat, predictas tribulationes iam mun-  
 dum actu invadere patenter denunciat? 'Cum autem videritis hec fieri', inquit salvator,  
 'qui sunt in Iudea, fugiant in montem, et qui supra tectum, non descendant, ut quid ca-  
 piant in domo. Ve pregnantibus et nutrientibus in diebus illis'. Has plane longe magis quam  
 15 repentinum fulgur formidandas tribulationes et angustias piissimus atque devotissimus prin-  
 cept dominus dux Burgundie, vestre sanctitatis, beatissime pater, filius obedientissimus suis  
 in precordiis solerti meditatione revolvens ipsisque more suo catholico viribus mentis et cor-  
 poris satagens occurrere, pre oculis quoque sapienter et salubriter habens, quod ex unione  
 sancte matris ecclesie, pace et concordia fidelium earundem tribulationum cessatio vestreque  
 20 sublimis persone, beatissime pater, salus et quies ac in eternum apud deum et homines dura-  
 tura commendatio singulariter dependent, ut fidelitatem finalem, ferventissimum ac devotis-  
 simum sincere dilectionis affectum, quibus vestram sanctitatem amplectitur et colit opere  
 et veritate, palam demonstrat; per nos hic presentes sue celsitudinis ducalis oratores et nun-  
 cios in caritatis perfecte visceribus inque totius humilitatis et reverentie spiritu eidem sancti-  
 tati supplicat, quatenus vestre pietatis oculos benigne dirigentes ad horrendissima scandala  
 25 per universas christianitatis regiones ext[e]mplo disseminanda, si, quod absit, in agro domi-  
 nico vestre cure specialiter commisso letifera scismatum superseminarentur zizania, si La-  
 tini magis ac magis semper dividerentur seu diutius sic divisi permanerent, quod propter  
 eorum contentiones et discordias Orientalis ecclesia se vel ad horam differret unire cum Lati-  
 na, festinanter et efficaciter providere dignemini, quod ecclesiam dei, sponsam vestram, nulla  
 30 scismatis labes contaminet. Quodque illa duo opera sanctissima, que vestra sanctitas ex cari-  
 tate perpetuis efferenda laudibus strenue inchoavit, unio videlicet Grecorum cum Latinis,  
 patrum quoque tam reverendissimorum dominorum cardinalium quam ceterorum dominorum  
 et ecclesiasticorum Basilee congregatorum cum vestra sanctitate reconciliatio et concordia  
 festinam et toti mundo necessariam accipiant consummationem. Horum siquidem operum  
 35 sanctissimorum, quorum felix consummatio et iugis permanentia haud dubium sunt media  
 convenientissima et maxime necessaria ad procurandum et ponendum perfectam in ecclesia  
 55v catholica unionem et pacem, ipse potentissimus | princeps cooperator et coadiutor fieri [eo]  
 usque desiderat, ut pro ipsorum felici adeptione personam suam inclitam, patrias, subditos cuncta-  
 que amplissima simul et opulentissima sue magnificentie subiecta dominia, vestre sanctitati  
 40 sacroque concilio fidei cordialissimoque presentet affectu nobisque suis ambasciatoribus spe-  
 cialiter iniunxerit, ut in ipsorum ferventi prosecutione simul et ceteris quibuscunque materiis  
 prosperitatem et honorem sancte matris ecclesie vestreque sanctitatis ac presentis sacri con-  
 cilli concernentibus 'nos exhibeamus sicut dei ministros', singula tantis rebus, que per sanc-

5 saltim V.

10 hedificet V.

12 capiat V.

25 extimplo V.

37 quousque V.

4 cf. Mt. 24, 21.

11 cf. Mt. 24, 15-17; 15, 19.

43 2 Cor. 6, 4.

titatem vestram et ipsum sacrum concilium nobis mandata fuerint, prout id facere iugiter habuimus et retinemus in votis, corde et animo diligenter adimplentes. O ducem vere catholicum! o legitimum sancte matris ecclesie filium! siquidem nomine principis pacis iustissime honorandum, cuius 'instantia cotidiana' cum apostolo est 'sollicitudo omnium ecclesiarum', 'rogare que ad pacem sunt Yerusalem', 'evangelizare concordiam gentibus, his, qui 5 prope et qui longe sunt', reconciliationem impetrare et per omne, quod in ipso erit, omnia tollere scandala de regno dei. O magnanimi cordatique principis iustissima et omni exauditione digna petitio, que priorum inscia commodorum solum instat pro sublatione scismatum, pro desideranda Latinorum et Grecorum unione, pro exaltatione fidei catholice, pro christianitatis communi bono, pro conservatione et incremento rei publice servorum dei, que 10 profecto a vestra sanctitate, beatissime pater, presentive sacro concilio nihil magis efflagitat vel querit quam iuxta modum loquendi apostoli 'qui cepit in vobis opus bonum, illud perficiat', sicque caritas dei per spiritum sanctum diffusa in cordibus vestris' circa predictorum operum continuationem semper magis ac magis abund[e]t, quod propter ipsorum imperfectionem vel neglectum viam transeuntes in s[i]gillationem honoris et nominis apostolici occasionem 15 non habeant movendi capita sua et dicendi: 'Ecce homo, qui cepit edificare et non potuit consummare'. 'Et quis est, qui vobis noceat', inquit Petri canonica, 'si boni emulatores fueritis?'. Cum enim 'labor improbus omnia vincat' et iuxta Senecam 'nihil est, quod vigilans et pertinax cura non expugnet', cum rursus secundum parabolam evangelicam homo iacens cum pueris in cubili propter improbitatem pulsantis ad ostium de lecto surgeret et 20 amico quotquot panes habet necessarios, tradere compellatur, quis ambigit, beatissime pater, si vestra benignitas nimis ecclesie compatiens languoribus predicta opera sanctissima tam laudabiliter incepta, 'oportune et importune', sicut loquitur apostolus, continuare dignetur, quin mox illam debeant desideratam accipere consummationem, pro qua tante auctoritatis et excellentie princeps tam instanter | in tantaque humilitate et reverentia supplicat, 25 56r pro cuius sollicitatione et felici adeptione tot sublimes et religiosos viros tantas fecit regiones peragrare? Si vero gratiam hanc singularissimam nulli certe ex vestris predecessoribus summis pontificibus collatam vestra sanctitas, beatissime pater, in oculis divine pietatis invenerit, vestris in diebus vestrisque precibus sanctis et divi[n]is directionibus Latini pariter et Greci 30 sub obedientia ecclesie Romane in magna domo dei simul in unum congregentur et convenient, cui, queso, comparabitur gloria nullis delenda seculis ex hoc triumpho gloriosissimo per vos reportanda? Quo rursus premio preterquam illis debito, 'qui per fidem vicerunt regna', meritum apud mortales insolitum, ex his tamen operibus perseveranter continuatis indubie acquirendum, digne poterit compensari? Quis postremo etiam si linguis loquatur angelorum, sufficienter exprimeret fructus gloriosissimos ex hac iocunda Orientalis et Occidentalis ecclesiarum unione 'in una fide, in uno spiritu, in uno baptismate', in uno domino, vestris maxime laboribus et expensis adepta toto mundo tandem perventuros? Ii sane gloriosissimi labores vestri, beatissime pater, si ceptum opus desiderande unionis Latinorum et Grecorum 35 perfecerint, celis dabunt gloriam, inferno solitudinem, pacem mundo, fidem gentibus, finem viciis, et moribus refundent disciplinam; tuncque et, ni fallor, vix alias optate perfectionis 40

14 habundet V.  
29 divis V.

15 sugillationem V.

16 hedificare V.

20 hostium V.

4 2 Cor. 11, 28.  
5, 5.

16 Lc. 14, 30.

5 Ps. 121, 6.

17 1 Petr. 3, 13.

5 cf. Eph. 2, 17.

12 Phil. 1, 6.

13 Rom.

NECA, Ad Lucilium, lib. V, epistola 8, 6 = HENSE 152.  
4, 2.

32 Hebr. 11, 33.

36 cf. Eph. 4, 4-5.

18 VERGILIUS, 1 Georgica 145.

19 cf. Lc. 11, 5-8.

18 SE-

23 2 Tim.

culmen accipient illa tua opera sanctissima, propter que presens sacrum concilium esse dignoscitur convocatum, extirpatio heresum, pacificatio christianorum ac totiens petita et promissa christianitatis reformatio, sine qua utique 'vanum erit nobis ante lucem surrexisse'; nec tandem multum profecisse invenientur, qui absque ea manum ad fortia posuerint, dicente  
 5 propheta, Yeremie V<sup>o</sup>: 'Percussisti eos et non doluerunt, attrivisti eos et renuerunt accipere disciplinam, induraverunt facies suas super petram et noluerunt reverti. Idcirco percussit eos leo de silva, lupus ad vesperum devoravit eos'. Si autem Latini tam Ferarie quam Basilee residentes festinanter in unum locum congregentur perfectaue in domino fruantur concordia, si Greci cum Latinis s[i]nt 'unanimis id ipsum sentientes' et dicentes, quis de festiva per-  
 10 fectaue predictorum operum consummatione deinceps ambigere presumeret? Siquidem hac felici et summe desideranda unione facta, cum iuxta promissum evangelicum Christus semper adsit omnibus in nomine suo congregatis et ipsis cum 'spiritu sancto gemitibus innarrabilibus' orantibus cuncta subiciantur et obediunt, confestim expulsis ab ecclesia dei omnibus erroribus, pace inter christianitatis principes et populos reposita legibus quoque re-  
 56v 15 novatis vel noviter editis, secundum quas christianos vivere condecet, | illa temporibus domini nostri Eugenii pape quarti videbit et gaudebit omnis caro secula aurea olim temporibus Octavianiani, cum Christus nasceretur, florentia, quibus durantibus 'unusquisque sub vite sua secure sedens plenitudine pacis gaudebat, convertebanturque gladii in vomeres et lancee in falces'. Sed et demum quis a longe prospiciens et alta cognoscens aperte non videt, si La-  
 20 tini et Greci, qui per tanta heu tempora lamentabiliter divisi fuerunt, eo forte, quia non fuit, qui sicut facit de presenti sanctissimus dominus noster, pedes eorum in viam pacis dirigeret, hac vice cor unum et anima una fieri meruerint? Si rursus iste due gentes ad bella doctissime ad passagium transmarinum a[cc]ingantur, ad quod domino largiente per sanctissimum dominum nostrum solcite invitabuntur et reddentur efficaciter animati, quemadmodum plerique  
 25 summi pontifices inveniuntur dudum omnes orbis nobiles et ignobiles ferventer excitasse ad collapsos reedificandum muros Yerusalem terramque sanctam eruendum de manibus inimicorum Christi, si, inquam, iste populus dei ex Grecis et Latinis constitutus istud secundum iter arripiat et, sicut olim victoriosi filii Israel procedebant ad bella, uno mentis et corporis agmine adversus Turcorum et Tartarorum ceterorumque infidelium proficiscatur phalanges,  
 30 quis hesitare presumeret inclitas Grecorum regiones viris illustribus, sapientia, eloquentia, gravitate morum mirisque virtutibus et gratiis fulgentibus adornatas de manibus omnium inimicorum suorum in valde proximo non esse feliciter liberandas pristinamque ad gloriam olim nulli de mundo secundam triumphaliter reducendas? O si felix illa dies glorie christianorum advenerit, quanta putabitur illa potentia, quam potentissimus princeps dux Burgundie pro  
 35 tanti adeptione bravii conservat, quamque tunc se habere terra marique cum iocunditate maxima mundo declarabit! Quis autem eo usque pusillanimis vel abiecte poterit esse conditionis, ut ad hoc gloriosissimum certamen conquisitionis terre sancte invitatus mox relictis omnibus Christum non sequatur seque glorianter non exponat ad recuperationem sancte civitatis Yerusalem, Achon, Damiette ceterarumque insignium urbium et patriarum precioso Christi  
 40 sanguine et presentia consecratarum totiensque et novissime, quod ad verecundiam modernorum christianorum loquor per catholicos principes et populos christianitatis subiectorum imperio, quas moderni christiani ob caritatis et concordie carentiam mutuis cedibus et stragi-

9 sunt V.

17 Ottaviani V.

26 rehedificandum V.

36 conditionis V.

3 cf. Ps. 126, 2.  
Rom. 8, 26.5 Ier. 5, 3, 6.  
17 cf. 2 Reg. 4, 24-25.9 Phil. 2, 2.  
18 Is. 2, 4.

12 cf. Mt. 18, 20.

12 cf.

bus sese dampnabiliter lacescentes per Maometti ceterosque cultores ydolorum possideri conculcarique conspiciunt, et non est, qui adiuvet? O ineffabilis et incomparabilis mater caritas! | O inextimabile donum dei, concordia, quibus supra cunctas virtutes hanc divina miseratio prerogativam largiri dignatur, ut earum medio et auxilio ecclesia dei unionem et pacem, terra sancta de manibus inimicorum Christi liberationem, Greci et Latini de suis inimicis 5 victoriam et triumphum, infernus et demones interitum et confutationem, angeli sancti letam suarum sedium restaurationem, et beata denique trinitas perennes gloriam et laudes possint reportare! Vivat igitur et in piissimo corde vestro, beatissime pater, quemadmodum una cum illustrissimo et potentissimo principe nostro domino ducè Burgundie nos hic humiles sui oratores et nuncii devotissime supplicamus: magis ac magis semper abundet hec felix et superextollenda mater caritas, que filios suos tante consolationis lactat uberibus et omnia possidens nunquam que sua sunt, semper autem, que sunt Christi Yhesu preponit et querit. Vivat et super vos gloriosissimos principes populorum, sacerdotes et ministros domini in hac sacra sinodo cum deo Abraam congregatos. Et sicut nos oratores tanti principis rursus vestris reverendissimis paternitatibus humillime supplicamus: caritas vestra sic semper magis ac magis 15 abundet, quod vestris continuis laboribus et studiis vestrisque salutaribus consiliis inter sanctissimum dominum nostrum patresque tam reverendissimos dominos cardinales quam ceteros dominos et ecclesiasticos Basilee congregatos pax, concordia et perfecta reconciliatio, quemadmodum id fieri pro conservatione christianitatis catholice princeps noster arbitratur summe necessarium, festinanter et efficaciter procurentur et valde dilatatum accipiant complementum. 20 De ceteroque supra vos et ipsos semper vivat, dominetur et regnet 'pulchra ut luna, electa ut sol' filia caritatis concordia, per quam experientiis quotidianis d[omi]centibus parve res crescunt, opera magna et ardua, cuiusmodi sunt illa, que geritis in manibus, felicem et solidum finem assequuntur, obtinentur victorie status et bonorum inest securitas, metus et meror perdendi acquisita depellunt[ur], gaudium 'et letitia generantur et permanent in animis, tandemque status triumphanter acquiritur omni bonorum aggregatione perfectus, sicut scriptum est: 'Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram', et 'beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur', in presenti per gratiam et in futuro per beatificam dei visionem, quam spiritus sanctus, patris et filii caritas, nexus et amor, omnibus pro pace et concordia christianorum tam Latinorum quam Grecorum laborantibus et orantibus prestare dignetur in secula seculorum. 30 Amen.

57r

ANDREAS. Hic fuit religiosissimi viri sermo non minus gravitate quam affectu ac caritate prolatus. Fuerunt igitur hec in conventu precedentis diei, in hac | conventionem imperatori dicta fuerunt verba preposita. Illicoque interpres nostris sex deputatis suo loco consentibus inquit. 35

57v

INTERPRES. Si placet vobis, ut nostri deputati veniant, ut aliquid dicant, domino imperatori placet.

CARDINALIS. Placet.

ANDREAS. Sex ex Grecis prepositi ad locum nunc primo venerunt, et Ephesinus archiepiscopus hec verba in medium dixit. 40

EPHESINUS. Nunc deo duce sermonem nostrum prosequimur et deo iuvante incipimus ad respondendum his, que dicta fuere per dominum cardinalem; ita inquiremus intentionem

1 Macometti V.    3 inextimabile || quas V.    7 perhennes V.    10 habundet V.    12 Uniat  
V.    16 habundet V.    22 decentibus V.    23 falicem V.    25 depellunt V.    26 exspe.  
claretur forte omnium V.

12 cf. Phil. 2, 21.

21 Cant. 6, 9.

27 Mt. 5, 4, 9.

et veram sententiam prohibitionis, de qua nunc agitur inter nos, quam inquisitionem debemus facere ex his, que posita sunt in diffinitione et lege et sermonibus, ac ex his, que scripta sunt in epistolis datis in diversis locis secundum prohibitionem. Verum rogamus vos, patres reverendi, placeat breviter reddere responsa, quotiens opus fuerit interrogare. Et ut sic dicamus, respondeatis aut per assensum vel per negativam; tali namque modo disputatio nostra prosequetur et facilius poterimus invenire veritatem, quam querimus. Si autem cum nos interrogemus vos, de re aliqua dubia volentes accipere a vobis aut sic aut non secundum legem dialecticorum, vos autem respondebitis per prolixos sermones et implicatas et varias responsiones, erit oportunum per nos fieri prolixiores tractatus, et hoc modo cum difficultate veniemus ad conclusionem. Sit responsio vestra *sic* aut secundum legem dominicam *non*. Et certe si dominatio vestra aliquid latius vellet oportune dicere et rem clarius ostendere, post responsiones, quas daturi sumus ad eversionem vestrorum argumentorum, quicquid habebitis dicere ad confutationem nostrorum, poteritis confidenter dicere, et libenter audiemus; que omnia breviter et per decisiones debent inter nos tractari, ut posita conclusione ad ulteriora possimus procedere. Profecto, eundem ordinem et nos observaturi sumus, cum fuerimus de re aliqua interrogati. Satis sit ex exordiorum sermone; iam denique ingrediamur ipsum propositum.

Carisius ille nihil donatus est ad confirmationem vestre rationis; nam concessum in pluribus et a vobis est illam professionem illius vel fidei sue expositionem particularem et privatam fuisse nec debere extimari pro communi. Hoc autem nec per illa tempora nec post prohibitum fuit. Quamobrem merito ille Carisius non fuit reprehensus, cum nil legerit reprehensione dignum, cum commune non tradiderit symbolum, sed privatam fidem. Denique velle patres illos voluisse intelligere *aliam fidem*, id est, contrariam fidem, est contrarium eorum intentioni et legi. Quod hoc sit repugnans vi et sententiæ legi[s], manifestatur ex hoc, cum aliud diversum sit quam *contrarium*. Omne namque contrarium diversum, non e contra; nam albo colori nigrum contrarium, fuscum non, sed omnino diversum. Etiam albo musicum non est omnino contrarium, sed diversum. Nolle autem in universali negativa particularem intelligere absurdum est. Nam quod simpliciter negatur, universaliter debet intelligi. Et si quis diceret lapidem non esse animal, non solum negaret non esse animal, sed quodcumque animal non esse lapidem. Itaque illi patres, qui prohibuerunt *aliam fidem* non solum <prohibuerunt> contrariam, sed omnem *aliam*, que in dictionibus aut aliqua littera esset variata. An videtur vobis omne diversum esse contrarium? Interrogamus a vestra paternitate, an differat diversum a contrario.

CARDINALIS. Reverende pater, paternitas vestra exhortata est me ad breviter; finis istius sacri concilii non est brevitatis, sed repertio seu declaratio veritatis. Unde quicquid est ad inveniendam veritatem, non debemus refutare, quia est finis noster. Ergo rogo paternitatem vestram, ut non imponat mihi legem, prout non impono vobis, quia necessarium est, ut hec materia bene discutiatur. Sed ego volo dare aliud remedium, quo ego non gravabo vos, si essem longus, nec me, si essetis longus. Non faciamus tam longa intervalla dierum, sed quod hodie non fit, fiat cras, et in paucis diebus finiemus et sic in duobus diebus faciamus plus quam uno mense, prout nunc, et veniemus ad finem. Tamen volo esse brevis; sed volo primo aliqua dicere ad finalem declarationem et postea verbo post verbum respondebo. Deus posuit in ore tuo illud verbum, ut dixeritis verbum Christi, ut dicamus: 'est, est, non, non', et hoc pro-

7 dialecticorum V.

10 necnon V.

20 extimari V.

24 sententiæ legi V.

26 fuscus V.

34 exortata V.

43 cf. Mt. 5, 37.



derit ad declarationem materie nostre. Quero, an, cum aliqui petierunt a sanctis patribus, ut quid declarent, et non responderunt: 'est', sed longius, an transgressi sunt preceptum Christi. Certe si volumus intelligere verbum ad corticem, omnes, qui fecerunt longos tractatus, essent transgressi mandatum Christi. Sed verba Christi sunt intelligenda non secundum corticem, sed secundum intentionem ut respondeat *<n>t* veritat[i], non quod addatur, quod non esset, 5 prout dixit: 'quod amplius est, a malo est.' Et istud habeo ex beato Agathone, qui dicit in epistola sinodali, quod fides non capit augmentum nec diminutionem, sed sicut dicit scriptura, debet esse, est, est, et quod amplius est, a malo est. Et beatus Agatho intelligit, quod nil fidei est addendum, quod malum sapiat, sed exponenda est veritas; non autem intelligit, quod non fiat responsio nisi per verbum 'est, est, non, non' quia ipse fuisset transgressus, qui 10 multa dixit.

EPHESINUS. Volo respondere.

CARDINALIS. Mittas me finire. Ego volo allegare duas epistolas sinodales, que declarent, quomodo sumenda sunt illa verba, et facient ad quesitum vestrum. Et prima epistola est [concilii] Ephesini ad Theodosium imperatorem, et ut breviter expediam. 15

IMPERATOR. Dominus Ephesinus non perfecit.

CARDINALIS. Audias patienter. Epistola dicit, quod sinodus confirmata erat ad confirmandum fidem et ad deponendum ab omnibus dignitatibus, qui sapiunt corrupta. Unde hec epistola declarat, quod verba illa *aliam fidem* intelliguntur de sapientibus corruptam fidem, quia illi sunt, qui deponuntur, qui corruptam fidem sapiunt. | Secundo ex alia epistola 20 58v probo sensum illius legis; est alia epistola, que incipit 'Circa pietatem', et dirigitur imperatori, que dicit, quod episcopi, qui venerunt ad sinodum ex parte Celestini pape, aperiunt sensum pietatis et recte fidei, et quod consonanter diffinierunt caritatem et fidem una cum patribus Ephesinis et qui aliud saperent, deponerentur ab omni dignitate. Unde prohibitio illa, que dicit, quod predicans aliam fidem deponatur, intelligitur de his, qui extra caritatem 25 et fidem predicant, licet per prius dicta sit declaratio et verus sensus illius prohibitionis. Si tamen nunc ostendam vobis per declarationem concilii general[i]s declarationem illorum verborum, numquid merito debetis tacere? Sinodus ista Calcedonensis loquens ad Martianum imperatorem excusat beatum Leonem, qui exposuit fidem, et dicit, quod aliqui putaverunt, quod nulli liceret exponere fidem nisi patribus, qui in Nicea fuere. Sinodus dicit, quod per 30 insurgentes errores permittitur aliis. Et postea sinodus incipit exponere symbolum: 'Credo,' etc. Et dicit, quod propter errores in *<concilio>* constantinopolitano fuit additum et 'credo in spiritum sanctum'. Item et Basilius et Damasus coacti sunt facere alias declarationes; postea dicit, quod propter errorem Nestorii sinodus Ephesina fuit coacta exponere. Rogo vos et te imperatorem, advertas: sinodus continuat et dicit: forte aliqui putant quod usque ad 35 sinodum Ephesinam debeamus consistere et non ultra procedere, quia in sinodo Ephesina est prohibitum facere aliam fidem.

EPHESINUS. Quid dicitis?

CARDINALIS. Hoc modo incipit allocutio sinodi ad Martianum, et incipit: 'Et hec profecto.' 40

5 veritatem V.                      6 Aghatone V.                      15 concilii] episcopi V.                      17 *exspectaretur*  
congregata.                      27 generales V.                      33 Damasius V.                      34 coacta V.

6 cf. Mt. 5, 37.                      7 cf. concilium VI = MANSI XI, 293 A.                      15 cf. concilium Ephesinum,  
epistola synodalis ad Theodosium imperatorem = MANSI IV, 1235 C sqq.                      21 cf. MANSI IV, 1301 A.  
28 cf. concilium Chalcedonense, pars III, c. 1, allocutio concilii Chalcedonensis ad Marcianum imperatorem =  
MANSI VII, 456 C - 7 A.                      31 *ibidem*, 457 A.                      32 *ibidem*, 457 C.                      33 *ibidem*, 460 A; 461 D, 464 A.

IMPERATOR. Legatur textus.

CARDINALIS. Hec sunt verba textus : ' Sic et apud Ephes[um], quod de genetric[e] domini ' dubitabatur, ' scripto firmatum est ' ; postea dicit, quod isti declararunt veritatem, et subdit : sequitur, quod ' hucusque consistere fidem dicit qu[od]que esse hoc preceptum hereticis pro-  
5 mulgare debet. Nam preceptum removet homines ab impugnatione veritatis, non autem prohibet pastores [ab] defensione. '

EPHESINUS. Non facit mentionem de prohibitione.

CARDINALIS. Sinodus Calcedonensis dicit, quod sinodus Ephesina scripto firmavit de genetrice dei, ergo <secundum vos> post non licet plus scripto de fide addere, quia fuit facta  
10 prohibitio. Ex hoc apparet, quod concilium dicit, quod illa prohibitio de non addendo fidei dicitur hereticis, non sapientibus veram fidem, et habet locum in impugnantibus veritatem ; et subdit : Si quis depravat intelligentias patrum, hic habetur obnoxius pene transgressionis precepti. Sinodus Ephesina obligat illos, qui depravant intelligentias patrum, non eos, qui dicunt veritatem. Iam ergo habemus declaratum intellectum illius prohibitionis terti[e] sinodi  
15 Ephesin[e], et non sum, qui do intellectum illu[m], <sed> sinodus Calcedonensis est. Quid  
59r amplius laboramus, | cum habeamus veritatem ?

IMPERATOR. Rev. domine, pars vestra plus dixit quam voluit. Et nunquam permisistis, quod dicerent nostri, quia antequam patres [per]ficerent responsionem, addita adiungitis aut eadem aut nova, unde tali modo nunquam res hec poterit bene concludi. Necesse est, ut  
20 audiatis responsiones perfectas, quas facient nostri.

CARDINALIS. Domine imperator, non estis propter aliud nisi ut audiatis veritatem. Ego non dico quid extraneum ; vestri faciunt argumentum, ego premitto, que sunt necessaria ad solutionem illius argumenti, cum in mundo non poss[i]t reperiri maior declaratio quam sinodi. Et qui habent dubitationem, hac declaratione audita non debent amplius habere dubi-  
25 tationem, quia concilium declarat prohibitionem comprehendere illos, qui depravant sententias patrum.

IMPERATOR. Non impedimus, ut veritas inquiratur, sed propter hoc veni ; verum inventio veritatis debet fieri cum modo suo et non sine modo. Nam si conceditur hoc, quod semper una pars dicat et alia non respondeat, non poterit iudicari, quid sit veritas. Si disputationes  
30 irent cum ordine, etiam res bene iret, et cum nostri dicant pauca verba et in responsionibus multa dicitis et aliquando impertinentia, ergo non poterit res concludi.

CARDINALIS. Sicut non attulit impedimentum expectare vos per XXIIIor dies, non tedeat vos expectare per horam, ut videatur veritas, cum omnia dicta concludentia sint. Venio ad responsionem. Duo dixistis, primo, quod Carisius nihil dedit nobis, quia dixit expositionem fidei privatam suam, que non erat prohibita. Ego dico, quod Carisius multum nobis  
35 donavit et quod per symbolum suum patet, quod prohibitio non habet sensum, prout intelligitis.

EPHESINUS. Non credo symbolum dici nisi publicum et commune, et quod non vocatur fides Carisii symbolum.

40 CARDINALIS. Ostendam vos adduxisse, quod symbolum est etiam privatorum.

EPHESINUS. Non recordor.

2 Ephesinum || genetricis V.  
V. 15 intellectum illud sinodus V.  
rent V. 23 posset V.

6 ab] ad V. || defensionem V.  
17 exspectaretur forte paternitas vestra.

14 Tertii Ephesini  
18 profice-

CARDINALIS. Scripture sunt et dico, quod ostendam, quod est verum symbolum. Ego declaro etiam privatam esse symbolum per quandam epistolam concilii Calcedonensis, que dicit, quod symbolum interpretatur a patribus et est collatio seu pactum, quod homo facit cum deo, etiam repertum est dicens, quod symbolum collatio sive pactum, quod fit cum deo per hominem, est epistola concilii Calcedonensis trium capitulorum; et est, incipit epistola: trium capitulorum. 5

EPHESINUS. Quis fecit?

CARDINALIS. Est in concilio Calcedonensi. Item et probabo aliter. Vos innuitis, quod professio fidei, quam fecit una persona, non dicitur symbolum. Ego probabo per epistolam Adriani ad septimum concilium, quod professio fidei, quam fecit Tharasius, dicitur symbolum. 10 Et in duobus locis Adrianus dicit symbolum Tharasii, ergo symbolum est fidei professio, licet non faciat eam universalis ecclesia, sed quod facit quelibet persona. Item probo per eam, que precedit diffinitionem in tertia synodo, quia illi, qui [reducerunt] illos episcopos, tradiderunt more simboli. Ergo symbolum dicitur, licet non commune. Unde quero: quid est symbolum? 15

EPHESINUS. Et | si hoc sit, quod dicatur symbolum privatam, non nocet nobis. 59v

CARDINALIS. Vocavi symbolum, quia vos semper dixistis symbolum Carisii; non debetis me arguere, si utor verbis vestris; non debetis vobis ipsis contradicere.

IMPERATOR. Hoc non nocet.

CARDINALIS. Non debebant me ii interrumpere et non debebant me inducere ad probandum ista; dico, quod Carisius multum donavit, quia cum prebuit symbolum suum et synodus non reprobabat, ergo sequitur, quod non est prohibitum facere aliud symbolum, dummodo sit fidele. Ad id, quod dicitis, quod privatim licet, non universaliter, dixi pridie, quod si ille textus habet intellectum, quem ipsi datis, expresse dicitis contra textum. Dicit enim: Nulli liceat proferre aliam fidem, ergo omnem prohibet, quia est universalis negativa, deinde dat 25 penam etiam singulari persone, quia dicit: laicus in singulari; ergo habet locum in particulari, et sic textus contradiceret intellectui vestro. Secundo, dixistis in secundo argumento, quod hec lex debet universaliter intelligi, quia debet comprehendere non tantum contrarium, sed diversum, ut comprehendat, quicquid est aliud. Ego hoc volvo contra et ipsum, quia si intelligitur prout vultis, ergo et privatim et universaliter erit prohibitum. Tertio, dico, quod 30 illud, quod dicitis, repugnat rationi et naturali et civili, quia videtur irrationabile, quod prohibeatur univers[e] ecclesi[e] et privat[e] person[e] non. Et satis est responsum ad primum argumentum. Venio ad secundum. Dicitis, quod lex non debet intelligi contra suam intentionem. Et dicitis, quod hec lex simpliciter et universaliter est intelligenda, et cum contrarium et diversum comprehendantur in hoc verbo *aliud*, et quod contrarium est aliud quam diversum, quia 35 album est contrarium nigro, sed musicum diversum; unde non tam debet prohibere aliam, id est, contrariam, sed diversam. Ego respondeo ad argumentum. Et dicam id quod Ieronimus respondit Luciferiano in quadam disputatione. Beatus Ieronimus allegaverit multas auctoritates contra Luciferianum, postea allegavit determinationem concilii universalis. Et dicit: 'Poteram cum his dictis univers[alis] ecclesie, intelligens determinationem concilii universalis, 40 desiccare omnes rivulos tue disputationis'. Ego habeo determinationem concilii universalis, que terminat illam prohibitionem. Sufficit ergo nobis, et quicquid dixeritis circa hanc materiam,

13 qui se dixerunt V.

universa ecclesia et privata persona V.

40 universitatis V.

5 non invenitur in actis concilii Chalcedonensis.  
MANSI XIII, 569 D.

10 HADRIANUS I, Epistola concilio VII =  
40 HIERONYMUS, Dialogus adversus Luciferianos, c. 28 = MIGNE PL 23, 181 B.

elido, quod ecclesia sic declarat et hec responsio sufficeret ad omnia. Sed ne videamur nos habere penuriam responsionum, plus addo. Ego dicam responsum legale, in quo peculiariter professus sum leges intelligere, et quod magis spectat ad legistas forte quam ad aliam scientiam, nostra disputatio, que positiva tantum | serpit, quod licet scriptura universaliter  
 60r 5 loquatur, tamen restring[i]tur per antecedentia et sequentia. Ego ne possem argui de prolixitate? Dixi pridie ex multis antecedentibus et sequentibus, quod verbum *alius* intelligitur de contraria, non de diversa. Item, cum resultaret contradictio, etiam est fienda restrictio. Cum ergo probavi, quod intelligitur de contraria, ergo non procedit, quod ipsi dicitis, et non datis responsum quicquam ad mea argumenta. Et proba, quod non universaliter sumatur  
 10 verbum *aliud*; illud, quod dicitis, posset procedere, cum esset aliquis terminus, qui esset equivocus et haberet sub se plura significata. Si reperirentur plures fides, forte posset procedere, quod dicitis, sed non est nisi una fides, quia dicit apostolus: 'unus deus et una fides'. Cum ergo dicitur *alia fides*, est oportunum intelligere *et contraria* sicut si dicitur: non adores alium deum, illud verbum *alium* intelligitur, id est, falsum. Ita hic cum dicitur *aliam fidem*, id est,  
 15 falsam fidem et hereticam fidem; et per ista est responsum ad argumentum. Si vultis dicere, dicatis breviter, et breviter respondebo.

COLLOCENSIS. Ex verbo Greco declaratur quod verbum hoc *aliud* intelligitur de contrario, et cum dicitur apud Grecos *theoroseon* intelligitur diversum. Ergo cum dicitur *aliud*, id est contrarium secundum Grecos.

20 EPHESINUS. Placet, ut quid dicam?

CARDINALIS. Placet, et hodie et cras et post cras, dicatis usque ad noctem.

EPHESINUS. Respondebo Collocensi. Cum vestra paternitas dixit velle probare contrarium per dictionem Grecam, nomina decenter et accomodate dicuntur illis rebus, quibus dicuntur. Quando vestra paternitas memoravit illud *theoroseon* id est contrariam opinionem,  
 25 dico, quod magis suffragatur intellectui nostro.

COLLOCENSIS. Ostendatis.

EPHESINUS. Nam illud *theoroseon* intelligitis de contraria fide. Nam una est vera, et multe sunt fallaces et mendaces, et omnis opinio, que esset preter veram opinionem, necesse est, ut sit falsa; ergo omnis theo[roseon] necesse est, ut habeat contrariam; hoc opitulatur  
 30 rationi [no]stre. Nam cum una sit vera fides tradita in Niceno concilio et una debeat esse et secundum sensum et verba, omnis alia fides vel circa sensum vel verba prohibita est, ergo facit pro nobis, quod dixistis. Nam aliam opinionem necesse est esse contrariam quoad sensum, aliam oportet esse contrariam quoad verba.

COLLOCENSIS. Duo dixistis, ex quibus dixistis me opitulari opinioni vestre; si hoc verum  
 35 sit, ostendatis. Secundum dixistis *theoroson*, id est, diversum intelligere contrarium quoad sensum vel quoad verba; volo ostendere hanc responsionem non posse procedere nec secundum philosophos nec secundum theologos.

EPHESINUS. Patiamini, quod clarius dicam.

60v COLLOCENSIS. Placet. |

40 EPHESINUS. Ego ita dixi, quod verbum *aliam opinionem* necesse est semper intelligi falsam, cum una sit vera opinio, sed verbum *aliam veram expositionem* ad symbolum, ita necesse

4 in margine imago serpentis iuxta vocabulum serpit V.  
 vorum V. 24 *theoroseon lege* ἑτέραν (etheran) πίστιν.  
 stre V. 35 *Theodoroson* V.

5 restringuntur V.  
 29 Theodosius V.

10 equi-  
 30 ve-

est intelligere contrari[a]m et divers[a]m, quia mutatur secundum dictiones ; possunt fieri multe expositiones, prout multe sunt opiniones ac multe opiniones necessarie et contrarie vere opiniones, multe expositiones autem non necessario sunt contrarie, sed variato modo, expositiones tamen sunt ad invicem diverse.

COLLOCENSIS. Satis est, ab initio percepi sensum verum. Iterum dico cum reverentia, quod 5 dictum vestrum non satisfacit dicto nostro, maxime convenit dictis domini rev. mei. Ostenditur sic : cum dicitur theoroson, id est diversum, intelligitur contraria ; Grecum dicitur ethera fides, id est, contraria. Sed in diffinitione tertii concilii dicitur ethera fides, ergo intelligitur de contraria, et confirmatur hoc modo. Opinio et fides secundum philosophos et theologos 10 sunt habitus in mente nostra quamquam differentia quoad obiecta, secundum Aristotelem in libro Posteriorum. Unde sicut etheron iunctum opinioni facit diversum, ita iunctum fidei facit contrarium, et maxime, ut dicit reverenda paternitas tua, quod una est recta opinio ; id est, cum ponitur [e]theron, id est, diversum, intelligitur contrarium. Hac ratione una est fides, ergo etheron fidei id est contraria ; ergo in tertie sinodi prohibitione dicitur contraria.

CARDINALIS. Ego respondi argumentis vestris et quia non respondistis meis, habeo vos 15 pro confesso, quia ita imposuistis pridie mihi legem, et ita rogo vos, scribentes, ut scribatis.

EPHESINUS. Reverendissime domine, si dominus Collocensis tacuisset, ego vobis respon- disse, quamquam et hoc non fuerit satis iustum, et ego recipere <debuisssem> responsiones ad quesita mea ; ad que non veniunt ad propositum quesiti mei non teneor respondere.

CARDINALIS. Mecum habetis legem illam. 20

EPHESINUS. Ego dicam.

CARDINALIS. Habeo vos excusatum, quia non mirum, si non respondeatis, quia ego ne- scirem, si vellem.

EPHESINUS. Responsum, quod debebat fieri, sustulit temporis angustia ; nam cum unum argumentum fecissem, multas responsiones percepi et protestatus sum primo, et nihil operata 25 est protestatio mea.

CARDINALIS. Obmittamus proemia, respondeatis.

EPHESINUS. Multa dixistis, multe exiguntur responsiones.

CARDINALIS. Placet.

ANDREAS. Certa in Greco imperator suis protulit. 30

CARDINALIS. Pro deo, non perdamus tempus.

ANDREAS. His auditis surrexit Ephesinus et ante imperatorem accessit, demum reversus ad locum, imperator hec protulit.

IMPERATOR. Ephesinus incipiet ad dicendum, quod ceperat dicere, quia non videtur ne- cesse respondere <dictis> per paternitatem vestram, quia fuerunt ita longa, quod exiverunt 35 de memoria sua, et sic non posset respondere ; prosequetur, que ceperat et si tempus patietur, postea respondebit dictis vestris et si hora non patietur, alio die respondebit.

EPHESINUS. Respondebam | ad pauca, que dicta sunt per paternitatem vestram. 61r  
Dixistis Carisium multum donasse vobis, expositi[onem] symbolum appellastis. Quero igitur : expositio Carisii fuit tradita illis, qui convertebantur, ut symbolum universale an ut recta pro- 40 fessio fidei fuit admissa ? Nam si aliqui non usi sunt ut publico, hoc nil facit ad nos ; nam nos illud symbolum dicimus prohibere universaliter, quod in ecclesia dicitur et in baptisate

6 conveniunt V.      6 domini . r. in V.      7 ethedoroson V.      15 sub respondi ponun-  
tur per distractionem puncta V.      27 prohemia V.      39 expositis V.

10 ARISTOTELES, *Liber posteriorum* (= *Analytica posteriora*), c. 23 = DIDOT I, 152.

dicitur et in missa ; particularem et privatim cuiuscumque fidei expositionem facere minime prohiberi dicimus. Quid hoc ad nostrum propositum, si expositio Carisii fuit admissa ? Nunquam tradidit ut universale symbolum, nisi ut ostenderet suam expositionem consonam Niceno.

5       **CARDINALIS.** Carisius non tradidit his, qui debebant converti nec ut communem, et sic respondeo ad duo. Et cum queritis, quid ad nos, dico, quod multum ad vos. Querimus, an liceat dicere symbolum aliis verbis. Et cum non fuit prohibitum ; ergo facit ad propositum. Et cum dicitis, quod textus loquatur de simbolo, quod cantatur in ecclesiis, textus non dicit de ecclesia vel privato, non facit differentiam, si dicatur tantummodo vel privatim ; et dico,  
10 quod paternitas vestra facit contra legem, quia dicitis aliud quam contineatur in prohibitione, ergo dicitis aliud quam continetur in lege. Ad id quod dicitur de communi, dico, quod non est verum, quod prohibeatur commune symbolum, et tota ecclesia approbavit et suscripsit se et illud est commune, ergo non prohibitio, et ipsa sinodus in fine quarti actus fecit symbolum et communiter approbatur, nec est Nicenum nec Constantinopolitanum, nec symbolum Tharasii,  
15 et nullus asseruit, quod male fecerit. Si dubitatis, an sit in fine quarti actus, ostendam. Per ista apparet, quod non prohibetur commune.

**EPHESINUS.** Invenitur hoc, quod paternitas vestra dixit ; unde licet quod illa professio Tharasii fuerit approbata ut commune symbolum et si invenitur in fine quarti actus aliud symbolum preter illa, que fuerunt in conciliis precedentibus, tacebimus. Verum est, quod illa pro-  
20 fessio Tharasii ita fuit approbata ut Carisii professio et ut illa Agat[h]onis ut privata professio, non ut commune symbolum ; nemo enim in ipsis symbolis, de quibus facitis mentionem, quis est baptizatus, nec in ecclesia cantata, sed tacita.

**CARDINALIS.** Dicitis, si probo, que dixi, vultis tacere ; probo primo, habemus ex epistola Adriani, quod professio fidei Tharasii est symbolum.

25       **EPHESINUS.** Nos non admittimus, nisi videamus, nos non cognoscimus vocem ipsam.

**CARDINALIS.** Ego ostendam. Tharasius fuit assumptus ad patriarchatum ex statu laicali ; dicit Adrianus, et in hoc apparet auctoritas Romani pontificis, quod nisi vidissemus symbolum fidei in epistola tua tex[tum] et nisi vestram orthodoxam fidem in vestris epistolis sacri simboli secundum ritum conciliorum, et de ymaginibus venerabilibus vidissemus recte sen-  
61v 30 tire, | et non vidissemus scripta tua, quantum cor nostrum tristatum est de illicita vestra ordinatione, tanto ex confessione fidei vestre anima nostra letata est. Invenimus in tua epistola confessionem sacri simboli inferius.

**EPHESINUS.** Non dicitur ibi symbolum Tharasii ; certe ibi dicitur, quod contine[t] symbolum.

35       **CARDINALIS.** Ego dico, quod in epistola inseruit symbolum sue fidei. Nos habemus, quod professio Tharasii est symbolum. Secundo dico, quod sinodus suscepit hanc professionem, ergo illa professio per omnes recepta efficitur communis, ergo symbolum est commune.

**EPHESINUS.** Fallacia est. Dicimus professionem Tharasii fuisse approbatam ut privatam et hoc est clarius sole. Nam et epistola Cirilli in tertia sinodo fuit admissa et Agat[h]onis in  
40 sexta, que continent professionem, sed non ut simbola communia.

**CARDINALIS.** Nemo dicit, quod Cirillus fecit symbolum et nemo nominat epistolam Cirilli symbolum, prout alia nominantur. Unde est ratio differentie. Sed magis professio fidei Cirilli antequam approbaretur per sinodum, erat private persone ; amplexata per sinodum facta est communis, et omnes adstringuntur ad tenendum illam ex quo ecclesia admisit. Et qui

13 *expectaretur* prohibita.  
tonis V.       tine V.

17 *forte post* EPHESINUS est *supplendum* vocabulum non.  
28 *post* textum *spatium vacuum unius vocabuli* V.  
39 Aghatonis V.

20 Agha-  
33 con-  
tine V.

contrarium sentiret, est hereticus. Nam privata professio fit communis communi approbatione. Ita privatum symbolum communiter approbatum fit commune. Et probatur per epistolam Agat[h]onis, qui mandat suam professionem dare illis, qui convertebantur ad fidem. Ergo apparet, quod ecclesia non inhietur facere symbolum. Sed forte movet vos, quod secundum hoc in ecclesia erunt plura simbola, dico, quod hoc non est absurdum, quia habet symbolum apostolorum, Nicenum, et Constantinopolitanum, et quia non differunt nisi in verbis, reputa[n]tur unum. Quod in baptizando fit oportunitate dicere symbolum commune, dico, quod non est de substantia, sed sufficit, quod baptizetur in nomine patris et filii et spiritus sancti, nec symbolum est necessarium.

EPHESINUS. Agatho in sua epistola tenet, quod debeat tradi convertentibus ad fidem sua fides ?

CARDINALIS. Ita.

EPHESINUS. Nos habemus dictum patrum, quod dans aliud symbolum quam datur per universalem ecclesiam, sit anathema.

CARDINALIS. Hec sunt verba epistole : 'Sinodo etc. Sed i[i]s, qui converti voluerint ad veritatem. Et dicit, quod sit immutabilis et quod omnibus predicetur, et quod volens aliam fidem habeatur infestus fidei et reus manifeste damnationis. Et qui fuerit ista confessus, reputatur in communione nostra et concors apostolice fidei, et erunt consacerdotes et comministri fidei. Et iis, qui converti voluerint ad veritatem fidei, hec professio nostre fidei cum simplicitate cordis proferatur ; vult, ut sit communis, et qui eam non tenent, sunt damnati. Et hoc fuit per concilium confirmatum. Et tamen non profitemur illam eisdem verbis nec incurrimus penas, ex quo sumus in fide concordēs, quia diversitas verborum non constituit aliam fidem, ymo ut quid dicatur aliud, debet intelligi ex intellectu. Probatur ex duobus actibus septim[e] sinodi. Quia Theodorus cum toto sua patriarchatu fecit unam professionem ; Tharasius aliam. Sinodus interrogatur, an si[n]t catholice. Fuit hoc notabile verbum dictum, quod he due professiones sunt unum et idem, et nulla in eis diversitas, sed perfecta identitas, et tamen verbis differunt. Diversitas verborum necessario non includit diversitatem, quia una res pluribus vocabulis potest nominari. Ad id quod dicitis, quod dans aliam fidem [quam] symbolum sit anathema, sequeretur quod baptizatus sine simbolo sit anathema, quod non est verum ; nec diceretis, unde verbum *aliud* intelligitur de falso, ut dicitur de nestorianis, quibus fuit datum symbolum perfidie, et intelligitur de simbolo corrupto et extra sensum pietatis et fidei, prout probavi per epistolam sinodi. Item debet intelligi de simbolo heretico vel depravante diffinitiones patrum, prout probatur in sexta sinodo.

EPHESINUS. Quod per paternitatem vestram dictum est de Agathone, non [deducitur], sed ipse dicit, que et si non diceret deberemus dicere. Nam que fuerunt per sanctos patres recepta, debemus admittere. Quicumque non admitteret tales professiones, ille rationabiliter esset condempnatus suppliciiis eternis, ut Agat[h]o dicit. Sed propter hoc non debemus illa ut simbola recipere nec simbola appellare, nam secundum hoc in ecclesia erunt diversa simbola, nec ipsemet Agatho de se dixit hoc, quod sua professio debeat tradi illis, qui baptizantur. Sed dixit omnem suam professionem debere dari omnibus ut veram, ut particularem et

3 Aghatonis V.                      7 reputatur V.                      24 septimi || patriarchatu V.                      25 sit || hec V.  
29 fidem sit anathema ; quin symbolum, sequeretur V.                      34 non dicuntur V.                      37 Aghato V.

15 cf. epistola Agathonis papae = MANSI XI, 297 A.                      24 concilium VII, professio fidei Tarasii, apud MANSI XII, 1119 E sqq. et professio fidei Theodori patriarchae Hieros., ibidem, 1135 C sqq.                      26 cf. concilium VII, actio III = MANSI XII, 1146 D sqq. (allusio).

privatam. Nemo unquam sub illo simbolo fuit baptizatus, nunquam lectum in ecclesia tempore sacre misse. Sed vos habetis ostendere hoc, quod illa professio Agat[h]onis fuerit lecta in ecclesia. Querimus, an symbolum Agat[h]onis fuit unquam traditum baptizatis aut lectum in ecclesia. Perspicuum est, quod omnibus, qui baptizantur, legitur symbolum, nec hoc  
5 est negandum; nescio, si vos aliter facitis. Nunquam symbolum Agat[h]onis fuit lectum pro simbolo communi.

CARDINALIS. Dixistis, quod ex epistola Agat[h]onis non probaveram, que volebam et quod Agat[h]o non appellat symbolum et quod illud non fuit traditum baptizan[dis] nec unquam lectum in ecclesiis et quod requiritur in baptismo, ut legatur symbolum, et quod se-  
10 cundum hoc essent multa simbola. Ad primum ego deduxi ex ipsa epistola, quod debet dari convertentibus ad fidem.

EPHESINUS. Hoc non iacet in epistola.

CARDINALIS. Hec sunt verba: 'His, qui converti ad veritatem voluerint, proferimus nostre fidei ordinem cum simplicitate cordis et verborum veritate'. Et quod hec professio sit  
15 immutabilis et predicetur apud omnes; et cum loquitur 'volentibus converti ad veritatem', intelligitur de veritate fidei, quia de ipsa loquebatur.

62v EPHESINUS. Ego ostendi quod hoc non probasti. Agatho dicit in epistola volentibus converti ad veritatem | debeat sua professio ostendi. Et hoc, quod illo tempore in partibus Orientalibus erant diverse se[c]te, quia multi non credebant in Christo fuisse duas naturas,  
20 et ideo patefecit hoc.

CARDINALIS. Simpliciter Agatho omnibus profitetur, ergo habet locum in conversis seu [ex] iud[a]ismo seu ex gentilitate seu ex alio, quia dicit, quod sit immutabilis et teneatur apud omnes et quod non tenentes incurrant damnationem. Ad id, quod dicitis, quod non fuit lectum in ecclesia dei, dico, quod fuit lectum in sinodo Occidentali et Orientali. Et si non  
25 fuisset lectum, satis est mihi; ut non faciat contra prohibitionem. Nam non dicitur in prohibitione: in ecclesia vel alibi. Unde quero, an si quis in platea aliud symbolum dicat, an peccet, si falsum esset.

EPHESINUS. Ille, qui cantaret in platea, non faceret contra prohibitionem.

CARDINALIS. Ibi dico falsum.

30 EPHESINUS. Semper prohibitum est et antequam hec prohibitio fuit prolata.

CARDINALIS. Num[quid] incurreret istam penam ille, qui crederet in se et non cantaret?

EPHESINUS. Incurreret, quia duplex est diffinitio et due sunt pene, primo expresse prohibet in simbolo aliquid mutare symbolum ipsum et eicere. Sic terminat sancta synodus: 'Nemini liceat aliam fidem scribere, sapere vel docere'. Sed hec omnia respiciunt ad mutationem sillaba-  
35 rum et dictionum, deinde seorsum illa diffinitio condemnat eum, qui saperet contrarium. Nam sequitur quod si argueretur, qui saperet dogmata Nestorii, sit condemnatus. Ergo duplex est diffinitio et duplicem ponit condemnationem, seorsum prohibet mutare symbolum, seorsum qui sentirent contraria. Si tempus pateretur, legeretur diffinitio.

CARDINALIS. Scio illa. Tua paternitas fatetur, quod ubicunque symbolum falsum profe-  
40 ratur sive publice vel privatim, incidit in constitutionem hanc; ex hoc habeo, quod hec lex intelligitur universaliter, sive locutio fiat in ecclesia vel alibi.

EPHESINUS. Non simpliciter ponitur, sed dupliciter.

CARDINALIS. Satis est mihi, quod ubicunque dicatur, incurrit penam.

2, 3, 7 Aghatonis V.      8 Aghato V.      8 baptizantibus V.      17 hoc quod V.      19 septem V.  
31 Numquam V.      35 condemnat V.      36 post si spatium vacuum duorum fere vocabulorum V.

13 cf. epistola Agathonis in concilio VI, MANSI XI, 295 E.



EPHESINUS. Si prohibitiones reperiuntur separatim, no [s] debemus separatim intelligere. Legatur diffinitio.

CARDINALIS. Placet, legatur diffinitio.

ANDREAS. Fuit lecta diffinitio his verbis; his igitur recitatis.

CARDINALIS. Notetis, quod non dicit; lecto simbolo. Unde prohibitio respicit omnia 5 lecta et diffinitiones et symbolum. Unde respicit et diffinitiones et omnia alia, quia si prohiberetur fieri aliud symbolum, prohiberetur fieri alia diffinitio, quod est falsum.

EPHESINUS. Idem est symbolum et diffinitio.

CARDINALIS. Ymo differentes sunt; hoc habetur manifeste, quod concilia fecerunt diffinitiones, non simbola. 10

EPHESINUS. Nonne secuti sunt primum symbolum et eos, qui auderent aliud symbolum, anathematizarunt, et expresse dicit Vigilius papa Romanus in epistola ad Euticem patriarcham Constantinopolitanum? Et legatur.

CARDINALIS. Cum hec prohibitio concernat et symbolum et prohibitionem, cum facte sunt alie prohibitiones diverse in verbis, | et cum queritis, quia sunt facte diverse prohibitions, non diversa simbola, dico, quod non fuit necessitas cumulandi ita in simbolis sicut 15 63r in diffinitionibus, et visum est primum symbolum sufficere; et non sequitur: non fecerunt, ergo non potuerunt facere. Deinde probavi quod alia simbola fuerunt facta sicut est Tharasii et quarte actionis, et dico: <in> quarta Calcedonensi et quinta non fuit factum symbolum, quod plures viderunt, quod errores illorum temporum potuerunt decidi per diffinitiones, sed 20 ecclesia Romana videns, quod error ille processionis spiritus sancti non poterat sedari nisi per frequentem cantationem, ideo fecit apponi illud verbum in simbolo; et certe verbum theot[os]cos potuisset addi per quartum concilium; aliter sequeretur, quod unum concilium posset alia concilia ligare et nos possemus ligare sequent[ia], quod est contra omnem rationem naturalem et politicam, quod in rebus positivis possit unum concilium alii legem imponere. Ad id, 25 quod dicitis de diffinitionibus, ego lego primo: prohibet ne proferatur alia fides quam in Nicena, et sic habet locum etiam in futuris conciliis, quod non possit mutare fidem. Secundo imponit, ut convertentibus ex iudaismo et gentili detur.

EPHESINUS. Legatur.

ANDREAS. Hec verba lecta fuere: 'His lectis terminavit sancta sinodus: Aliam fidem 30 nemini licere proferre seu conscribere vel componere preter diffinitam in Nicea per patres ibi conventos. Hos, qui auderent aut componere fidem aliam vel volentibus converti aut ex gentilitate aut ex iudaismo aut ex alio, [si sint] episcopi ecclesie privatos esse episcopos episcopatu, clericos clericatu, [laici] anathematizarentur'. Demum legit hoc modo: 'Si deprehenderentur alii, sive episcopi, clerici vel laici aut sapientes vel docentes aliter quam in prolata 35 expositione per Tharasium de humanitate unigeniti filii dei, qu[od] subiacerent sententie huius sancte sinodi. Et episcopus ab episcopatu, clericus clericatu privetur et laicum excommunicari volumus'.

CARDINALIS. Unde secundum verum intellectum prohibetur falsa fides et privatim et publice et privatis, sed vera non prohibetur nec in publico nec in privato nec in universali nec 40 in particulari. Ad hoc, quod dicitur, quod volentibus converti non detur alia fides; necesse debet intelligi de contraria, per duas rationes. Primo, ut dicit Ylarius: 'Intellectus verborum

1 non debemus V.      22 theotecos V.      24 sequentes V.      33 hos sive V.  
34 clerici V.      36 lege Carisium.      36 qui subiacerent V.

42 cf. HILARIUS, *De Trinitate*, lib. II, c. 3 = Migne PL 10, 51 B - 2 A.

non ex verbis, sed ex causa sumitur'; propter quam synodus apposuit hanc prohibitionem, quia quidam Iacobus, discipulus Nestorii tradidit perversam fidem et propter hanc causam fuit adiecta prohibitio. Secunda ratio, quia sequeretur magnum inconueniens, prout vultis intelligendo, quia eadem pena puniretur hereticus ut catholicus, si catholicus unum verbum  
**63v** 5 adderet. Hoc videtur absurdum, qu[od] similis pena | sit catholicis ut hereticis. Tertio, nonne concilium Calcedonense dicit illos incurrere penam, qui depravant sententias patrum, non qui exponunt et depravant Calcedonense concilium?

EPHESINUS. Patres, cum reperirent ab imperatoribus fidem exponi, non admittebant, ymo patres clamabant: nemo faciat ullam expositionem nec recipiatur nisi ut patres Nicee  
 10 fecerunt, tantum reverenter se habuerunt ad fidem illam, ut nec privatam expositionem admitterent, et cum aliquis voluisset fidem mutare, dicebant: sufficit fides patrum, plus exponere non possumus. Tandem imperatores instantes id fecerunt, verumtamen et cum reverentia exponentes, et reperitur ibi symbolum patrum ut fundamentum, ut ostenderent illud sequi in verbis et sensu, demum deductio et eorum dogmata; et cum accusarentur, quod Leonis epi-  
 15 stolam admiserant, responderunt imperatorem non admisisse fidei explicationem, sed epistolam ut declaratam. Hoc non prohibetur, ut extra te[x]tum declaratur veritas, ut heretici erubescant, qui si starent quieti, declarationes opportune non essent, sed sufficeret symbolum; propter hereticorum audaciam expedit, ut declarationes suscipiant, que per sanctos patres facte sunt; sic tertium concilium admisit Cirilli epistolam, non ut commune symbolum fie[re]t,  
 20 <sed> ut declarantem. Hec dicit synodus clamans imperatori.

CARDINALIS. Respondeo: et voluistis totum legere et non evacuastis dictum meum de declaratione Calcedonensis concilii, per quod declaratur, quomodo hoc verbum intelligitur, quia questio stat, quod prohibitio referatur ad depravantes fidem et non ad declarantes. Cum fundatis vos in clamore eorum, qui erant pro imperatore, fundetis vos in alio clamore, quia  
 25 cum locumtenentes imperatoris quererent, ut fieret declaratio, dixit synodus: addatur symbolo theot[o]cos his verbis dicentes: Ista fides patrum est, diffinitio deo placuit, hec fides orthodoxo[r]um, fides fraudem non patitur, sancta Maria theot[o]cos scribatur in simbolo. Tota synodus hec dixit, ergo non erat prohibitum h[oc] fieri, quia id non fuisset petatum.

EPHESINUS. Fuerunt Egiptii.

**30** CARDINALIS. Omnes preter Romanos presidentes pape et aliquos; unde pars maxima id voluit.

EPHESINUS. Quare hoc non fuit additum?

CARDINALIS. Quia de eo non fuerat dubitatio. Fuerat et ante decisum Mariam esse theot[o]con. Sed tunc dubitabatur, an Christus esset in duabus naturis; hoc volebant declarari.  
**35** Et si diceret<ur>, quare non fuit quesitum, Romani episcopi clamabant, quod non fieret alia expositio, et tamen fuit facta, quia melius consulti assenserunt voluntati presidentium pape et imperatoris. Facte sunt igitur semper declarationes, et licet ecclesie semper facere. Nec bene  
**65r** dictum est, quod quasi coacti fecerunt, cum ex his parum | illi concilio Calcedonensi deferunt dicen[do] patres permisisse compelli, et certe illud non fuisset tantum pro concilio sicut  
 40 non fuit tentum secundum, ubi vis et compulsio Dioscori affuit. Item textus dicit: 'Iuste persuasioni vestre assentimus'. Ad id, quod dicitur, quod Cirillus et Agatho non exposue-

5 quia similis V.                      16 testum V.                      19 fiet V.                      26 theotecos V.                      27 ortho-  
 dosorum V.                      27 theotecos V.                      28 hec fieri V.                      33 theotecon V.                      38 coacti  
 V || numerationem folii 64 omittit V.                      39 dicens V.

runt, ego habeo expresse, quod Cirillus exposuit fidem. Hec sunt verba : ' Que compendiose fides Nice[n]a continet, Cirillus [latius] exposuit '. Et Leo exposuit. Dicitur sic : ' Beatissimi pape Leonis dicta, que fidem exponunt contra errores Euticis ' et dicit, quod propter errorem licet exponere ; et non tam Leoni, sed et Flaviano, cum dicitur hoc modo : ' Martir Flavianus bene fidem exposuit '.

5

ANDREAS. His dictis finis verbis est datus ac perlibenter assurreximus hora iam tarda.

ACTUS UNDECIMUS OCTAVA DECEMBRIS.

Die octava predicti mensis cepit imperator in medium hec verba proferre : Reverende pater. Qu[ia] pridie, postquam recessimus, misi ad dicendum sanctissimo domino pape, quod modus servatus non placet deputatis, et impediuntur et non dicunt, quod volunt. Nam dicunt pauca et vos multa replicatis, et nostri non possunt dicere, que volunt, et propterea intinavimus beatissimo domino pape, ut talis modus tollatur de medio, ut fiant breves responsiones, et quod sua sanctitas dixit, quod hoc sibi placebat et quod ita ordinaretur de cetero. Nihilominus deputatis pro parte nostra visum est, ut hodie ipsi dicerent, quicquid volunt. Non videatur extraneum nec nos facere contrarium expositis .

15

CARDINALIS. Quia sum servitor imperatoris, fiducialiter loquar tue serenitati. Tua serenitas dicit, quod impediuntur vestri ; patientes fuimus et nunquam impedivimus, ut non dicerent, et si quid plus dictum est, quod sibi videretur expediens, dictum est ad declarandum veritatem, quia de necessitate est, ut respondens plus dicat quam qui arguit, quia plurime occurrunt responsiones. Et cum petieritis, ut per quesita breviter et responsiones procederetur et concessum esset et ad invicem conclusum, nunc videmini variare et illud destruere. Dicant, si placet, et forte respondebitur ita breviter pr[o]positis. Si autem dicunt continue, continue respondebimus antequam abhinc recedamus, quia nolumus, quod recedatis sine responsione.

20

IMPERATOR. Semper modum illum approbavimus, quem intinavi domino nostro, tamen propter hoc nostrorum intentio est, ut hodie dicant prolixius.

25

CARDINALIS. Dicatis, prout conclusimus et respondebitur verbum per verbum.

IMPERATOR. Nostri dicent con | tinue.

65v

CARDINALIS. Nos respondebimus, et dicatis per mensuram temporis, dicatis media hora, et nos media hora.

IMPERATOR. Dicemus, quantum volumus, ut dicendi requirit negocium.

30

CARDINALIS. Melius esset, ut fieret verbum per verbum.

ANDREAS. Incepit Ephesinus hoc modo.

EPHESINUS. In precedenti congregatione, honoratissimi patres, proposuimus ostendere responsionem vestram factam prohibitioni esse contrariam intentioni patrum, Primo itaque incipientes ab ipso vocabulo *aliud* vel *diversum*, in quo presentis questionis vis residet, satis approbate et evidenter ostendimus ad plus dici contrarium quam diversum nec esse aliquam necessitatem, ut possitis a voce divertere et solum intelligere contrarietatem, ut cum auditis *aliam*, intelligere contrariam, tantum, ut dicitis. Deinde a rationibus et verbis adductis per rev. dominum cardinalem tamquam... oportuit cedere. Nunc, si placet, redeamus ad pte-

35

2 Nicea V.

2 latius] laycus V.

3 Eutices V.

7 lege duodecimus || ottava V.

8 ottava V.

9 Quod pridie V.

22 prepositis V.

39 post tamquam spatium vacuum

trium fere vocabulorum V.

1 cf. MANSI VII, 109 C.

2 cf. MANSI VII, 113 C.

termissa, et continuando nos dicemus, que tunc non potuimus et pretermisimus, ne videamur  
 abuti ab ipso modo et vi disputationis nihil habuisse respondere ab eo, quod dictum fuit. Dici-  
 mus, quod et ipsa dictio simboli cum dictionibus et vocibus, que ibi iacent, cogit nos intelli-  
 gere fidem, et non solum secundum intellectum seu sententiam, sed et quoad litteras. Nam  
 5 omne symbolum collatio quedam vel compositio est, per que nos tradimus concepta ad aliu[m],  
 videlicet nomina sunt indicia seu simbola conceptorum, que sunt mentis, et oportet omnibus  
 eadem nomina exequi, que etiam intellectibus communica[n]t. Itaque apud omnes Grecos ratio-  
 nabile animal homo dicitur; simili modo apud omnes Latinos idem animal homo dicitur.  
 Nam aliter nunquam possent communicari in conceptibus et intellectibus nisi singulis dic-  
 10 tionibus et iudiciis uterentur, sic denique apud universos christianos ydem symbolum debet  
 haberi non solum intellectu, sed in vocibus, [ut] in conceptibus et vocibus videa[n]tur idem  
 communicare. Item symbolum seu sonus celi (!) sunt sex (!) tube, nec uno et eodem bello et quibus  
 sonus tube auditur, ergo et apud omnes christianos, qui contra hereticos susceperunt bellum,  
 unum et idem symbolum fidei debet haberi et cantari et debent idem symbolum habere ut si-  
 15 gnum et indicium belli suscepti contra infideles, ut symbolum idem dicatur voce et verbo.  
 Sillogismus ita se habet. Expositio fidei symbolum est; ecce minorem. Omne symbolum unum  
 et idem debet esse apud illos, qui utuntur; ista est maior. Fidei ergo expositio, que simbo-  
 lum dicitur, una et eadem apud omnes christianos esse debet. Videtur vobis aliquam no-  
 66r strarum pr[o]positionum non esse sanam? Videtur conclu- sio esse necessaria, nisi aliquis  
 20 velit repugnare veritati. Idem symbolum fidei, ut per viam diffinitionis sic capiamus, nil aliud  
 est nisi expositio fidei, que per voces et declarationes, que ibi sunt, intelligitur. Nonne pla-  
 cet hec diffinitio? Ergo credo, quod hec omnibus placere debet. Iterum dico: fidei symbolum  
 est expositio fidei, que per verba et voces consistit; aliud symbolum, quod prohiberent patres,  
 et eos, qui auderent <et> aliud facerent, adstringit anathemati, nihil aliud est nisi alia ex-  
 25 positio fidei, que constat aliis vocibus et vocabulis, hanc expositionem patres prohibent et  
 non <solum> contrariam, ut dicitis. Item proferre et conscribere et componere additionem ipsam  
 simboli, liquido refertur ad verba et litteras, ergo et secundum vocabulum constitutum est, ut  
 symbolum maneat; hec dicta sint ex dictionibus. Quod autem patrum intentioni expositio  
 vestra repugnet, manifestaretur, si volumus speculari intentionem patrum prohibentium, non  
 30 ex aliis actibus, que ad alios actus fecerunt, nec ex his, que primo dicta sunt, nec ex episto-  
 lis; nam in quolibet eorum propriam quandam intentionem habebant, licet omnis intentio  
 universe sinodi eo tenderet, ut beatus Cirillus dixit, et vos, videlicet, ut destrueretur opinio  
 Nestorii et eorum, qui eam sapiebant. Querendus igitur est intellectus prohibitionis <ex  
 his> que acta fuerunt circa ipsam prohibitionem et diffinitionem, insuper ab epistolis illis,  
 35 que postea fuere scripta, quibus circa istud latius continetur, cum per epistolas patres volue-  
 rint declarare intentum prohibitionis. Constat ex his, que acta sunt tunc temporis, allatum  
 fuisse per Carisium symbolum transformatum per nestorianos. Cum itaque patres vidissent,  
 quod nisi prohiberent per universalem et generalem prohibitionem tollere licentiam transfor-  
 mandi alia simbola, liceret omnibus hereticis semper, cum habeant licentiam transformandi  
 40 symbolum, inserere multas depravationes; ideo terminarunt, ut de cetero non liceat nec posse  
 tradere aliam fidem convertentibus ab heresi, id est, aliud symbolum. Ita dicit Cirillus, qui  
 fuit huius diffinitionis legislator et qui sua epistola exposuit. Aliud ergo symbolum contrarium  
 intelligere ridiculum est; nam tali modo multa et diversa simbola fuissent exhibita, cum  
 patres et concilia per diversa tempora declararent ex exortis <erroribus> circa rem fidei. Sed

5 aliud V.  
19 prepositionum V.

6 inditia V.  
33 eam] ea V.

7 qui V.  
36 intencum V.

11 vocibus et V.

15 iuditium V.

nec concilium ipsum tertium vocem ipsam *genitricis dei*, quam diffinierant, voluerunt simbolo inserere, que diffinierunt. Sed nullo modo fuerunt molesti, quin maneret immutabile, sed in privata diffinitione exprimeba<a>t id quod diffinierunt. Hec ab ipsis verbis diffinitionis excipienda | sunt. Prius igitur patres instarunt ad causam illam depravationis vel transformationis simboli vere fidei, deinde illos, qui sapiebant illas | pollutas opiniones, condempnarunt, dictiones denique familiares accomodate sunt rei. Nam expositioni simboli fidei illud accomodatur *nemini licere aliam fidem proferre, scribere*. Hec namque manifeste ad expositionem simboli respiciunt, que per dictiones fit in dogmatibus, similiter prohibent, ut nullo modo alia dogmata saperent. Legatur ipsa diffinitio, sed satis fuit lecta in precedenti congregatione. Videtisne ex illis, que fuerunt lecta, quomodo patres illi primo voluerunt inhibere transformationem 10 per dicta, postea etiam sensum privatarum opinionum, separatim prohibetur transformatio quoad vocabula et separatim, ne quis <aliud> sapiat.

CARDINALIS. In qua prohibitione prohibetur ?

EPHESINUS. In diffinitione tertii concilii.

CARDINALIS. Placet.

EPHESINUS. Et cum ita distinctim iaceant, non debemus miscere hec, attestante epistola ; nam in epistola illa, que scribitur ad Iohannem Antioenum : ' nullo modo patimur ', dicit Cirillus, ' moveri terminatam a patribus fidem ', hoc est symbolum. Auditisne illu[d] dictum *nullo modo fidem debere moveri*, nec per dictiones, dicit, nec per sensum ? Nam unus modus est motionis et est mutatio dictionum. Nam movetur illud, quod mutatur non solum 20 per sensum, sed etiam propter aliquas additiones vel diminutiones. *Nec permittimus nobis ipsis, nec aliis subsequentibus*. Auditisne, quomodo excipit se a potestate immutandi et aliis etiam, qui possent ? Nam ex parte totius concilii ipse dicit, dum respicit ad illam diffinitionem ; possetne aliquis hic dicere contrariam <tantum> fidem prohiberi ? Numquid et illi heretici erant, cum dicit : *nec nobis ipsis ?*, hoc idem nec dicit nec sentit. Sequitur dicens : ' non permittimus nobis nec aliis aliquid immutare nec sillabam transgredi '. Videtisne, quomodo usque ad dictiones et sillabas exegit diligentiam ? Et hanc auctoritatem videtis, quomodo nostris rationibus assensum dat, manifestum est. Potestve una sillaba aliquam heresim inducere, cum dicit : *nec sillaba ?* Sequitur : nostram opinionem attestatur per omnia, et secundum dictiones symbolum manet immutabile et inconquassatum. Nam impertinens erat sibi dicere : non 30 permittimus nobis contrariam fidem et esset hoc manifeste repugnans intentioni | ipso- 67r rum. Item post unionem Orientalium conquesti fuerunt aliqui de concilio illo, de beato Cirillo, quoniam susceperat Orientales, qui admiserant aliud symbolum quam Nicenum. At ille respondit excusans se in epistola ad Aca[ci]um sic dicens.

CARDINALIS. Quomodo incipit ?

35

EPHESINUS. ' Res quidem digna cognitione, ' si alias causa quidem digna elegit ' percipio vero, quod illud dicunt. '

CARDINALIS. Legatis superius ibi, nolite seminare super spinas, legatis.

ANDREAS. Lectum est his verbis : ' percipio, quod et illud dicunt, in simboli [expositione], forte quia illud antiquum dehonora[v]imus ; stultus stulta loquitur, et conscientia eius 40

I in simbolo voluerunt simbolo V. 18 illum V. 27 additiones V. 34 Acca-  
seum V. 34 post Acacium spatium vacuum trium fere vocabulorum V. 39 simboli succes-  
sione V.

18 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola 39* = MIGNE PG 77, 181 A.

36 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola*

40 = MIGNE PG 77, 101 D (*allusio*).

39 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola 40* = MIGNE PG77, 188 B.

40 cf. Is. 32, 6.

inania intellig[e]t. Verum illud dicimus non fidei expositione qui ad fidei expositionem aut aliquid a nobis quesierunt aut aliam suscepimus. Sufficit nobis ex deo inspirata scriptura patrumque sobrietas et etiam, quod ad unum quidem recte se habens expolitur fidei symbolum. Quoniam vero '.

5 EPHESINUS. Sequitur in ipsa epistola et declaratur, quare patres admiserunt expositionem fidei Orientalium, sed ut privatam, non ut publicam, et ideo ista obmittimus.

CARDINALIS. Et ego supplebo.

EPHESINUS. Demum subditur: ' Nam sancta et ycomenica synodus in Epheso providit necessario non debere ecclesiis dei fidei expositionem aliam inferri preterquam existentes, 10 quas patres in spiritu sancto loquentes terminarunt '. Cetera que sequuntur in epistola, credimus paternitati vestre nota; ideo ne tempus teratur, pretermisimus. Ex his apparet, quod vehementissime reprehendeb[ant] velle mutare symbolum preter declarata. Nam putaverunt, quod tanquam symbolum professio fidei Orientalium esset accepta et quia beatus Cirillus illos excusabat dicens, non quia contraria, sed quia non tanquam expositio fidei vel symbolum fuit 15 accepta, sed ut professio sue opinionis. Iterum in una alia epistola ad eundem Iohannem Antiochenum beatus Cirillus scribit, et ipsius voces in propria epistola conferens talia dicit.

CARDINALIS. Quomodo incipit?

EPHESINUS. ' Exultent '

CARDINALIS. Alias allegastis eandem.

20 EPHESINUS. Ista sunt verba Iohannis, que fuerunt posita in epistola Cirilli et hec ad litteram sunt: ' De <Dei> genitrice quomodo sentiamus et de modo humanitatis unigeniti filii dei <non> necessario in additionis parte, sed in plene informationis specie, sicut [un]iversum a divinis scripturis et a traditione sanctorum patrum suscipientes tradidimus, perbrevia dicemus nihilominus, nihil addentes fidei exposition[i] per patres sanctos Nicenos. Nam, ut 25 prediximus, ad omnem sufficit pietatis agnitionem et universe perfidie abdicationem '. Audistis, rev. pater, que de genitrice dei dicta sunt, et de modo incarnationis dei *dicemus non in parte additionis*; nam scribit prohibitam additionem in simbolo. Propterea dicit: ' nullam additionem in simbolo facimus '.

CARDINALIS. Non dicit symbolum.

67v 30 EPHESINUS. Sufficit, quod dicat: *fidei*, et | subdit: ' nil addentes fidei exposition [i] per Nicenos. ' Hec ita fecerunt, quia in simbolo non addiderunt. Videtis, quomodo opera verbis et verba operibus conveniunt, et omnia attestantur nostre intentioni. Ita intentio est diffinitionis, liquido apparet et a dictis per patres et que ab eisdem fuerunt data, que diffinitio nihil aliud significat nisi ut symbolum maneat immutabile, et quo <ad> additiones ne 35 licea <t> ex hoc unicuique volenti transformare symbolum et in ill[o] inferre opiniones hereticas, iusserunt et denique hanc diffinitionem debere valere et durare perpetuo cum penis horribilibus, quam diffinitionem fecerunt ut regulam catholice fidei, cum cognovissent, qu[od] ex hoc nulli detrimentum posset inferri, sed contra ex licentia posse addere et immutare, posse nonnunquam esse aliquam depravationem et sensus et dictionum. Si autem contrariam tantum pro 40 hibuisset, ut dicitis, superflua fuisset; nam talis res et antea prohibita erat; illud non facit,

1 intelligit V.	10 secuntur V.	12 reprehendebunt V.	13 quod si V.	25 expo-
sitionem V.	30 expositionem V.	35 illis V.	36 orribilibus V.	37 quia
ex V.	38 nonnuquam V.			

8 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola ad Acacium episcopum Meletinae* = Migne PG 77, 189 A.  
18 *ibidem*, 173 C.      30 cf. IOANNES Antioch., *Epistola ad Cyrillum Alex.* = Migne PG 77, 172 C.

quod prohibeat, quod prohibitum est. Item aliter inanes minime essent in eos, qui contrariam exponerent fidem. Nemo nunquam suam fidem ut falsam exponit, licet illa esset vere fidei contraria, sed credens suam fidem esse veram et sanam et sacris scripturis consonam. Unde sibi licere mutare symbolum dicere[nt], omnes namque veram suam fidem [ex]primerent, et supervacua esset diffinitio et verissime et profecto esset supervacaneus et inanis, qui talia auderet dicere. Item illum, qui contrariam exhiberet fidem, non solum episcopatu suo, si episcopus esset, sed etiam anathemat[e] constringeret, quod quidem maxime per dictum tertium concilium patet. Nestorium namque et anathematizavit, non solum episcopatu privavit. Ac in diffinitione iacet privari debere episcopum episcopatu, si comprehenderetur aliam fidem sapere ad immutationem secundum dictionem fidei solum respicit definitio, non ad immutationem secundum sensum ... episcopos depositione punit, laicos tradit anathemati.

CARDINALIS. Dicatis iterum.

ANDREAS. Etiam iterum repetierunt idem.

EPHESINUS. Iterum velle determinare ea, que omnibus fere vide<n>tur, non necessarium esse videtur, ymo furiosum. Sed quod contraria fides prohibita sit, omnibus videtur, etiamsi quid humanitatis sentiret. Ac beatus Cirillus dicit: necessario de hoc concilium providisse, nec iustum est de hoc intelligi ..., que omnibus videntur, videlicet de contraria fide et additione, sed de universa additione. Item cum quid fuit causa, ut aliquid fieret, potest etiam dici hoc illud facere, etsi principaliter illud non facit, at posse vera addere potest fieri causa, [u]t etiam falsa addantur. Cumque qui fidem sapit, non credit esse falsa, hoc vero est fidem movere; ideo possumus dicere illum, qui addit, esse causam immutationis fidei, etiamsi vera addit, quoniam cum hoc sit licitum, licere posset nonnunquam aliquibus etiam falsa inserere veris, cum illa viderentur vera. Quod ab ipsis rebus possumus percipere; multa ante ipsam prohibitionem habita sunt simbola, ut per ecclesie historias significatur. Potest ergo dici et ille fidem immutare, qui simpliciter addit, et non solum, qui falsa addit, ut vos dicitis. Item beatus Iohannes theologus et evangelista videtur voluisse suam apocalipsim intactam fore usque ad immutationem dictionum et maledicit, qui talia auderent: 'Si quis addiderit', dicens in hoc libro, 'addat super ipsum plagas domini scriptas in hoc libro, et si quis detraxerit, detrahat eum deus a libro viventium'. Si autem talia, que ita horribiles maledictiones exhibere[n]t, de dictionibus et sillabis intelligenda sunt, cur non eadem intelligemus in simbolo, ubi Cirillus et Agatho prohibent, alter non permittit dictionem aliam immutare vel sillabam transgredi, alter ex sensibus totam volens servari dicit. Item sacrum evangelium, beatum apostolum et universam scripturam multorum et sanctorum patrum exposuerunt et declaraverunt et patres primi concilii consubstantialiorem predicaverunt filium patri, occasionem habentes a sacris scripturis. Item secundum concilium spiritum sanctum et vivificantem predicavit. Nihilominus nil istorum aliquid voluerunt in evangelio addere ac si liceret addere declarationes principalibus, deberet ibidem addi. Si autem nemo hoc audet christianus, cur ipsa veneratio simbolo non est adhibenda, ubi presertim specialiter prohibitiones patrum prohibuerunt? At ut morem geram, inseram rationi vestre, quod a scripturis sacris sumam, nec erit alienum ad quod dicendum est a tractatu nostro, ymmo pertinentissimum. Rogo, accipiatis verbum

4 dicere || imprimerent V.

5 verissime] uie cum linea supra ducta V.

8 anathematis V.

11 post sensum spatium vacuum duorum fere vocabulorum V.

17 post intelligi spatium

vacuum trium fere vocabulorum V.

18 additione V.

20 ut] et V.

20 hec vero V.

29 exhiberet V. 31 Aghato V.

68v  
 5 toleranter. Illi, qui impugnabant contra spiritum sanctum tempore Gregorii theologi, querebant ab orthodo[x]is et utebantur tali divisione : Spiritus sanctus genitus est annon genitus ? Cum autem illi non dicerent genitum nec non genitum, inferebant : ergo, si spiritus sanctus nec genitus est nec ingenitus, restat creatum esse spiritum sanctum. Ac magnus Gregorius, ut  
 10 hic occurreret, qui denominatus theologus est, ita dicebat : ' ubi ponetis, quod a patre procedit, cum exurgat in medio tue divisionis et quod introducatur | a meliori theologo id est salvatore nostro domino Christo, nisi tu a [b]straxeris vocem illam a sacris evangelii fieri videbitur tertium testamentum *spiritum veritatis, qui a patre procedit*'. Audis, quomodo ille, qui detrahit talem vocem evangelii, tertium testamentum constituit. Nam immutat illud in te-  
 15 stamentum ; ergo qui addiderit in hac veritate *filioque*, tertium testamentum facit. An vos putatis detrahentem solum constituere tertium testamentum, addentem non ? Multo magis debet dici hoc facere, qui addit, nam tertium facere testamentum est ultra omnem presumptionem. Duo sunt testamenta secundum apostolum ista. Si autem aliquis non audet addere evangelio *filioque*, in simbolo addet. Nonne et ipse tertium faciet symbolum, ita et profecto qui cristia-  
 20 norum audivit tertium symbolum, nec admittet : duo sunt simbola ut duo testamenta, unum primi concilii implicite et aliud secundi explicatum.

CARDINALIS. Est finis per vos impositus dictis ?

EPHESINUS. Multa habemus dicere, sed quia tempus non patitur, videtur obmittendum. Nam que habemus dicere ad responsionem aliorum argumentorum, in aliis nostris conventi-  
 20 bus dicemus. Ideo, si placet, finiamus sermonem. Et si placet vestre reverende paternitati respondere, eligatis duo et ad illa respondeatis.

CARDINALIS. Audiatis me.

EPHESINUS. Quia fessi sumus in dicendo, ita in audiendo.

CARDINALIS. Paternitates vestre bene habetis agere nobiscum ; si in scriptis, in scriptis ;  
 25 si ore, ore ; si longe, longe ; si breviter, breviter. Postquam elegistis viam de dicendo prolixè, patiamini, ut longe dicam. In primis teneatis menti, quod dedi XXVII rationes et nulli respondistis, sed intrastis alias materias, et illis bene respondemus et clare, quia hic sumus ad declarationem veritatis, debemus manifeste hinc inde, quicquid reperimus faciens ad veritatem deducere. Et pridie dixi unum solenniter, nunc dicam aliud. Ego misi Veronam et venit  
 30 decretum Romanorum pontificum valde autenticum et vere querens aliud improviso hoc inveni. Hic sunt epistole, quas scribit Athanasius ad papam Marcum et Liberium et ...

EPHESINUS. Nunquam audivimus Marcum.

CARDINALIS. Fuit immediatus successor beati Silvestri.

EPHESINUS. Habemus Iulium.

35 CARDINALIS. Non est ita. Omnes Egiptii, quia fuerunt expoliati ab hereticis et quia libri fuerunt combusti et capitula concilii Niceni, scripserunt beato Athanasio, principaliter scribentes beato Marco, ut mittat sibi capitula concilii Niceni, quia dicit Athanasius : ' ego fui presens, quando in concilio Niceno fuerunt data illa capitula apocrisariis vestris '. Marcus papa dicit, quod fecit queri in archivo Romane ecclesie et quod invenit illa integra et illesa ;  
 40 sed quia fuerunt subscripta per episcopos Nicene sinodi, non vult mittere originalia, sed autentica sumpta postea. Athanasius petit Liberio pape, ut prestet sibi auxilium. Inter alia Libe-

2 orthodoxis V.  
 37 Marcho V.

7 astraxeris V.

31 post et spatium vacuum trium fere vocabulorum V.

5 cf. GREGORIUS Naz., *Oratio 31, c. 8* = MIGNE PG 36, 141 A-B.  
 5 cf. GREGORIUS Naz., *Oratio 31, c. 8* = MIGNE PG 36, 141 A-B.  
 20 cf. GREGORIUS Naz., *Oratio 31, c. 8* = MIGNE PG 36, 141 A-B.  
 37 cf. ATHANASII, *Epistola Marco papae* = MIGNE PG 26, 708 D - 712 A.

37 cf. ATHANASII, *Epistola Athanasio* = MIGNE PL 8, 1406 sqq.



rius respondit et hortatur ad tollerantiam et pacientiam perse- | cutionum et dicit aliqua, 69r  
 que pertinent ad concilium Nicenum. Postea dicit, quod in diffinitionibus concilii Niceni fuit  
 hec diffinitio, quod nulli liceat aliam fidem proferre, quam que fuere in concilio illo prolata,  
 et hec sunt verba : ' Igitur, ut legimus, predictum sacrum concilium diffinivit aliam fidem nulli  
 licere proferre aut scribere vel proponere aut sapere vel docere aliter nec quidquam in fide 5  
 sentire aut proferre, quod possit obviare regulis patrum. Qui autem presumpserit componere  
 aliam fidem aut proferre vel docere aut tradere aliud symbolum ad viam veritatis converti de-  
 siderantibus de quacumque heresi vel iudeis vel paganis volentibus fieri christiani, hi, si epi-  
 scopi fuerint, aliena [r]i ab episcopatu, clericos a clero ; si monaci aut laici fuerint, anathemate  
 feriri '. Ex quibus concludo, quod Liberius viderat illa capitula in archivis ecclesie Romane. 10  
 Liberius fuit tertius a Silvestro ; primo Marcus, secundo Iulius, tertio Liberius. Et Liberius  
 fuit ante concilium Constantinopolitanum, quia concilium Constantinopolitanum fuit factum  
 tempore Damasi. Post Liberium secutus est Felix, postea Damasus. Per ista apparet, quod  
 prohibitio ne fieret hec immutatio, fuit facta in concilio primo, licet demum fuerit in tertio re-  
 petita. Vos sepe numero dixistis, quod symbolum Constantinopolitanum ideo potuit fieri, quia 15  
 ante prohibitionem. Unde dicitis, quod ecclesia universalis post prohibitionem tertii concilii  
 non posset quid addere etiam vera. Si hoc verum esset, episcopi Constantinopolitani essent  
 deponendi et laici excommunicati, quia stante prohibitione facta tempore primi concilii et  
 vos fatemini et clarissimum est patres Constantinopolitanos addidisse, vera tamen ; ergo se-  
 quitur, si addere etiam vera penas inferret, quod patres Constantinopolitani fuerint excommu- 20  
 nicati ; sed hoc est nephas dicere, ergo necesse est intelligere aliam fidem id est contrariam,  
 ymmo in prohibitione concilii Niceni magis continetur quam in prohibitione tertii concilii,  
 quia prohibet simbolo addi, cum in tertii concilii prohibitione prohibetur immutari.

EPHESINUS. Hoc licet non sit in prohibitione tertii, est declaratum in quarto.

CARDINALIS. Exuite conscientias vestras et videatis, si huic potestis respondere ; dicatis 25  
 breviter responsum ad hoc.

EPHESINUS. Respondebimus, postquam quesiverimus illam epistolam apud nos esse ; illud  
 pro presenti dicimus, quod merito non debet iudicari ex ipsa epistola intentio patrum, qui in  
 Nicea convenerunt, sed ex actibus et diffinitionibus ipsorum patrum requiremus hoc, ut osten- 30 69v  
 das verba aut in canonibus aut in actis primi concilii. | Alioquin quonam modo nos susci-  
 piemus, que inveniuntur scripta alibi et non in diffinitionibus ipsorum patrum, de quorum dif-  
 finitione agitur ? Nam et alio modo nullatenus videtur verisimile patres illos de sua diffini-  
 tione hoc diffinisse ; hoc attestatur per opera. Nam in subsequentibus conciliis, que fuerunt a  
 tempore primi concilii usque ad tempus Vi, multe expositiones facte fuerunt, et, ut arbitror,  
 et <in> concili[o] Antioce[n]o expositio facta fuit, quod concilium ut orthodo[x]um acce- 35  
 pimus et canones approbamus. Etiam illud concilium dicit admittere diffinitionem illam ut  
 piam et fidelem videlicet, non ergo tot concilia transgressa fuissent illam prohibitionem.

CARDINALIS. Certe non recte capit is ; dico, quod ex his verbis concluditur, quod non fuit  
 hic sensus, quem creditis, prohibitioni videlicet de elucidatione ve[ri] dogmatis. Et ex his,  
 que dicitis, stante prohibitione, prout fuit, concluditur, quod prohibitio non comprehendit ve- 40

9 alienati V.      10 archiviis V prius auctor usus est vocabulo archivum, non archivium.      13 Da-  
 masii V.      35 et concilium Atiocenum V.      || orthodoxum V.      39 vestre V.

27 epistolam scilicet Liberii ad Athanasium.  
 si II, 1305 B.

35 cf. concilium Antiochenum anni 341 = MAN-

ritatis expressionem. Et quod huic libro credendum sit, inspicite. Liber iste est antiquus et videatur, et si credimus uni magno doctori, quanto magis debemus credere uni summo pontifici maxime illo tempore, quo non erat disceptatio, quia Liberius fuit ante concilium Constantinopolitanum. Ex hoc potestis intelligere, quid importent verba Celestini, qui fuit ante tertiam  
 5 sinodum, qui dicit : quis anathema evitet, qui quid addit ? Unde Celestinus sentit, quod ante tertium concilium erat prohibitio ; alioquin non diceret illa verba : ‘ quis non est dignus anathema [te] ’. Item de hoc videtur sensisse concilium Calcedonense in adlocutione, quam facit ad Martianum imperatorem, ubi dicit, quod aliqui asserebant arguendo Leonem, quod nulli licebat exponere fidem preter patres, qui fuerunt in Nicea. Postquam probavi satis prohibi-  
 10 tionem fuisse ante tertium concilium et quod ista verba *aliam fidem* intelligenda sint de diversa, prout credo, quod et in vestris animis id teneatis, veniamus ad responsionem expositionum per vos.

NICENUS. Quoniam dominatio vestra videtur fecisse mentionem, quod Marcus noluit mittere originalia, an in illa epistola continentur capitula ?

15 CARDINALIS. In epistola dicit mittere omnes, non erat oportunum facere mentionem eorum.

NICENUS. Rogo : alius facit mentionem de eo, quod dicitis ?

CARDINALIS. Ita. Fuit Liberius.

NICENUS. Quid erat expediens scribere Athanasio per Liberium, si illa capitula erant  
 20 missa per suum predecessorem ?

70r CARDINALIS. Papa hoc fecit exprimendo penam, et potestis videre librum, ac cognoscetis ex precedentibus et sequentibus, | si erat necessarium, et probavi per auctoritates alias, quod ante erat hec prohibitio, et nondum quid respondistis. Ad primum argumentum dicitis, quod erat probatum, quod per illa verba *aliam fidem* intelligitur de additione verborum  
 25 et non de diversa fide, et quod contrarium plus continet quam diversum. Et dico sic : secundum vos est ponere *veram fidem* secundum Niceam, *diversam* pro additione et malam, cum una sit fides vera videlicet que exposita in Nicea, que exposuit evangelium ; sequitur, quod omnis alia sit falsa, hoc est clarissimum. Si hec est vera solum, ergo alie etsi diverse, sunt false, sicut dicimus : tantum deus christianorum est verus, ergo alii sunt falsi. Ad id, quod dicitis,  
 30 quod additio facit diversitatem, dico, quod non est verum, quia, que in substantia conveniunt, licet differant verbis, non desinunt esse eadem, quia una et eadem res potest nominari diversis nominibus et non desinit esse res eadem ; hoc probatur per primum actum concilii Calcedonensis, ubi dicitur : patres in Nicea et patres, qui in Epheso sibi ad invicem consenserunt et consonuerunt, ut nil saperent aut diffinirent diversum. Et tu dicitis, quod in verbis est  
 35 maxima differentia. Item lectis duabus definitionibus in septimo concilio Theodori et Tharasii fuit dictum, quod nil ibi dissonabat a fide, et tamen verbis in multis dissonabat. Ex quibus clarissimum hoc colligitur, quod non dicitur alia fides nec in aliquo discrepare, que sensu convenit etsi verbis disconveniat, cuius contrarium per multa verba dixistis. Item allego rationem, quod symbolum Constantinopolitanum, quia in sententia convenit, cum Niceno reputatur idem, et hoc dixistis pluries, et probavi, quod diversitas verborum non inducit diversi-  
 40 tatem substantie rei, unde ex vi vocabuli *aliam fidem* necesse est intelligere falsam, quia non

5 anathemam V.

6 anathema V.

37 discrepat convenit V.

6 cf. COELESTINUS, *Epistola ad Nestorium* = MANSI IV, 1028 E.

Actio V = MANSI VII, 116 C-D.

actio III = MANSI XII, 1146 D sqq

15 omnes scilicet canones (= capitula).

8 cf. concilium Chalcedonense,

35 concilium VII,

est nisi una et illa vera, alia falsa. Deinde dico, quod omnis difficultas est submota, quia in concilio Calcedonensi fuit declaratum, hoc verbum *aliam* intelligi de diversa. Ad id, quod secundo dixistis de expositione simboli, quod est expositio cuiuscumque conceptus et quod oportet, quod nomina participant cum vocabulis et sicut antropos apud Grecos, apud nos homo, et quod unum debet esse etidem apud omnes christianos, ut ista significatio sit communis omnibus christianis, ut omnes intelligant unum et idem. Dico, quod hec diffinitio de simbolo non est perfecta, quia sequeretur, quod omnis diffinitio fidei esset symbolum, quod tamen et ipsi negatis. 5

EPHESINUS. Istam diffinitionem | non dedi illi simbolo, quod cantatur in ecclesia, sed particulari. 70v  
10

CARDINALIS. Ego probavi per symbolum Carisii et Tharasii, quod dicitur symbolum aliud quam commune, et tamen habent diversas voces. Ad id, quod dicitis, quod debet esse unum symbolum apud omnes christianos, ut idem significet ut homo, dico, quod ita est, et symbolum nostrum habet Constantinopolitanum et Nicenum et evangelium, et, sicut ante dixi, diversitas non attenditur in verbis, sed in significato. Unde, sicut Constantinopolitanum et Nicenum reputatur idem, sic nostrum etiam in nullo differre. Ad id, quod dicitis, quod debet esse similis voci tube et idem sonet contra hereticos sicut tuba in bello, dico, quod licet inter armigeros sit sonus, qui designet bellum, si unus tubicena magis sonaret, illo modo non diverteret a bello, sed magis incitaret. Certum est: si essent centum tube, non omnes habent sonum in pari gravitate, sed tamen unum reputatur, si in modo cantus conveniunt, sicut si esset unum genus armorum ad bellandum, licet unus magis lucidaret arma sua, non videretur mutare genus armorum. Ita scribitur de beato Cirillo, quod magis declaravit fidem Nicenam, et non videtur contrarium sensisse, et ita fecimus nos, quia magis declaravimus veritatem, et ideo non videmur fecisse quid contrarium; unde, ex quo concordamus cum Niceno et Constantinopolitano in veritate fidei, debet reputari unum et idem. Et omnes christiani, qui sciunt veritatem, audiendo symbolum nostrum, intelligunt Nicenum et Constantinopolitanum, sicut milites intelligunt sonum ad pugnam. Deinde facitis sillogismum; dico, si vultis intelligere, quod omne symbolum debet esse idem in significato, concedo; si vultis dicere in verbis, nego et probo per symbolum apostolorum, Nicenum et Constantinopolitanum. Ad secundum, si vultis dicere, quod omnis expositio fidei est symbolum, nego, et ut intelligatis, differt fides a simbolo, quia aliud est fides et aliud symbolum. Sed si vultis dicere scilicet: symbolum Nicenum est fides, dico, quod sic et quod debet esse unum, confiteor in re, et tamen vultis dicere, quod debet esse [i]dem in verbis, nego et allego epistolam Cirilli, que incipit: 'Ob<g>arruerunt'; ibi dicit Cirillus, quod intellectus nostros debemus coniungere in irreprehensibilibus sensibus sanctorum patrum, postea dicit certa verba de simbolo videlicet *Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine*, postea hic dicit verba intelligentis, quid... | *Et incarnatus* significat. Unde Cirillus attendebat ad significatum verborum, non ad sonum verborum, dicit verba et dogmata cogitan[d]a, quid significet. Postea dicitis, quod illa prohibitio debet declarari per ea, que ibi in actu facta fuere, non per ea, que ante et post facta sunt, et quod <non> debet probari per epistolas sequentes; dicatis, quod hoc non videtur habere rationem apud aliquem intelligentem, ymo magis precedentia declarant leges quam aliquid aliud, quia intelligentia verborum est sumenda ex causa dicendi, non ex ipsis verbis. Unde magis attendi debet causa 35 71r

2 in sexto V.

36 post quid spatium vacuum duorum fere vocabulorum V.

48 cogitantia V.

33 cf. CYBILLUS Alex., *Epistola Anastasio, Alexandro etc.* = MANSI V, 384 C sqq.

legislatoris quam ipsa verba legis. Ita dicit beatus Ylarius. Unde ex antecedentibus actibus et epistolis probavi hunc sensum, quem dixi. Nihilominus ex sequentibus epistolis postea probavi videlicet, quod omnis intentio concilii fuit ad condemnandum dogma Nestorii. Et probatur per duas epistolas, que dicunt diffinitionem illam loqui de his, que sunt extra sensum  
 5 caritatis et recte fidei. Unde ex his, que facta sunt tunc et ante et post, probavi, quod ita est intelligendum et quod aliter non potest intelligi. Postea intratis, quod ex actu concilii appareat etiam prohibitio verborum, quia moti fuere ad reprimendum inconvenientia, que sequebantur per diversionem simboli factam. Ego dico, quod ex hoc actu deducitur totum contrarium, quia, si illud symbolum transformatum fuisset verum, sancta sinodus fuisset contenta,  
 10 quia intentio sinodi non erat facere aliud nisi ut sequeretur veritatem, et textus dicit rationem, quia continebatur perfidia, et symbolum Carisii fuit approbatum, quia continebat veritatem, et sic intentio sinodi erat prohibere falsitatem. Ad id, quod dicitis, quod verba illa *aliam fidem* id est aliud symbolum, hoc repugnat significationi verborum.

EPHESINUS. Cirillus hoc declaravit.

15 CARDINALIS. Hoc verbum *non patimur fidem* aut symbolum, et dico, quod per prohibitionem inhietur omnis expositio falsa sive sit symbolum sive aliud dogma.

EPHESINUS. Non videtur ita.

CARDINALIS. Non ut [eris] civilitate, qua utor tecum ; forte eo facis, quia te stringo nimis.

EPHESINUS. Stringitis veritatem, et non miror, quia non es peritus in greco.

20 CARDINALIS. Ego allego Latinum. Ego probo ex ipsa significatione. Certum est, quod fides maxime evangelica continet plura explicite quam symbolum ; unum symbolum est quedam compendiosa capitulatio ex his, que sunt ex scripturis sanctorum patrum ; unde certum est, quod d[i]fferret rei capitulatio a toto ut explicatum ab implicito. Unde aliud significat symbolum, quam fides. Et probo : videant in concilio sexto | ubi dicit <ur> : ' his igitur etc.  
 25 audentes autem vel *aliam fidem* vel docere vel tradere aliud symbolum '. Idem est in quarto concilio : ' Aud [entes] fidem *aliam* vel tradere aliud symbolum '. Unde hec concilia reputant hec pro differentibus ; hoc non negabitis. Postea allegatis epistolam Cirilli, ubi respondet ad Iohannem patriarcham Constantinopolitanum et dicit, quod ibi prohibetur mutatio etiam sillabe et facitis nos [attentos]. Ego respondebo : ex quo arguitis per sillabas et dictiones, per easdem arguam responsiones ; unquam in illa particula possit <nemo> certa verba mutar[e], fidem aut symbolum movere, dictionem vel e contra et preterire sillabas. Rogo, ut stemus in dictionibus vel sillabis. Nos non movemus symbolum Nicenum nec Constantinopolitanum, et licet ponatur hoc verbum, non movetur, <sed> deponitur ad declarationem. Unde cum non moveamus substantiam suam et honoremus illud, non potest dici, quod nos moverimus et sic non mutavimus dictionem. Videatur symbolum Constantinopolitanum et nostrum.  
 35 Nos non movemus de Constantinopolitano. De preteritione sillabarum dico, quod nil preterimus, quia omnes sillabe, que sunt in Constantinopolitano, sunt in nostro. Cum ergo nihil dicat de additione, cur faci[tis] vim de sillabis additis ? Et hec responsio satis sufficeret. Sed ex ipso te[x]tu epistole volo respondere ; etiam si hoc verbum *additio* fuisset prohibitum,

18 utitur civilitate V.                      19 est V.                      23 deferret V.                      25 audientes V.  
 26 Auditis V.                      27 respondit V.                      28 lege Antiochenum.                      29 actenectos V.                      31 mutari V.  
 39 testu V.

1 cf. HILARIUS, *Ad Constantium*, lib. II, c. 9 = MIGNE PL 10, 570 A.                      24 cf. concilium VI, actio XVIII = MANSI XI, 640 B.                      26 cf. concilium IV (Chalcedonense), actio V = MANSI VII, 11 6 C-D ; SCHWARTZ II, III, II, 138.                      27 CYRILLUS Alex., *Epistola Ioanni patriarchae Antiocheno* = MIGNE PG 77, 775 C sqq.                      33 hoc verbum scilicet filioque.                      33 deponitur id est apponitur symbolo, ita tamen, ut symbolum non moveatur vel mutetur quoad sensum.

nisi consideretis verba epistole et precedentia et sequentia, nunquam poteritis bene intelligere. Videamus antecedentia. Dicit Cirillus, quod aliqui arguebant eum, quasi diceret, quod Christus carnem de celo attulerat. Secundo accusabatur, quod dixerat, quod in Christo fuerat facta commixtio seu fermentatio naturarum. Beatus Cirillus dicit: 'absit, quod ita te-  
neam; ymo ita dico, quod puto fore illos, qui ita dicunt, expresse contra sacram scripturam 5  
et sanctos patres. Ego sequor maximum Athanasium per omnia, a quo timeo omnino deviare'.  
Unde quia iste opiniones impi[n]gebantur Cirillo et ipse dicit, quod sequitur per omnia, se-  
quitur, quod illa verba *aliam fidem* intelliguntur de falsa fide. Hoc etiam patet in epistola,  
ubi dicit: 'omne certamen nostrum est, ut Maria dicatur dei genitrix'. Hoc autem verbum  
non erat in simbolo Niceno explicite, et ipse palam dicebat hoc. Unde addere aliquid ultra 10  
simbolum Nicenum, dummodo verum contineat, non est reprobatum. Deinde, quod Cirillus  
hoc asserit, apparet ex red[di]tione rationis, quam subiungit: 'meminimus dicentis Salomonis:  
*noli transgredi terminos, quos posuerunt patres tui*'. Sed ipse, quando exposuit fidem  
suam, ad quod fuerat | prohibitio: 'certus sum, quod ego <non> sum transgressus in aliquo 72r  
fidem Niceni sinodi', sinodus respondit: 'certe non es transgressus, quia secutus es fidem Ni- 15  
cenam'. Ergo beatus Cirillus demonstrat, quod dicens rectam rationem fidei non transgre-  
ditur terminos patrum, ergo non facit contra prohibitionem. Et hec pro[hibi]tio *noli trans-*  
*gredi* etc. ita refertur ad symbolum sicut ad alias diffinitiones patrum precedentium, quia ex-  
presse dicit: 'sequimur per omnia sententias patrum et maxime Athanasii'. Unde trans-  
gressio termini habet locum quoad omnem transgressionem a<b> institutione a<b> patribus, 20  
sed nullo modo est prohibitum declarare doctrinas patrum, ergo nec doctrinas simboli Niceni. Et,  
sicut dixi alias, hec prohibitio ita respicit diffinitiones, ut symbolum, et sicut patet, quod licet dif-  
finitiones alias si veras facere, ita veras declarationes simbolo, qu[od] pariter prohibitio respi-  
cit. Deinde, cum beatus Cirillus fundet se in auctoritate Salomonis, hec prohibitio ita respi-  
ciebat stantes in Nicena sicut existentes in aliis conciliis. Unde, si hec prohibitio constringit 25  
addentes, constringit Constantinopolitanos, qui multa addiderunt. Pridie probavi per sep-  
timam sinodum, quod hec prohibitio fuit facta per sacram scripturam, cum dicat: 'male-  
dictus' etc. Subdens quod 'magna pena constringit addentes'. Unde, si ecclesia Romana subia-  
ceret prohibitioni, multo magis sinodus Constantinopolitana, sed nec illa nec nos subicimur,  
sed illi, qui contrarium tenent. Item intellectus verborum Cirilli apparet ex his, que dicebat 30  
contra Nestorium. Cirillus dicebat Nestorio: 'non sufficit, ut dicas symbolum, quod male in-  
terpretaris, sed ut confitearis hec capitula, que mittimus'. Si autem beatus Cirillus voluis-  
set, quod verba tenerentur, non petiisset a Nestorio nisi ut verba illa profiteretur, et hoc Ne-  
storius volebat. Sed quia beato Cirillo non sufficiebant sillabe et dictiones, voluit, quod profite-  
retur capitula sequentia et verum sensum. Quod autem subtractio et additio non intelliga- 35  
tur de sillabis, sed de significato, apparet ex epistola Celestini, ubi reprehendit Nestorium,  
quod etiam de eo conqueritur, quod removit, quod beata Maria sit dei genitrix.

EPHESINUS. Negatur, quod faciat mentionem simboli.

CARDINALIS. Hec sunt verba: 'quis non dignus est anathemate iudicatus, qui addit fi-  
dei? Plene etenim ipsa fides manifeste tradita ab apostolis non habet diminutionem nec 40

7 impigebantur V.

12 reductione V.

23 quia pariter V.

4 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola 40, Ioanni patriarchae Antiocheno* = MIGNE PG 77, 180 B. 6 *ibi-*  
*dem*, 180 C-D. 12 cf. *ibidem*, 181 A || *Prov.* 22, 28. 31 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola ad*  
*Nestorium* = MANSI IV, 1069 E - 72 A; SCHWARTZ I, II, 46. 36 COELESTINUS, *Epistola Nestorio*  
= MANSI IV, 1028 E - 9 A.

72v

augmentum'. Diminutio requiritur; 'inter multa, que a te impie predicata sunt, universalis recusat ecclesia simbolo ab apostolis tradito. Plangimus he[c] verba dei gentricem beatam Mariam fuisse sublatam'. Dico, quod Celestinus dicit hoc | quod hec verba fuerunt a Nestorio sublata de simbolo apostolorum, et tamen non erant, quando querit, quod fuerint de-  
5 tracta.

EPHESINUS. Que verba?

CARDINALIS. Quia dicebat Christum duarum naturarum et duarum personarum, et quia Maria erat mater corporis animati et non verbi. Deinde beatus Celestinus non arguit Nicenum concilium, quia removerit *descendit ad inferos* et certa alia verba. Ergo non sumitur  
10 additio vel detractio nisi, cum ex eis sequitur veritatis detractio.

EPHESINUS. Hic liber hoc non habet.

CARDINALIS. Habetis symbolum apostolorum?

EPHESINUS. Non, et si fuisset, fuisset factum verbum de eo.

CARDINALIS. Non sequitur, quia de Constantinopolitano nunquam fit verbum, et dico,  
15 quod, etsi diceret de simbolo Niceno, in illo non est hoc de genitrice dei, et tamen conqueritur, quod est. Et sic Celestinus respicit ad sensum. Et quia negatis, quod non est apostolorum symbolum, volo vobis ostendere. Beatus Leo papa scribens ad Pulcheriam augustam in epistola que  
<incipit> *Quantum presidi*<i>, dicit: 'sicut ipsa brevis confessio fidei apostolorum totidem est signata sententiis tamquam instructa sit monitione celesti, ut omnis hereticorum opinio solo  
20 ipsius posset gladio detruncari, cuius simboli plenitudine[m], si Eutices puro et simplici corde recipere voluisset, in nullo a Niceni concilii dogmate deviaret' et sic dicit a XII apostolis compositum. Ultra hec dico, quod verba Cirilli debent intelligi de additionibus, que pervertebant verum sensum; dico ad probandum hoc, quod verba hec oportet intelligere secundum legem synodi, quod non est credendum Cirillum aliud intellexisse quam synodus. Sed clarum  
25 est, quod concilium Calcedonense declaravit diffinitionem, quod intelligitur de depravationibus, ergo et ita verba concilii. Et audiatis expositionem istam. Volens declarare definitionem factam in Ephes[in]o concilio duo facit; primo declarat diffinitionem Ephesini concilii et quare fecerunt, secundo ponit rationem horum, scilicet diffinitionum, postea declarat eandem, et est Iohannis Simari apud vos celeberrimi, qui sic dicit: 'his lectis Nestorius infidelis non  
30 solum ipsa dogmata docebat, sed prave sapiebat et blasphemabat hoc symbolum productum per Carisium, damnarunt eundem Nestorium et determinarunt teneri, que Nicee facta sunt, diversam vero fidem illos tenere, qui contrarium faciunt docere scilicet et instituere dogmata diversa; si episcopus' etc.

IMPERATOR. Que hec expositio? Is liber non est approbatus.

35 COLLOCENSIS. Est celebris apud [v]os. Quomodo in isto velletis improbare; sufficit, quod vester Grecus ita declarat, et est secretarius imperatoris.

IMPERATOR. Non est doctor.

73r

FORLIVIENSIS. Si esset pro vobis, | bene admitteretis; oportet, ut velitis nolitis audire veritatem.

40 CARDINALIS. Demum allegat epistolam Cirilli et conatur deducere, quod inhibetur mutatio fidei his verbis: 'reprehenderunt similiter et no[s] tanquam is, qui dudum scripserat:

2 he V                      17 Pulcerimam V.                      20 possent V.                      20 plenitudine V.                      27 Ephe-  
so V.                      32 facit V.                      35 apud eos V.                      41 et non V.

18 LEO I, *Epistola 31, ad Pulcheriam imperatricem* = MIGNE PL 54, 706 B.  
maris intelligitur Zonaras; cf. MIGNE PG 161, 348 C-D, 349 A.

29 hoc nomine Si-

*contraria sapientes*, et quod hoc non dissonabat a novitatibus Nestorii'. Cirillus dicit, quod 'fatuus fatua loquitur. Nunquam dixi contrarium, ymo sequor expositionem fidei Nicene, nil destruentes de his, que imposta sunt'. Unde subdit: 'nos talia nunquam diximus, et nos non diceremus contra ea, que Efesina sinodus facit'. Unde, cum loquitur de *alia*, intelligit de *contraria*. Hoc patet in his, que precedunt diffinitionem, quia intelligebant de impia fide Nestorii, cum loqueretur de *alia*. 5

INTERPRES. Fessus sum.

ANDREAS. Erat multiplicitate concertationum mirabile, quod tot mutuas concertationes illic potuisset referre.

CARDINALIS. Dicis parum oro, quod est expresse contra eos, cum dicunt: nil addit, 10 quia multa addit, ut apparet intuenti verba, que sequuntur: confitemur etc. hominem perfectum etc., sunt ultra triginta verba, et cum dicit, si ista prohibitio fuit facta in primo, ut dicimus, quod non erat expediens fieri de novo. Respondeo, quod prohibitio multotiens repetitur ad maiorem explicationem, quia et quartum fecit et quintum et sextum, quod erat expediens repetere. Deinde dicitis, quod illa verba *proferre* intelligitur de verbali, quia, si de *contra-* 15 *ria*, eo ipso essent privati heretici, non solum privarentur. Dico, quod miror de paternitate tua, ex te[x]tu apparet responsio. Nonne episcopi et clerici sapientes dogmata Nestorii sunt heretici? Quid est, quod in secunda parte diffinitionis illi, qui sapiunt dogmata nestoriana, deiciuntur ab episcopatu et non anathematizantur? Unde ex hoc te[x]tu apparet, quod illa pena imponitur expresse hereticis, et dico, quod non erat opportunum, ut anathematizaren- 20 tur, quia ipso iure heretici sunt anathematizati, quia in decretis etiam concilii anathematizatur omnis hereticus. Hec constitutio hanc penam voluit addere. Ad id, quod dicitis, quod prima pars non loquitur nisi de mutantibus verba, loqui[mini] contra epistolam Cirilli, que incipit: 'Amor doctrine', et contra epistolam Vigilii; dico, quod dicta sinodus tulit sententiam contra malam opinionem Nestorii. Certum est, quod secunda pars diffinitionis loquitur de 25 dogmate nestoriano. Si prima pars non intelligeretur de dogmate heretico, Cirillus non diceret verum et Vigilius. Id quod dixit de prohibitione Iohannis, non sequitur, quominus ex novis declarationibus posset quid declarari. Et dico, quod verum est, quod nil novi addatur, sed addite sunt et addentur usque ad finem seculi declarationes sacre scripture et evangeliorum dei. Ad id, quod dicitis de tertio testamento, dicimus, quod nos non facimus tertium 30 test[amentum], sed, sicut Cirillus declaravit, ita et nos | dedimus intellectum symboli. Et cum dicunt, quod non reperiuntur nisi duo simbola, probamus, quod reperitur symbolum apostolorum, Nicenum et Constantinopolitanum. Item Thar[a]sii secundum Adrianum, qui addit *per filium*, et non fuit reputatum facere contra prohibitionem tertii concilii. Et septima sinodus fecit, prout apparet in fine quarte actionis. Per ista responsum est omnibus vestris 35 obiecti[on]ibus et nisi esset temporis angustia, multis aliis rationibus approbarem, et non dubito vos claros esse, sed velle [in]dagari, qualiter veritatem ipsam defendimus.

73v

ANDREAS. Erat XXIII hora diei et frigus maximum, ac frigore fameve fatigatus quisque libenter surrexit, et dissoluta fuit diei illius conventio.

11 secuntur V.	17 testu V.	19 testu V.	23 loquitur V.	31 testum V.
33 Tharisii V.	36 obiectibus V.	37 dagari V.	39 conventio V.	

2 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola 40* = Migne PG 77, 188 B || Is. 32, 6. 24 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola monachis* = Mansi V, 384 C || VIGILIUS, *Epistola ad Eutychem* = Mansi IX, 187 D - 190 C. 33 HADRIANUS I; cf. *concilium VII, actio VII* = Mansi XIII, 375 E.

## ACTUS XIIus TREDECIMA DECEMBRIS.

Hoc in conventu incepit Ephesinus hoc modo.

EPHESINUS. Nos promissimus reverende paternitati respondere particulariter ad ea, que dicta sunt pro parte vestra, que continentur in octo capitulis. Ista octo capitula ab aliis ele-  
 5 gimus, quia videbantur nobis magis necessaria et pertinentia et quod non haberent superfluitatis et quod ad rem pertinerent. Dum autem more diale[c]ticorum nos ad ipsa capitula credimus respondere, nos nescimus, quo pacto decurrimus ad quedam alia, ita ut vix nos potuerimus primum argumentum declarare et ostendimus manifeste et evidenter Carisium non  
 10 exhibuisse symbolum ut commune, sed ut expositionem sue fidei, per quam voluit se ostendere fidelem et orthodoxam veritatem tenere. De privato simbolo nullam curam habemus, sed de universali ecclesia in presentiarum; si videtur, repetam, que dimissimus, et discurramus subsequenter cetera capitula, prout nobis erit possibile, unumquodque examinantes. Itaque secundum dictorum articulorum erat videlicet, quod diffinitio prohibita non modo prohibebat, quin aliquis posset apponere aliam fidem, ymmo etiam sapere. Et ex hoc satis erat mani-  
 15 festum, quod prohibitio non tantum extendit se ad prolationem verborum, sed ad conceptum animi, cum multa nobis sapiamus, que expresse non sunt in simbolo. Hoc argumentum si tradideremus examinatori, potius inveniretur facere pro nobis quam contra nos. Hec verba *sapere* in diffinitione tertii concilii non connumerantur ceteris dictionibus. Cetera quidem nomina seorsum per se iacent in prohibitione videlicet *proferre*, *componere* seu dicere; evidens  
 20 est ista nomina respicere ad expositionem, que secundum dictiones; postea sequitur: 'quod si aliqui deprehenderent[ur] sapientes, que exposita sunt per Carisium, id est scelerata Nestorii dogmata, subiacerent sententie sancte ycumenice sinodi'. Hoc ergo manifestum est, ut respiciant ad sensum et intentionem animi. Nam potest aliquis salva et manente dictione circa sensum et intentionem errare, quod Eutices passus est in 4<sup>o</sup> concilio. Nam cum sibi vide-  
 74r 25 retur | tenere symbolum Nicenum et in eadem fide permanere et perseverare, aliena a vera et sana fide ille et sentiebat et docebat. Unde patres illi 4<sup>i</sup> concilii postquam exposuerunt easdem dictiones, <dixerunt>: symbolum maneat immutabile. Subsequenter addunt autem: *docere vel sapere* aliter, cum hec nomina illa videlicet *proferre*, *conscribere vel docere* dumtaxat respiciant dictiones simboli, *sapere et docere* ad sensum respiciat et hoc, ne aliquis  
 30 dum profiteatur dictiones simboli, ut Eutices, aliter sentiret videlicet quod utatur diversa intentione, sensu et doctrina preter rectam fidem; non est mirandum, si verbum *sapere* aliis nominibus intelligatur; nam statim distinguitur ex interiectione copule et vi conclusionis et adiectionis verbi *aliter*. Cum autem duplex sit symbolum, hoc est secundum sensum, et dictionem, una prohibitionum tendit ad intentionem, alia ad dictionem, illud *proferre* ad symbolum refertur, *sapere et docere* ad intentionem fidei. Inane namque esset dicere *sapere* symbolum; ideo apud illa nomina *sapere vel docere* ponitur, *aliter* hoc est alio modo mutata sententia. Tertium argumentum accusat nos et inculpat, quia nos dicimus particularibus personis licere fidem, quibus verbis voluerint exponere, universaliter, omnes prohiberi. Ad hoc dicimus, quod et antea multotiens dictum est, quod privatim et particulariter posset quis fidem exponere,  
 40 nemo est, qui prohibeat; at tamquam commune et universale posset periculum inferre et aliud tradere quam illud unum, et in eodem additiones facere, hoc est, quod prohibetur. Et hoc post prohibitionem nemo est qui audeat, nullum concilium, nulla ecclesia preter vos, qui istam additionem fecistis, que nulli boni causa fuit, sed multorum malorum. Addidistis denique ar-

1 lege XIIIus.

4 otto V.

6 dialecticorum V.

21 deprehenderent V.

43 fecistis V.



gumentum quartum predictis, quod in concilio Ephesino nulla fuit facta mentio de simbolo Constantinopolitano; usi estis quadam divisione videlicet, quod patres illi aut obliti fuerint Constantinopolitani simboli et tantum simboli Niceni mentionem f[e]cer[unt] aut, si fuerint recordati, ut contrarium illud preterierunt aut unum et idem iudicarunt esse ambo, ut nos diximus, et Constantinopolitanum symbolum contineatur in Niceno, et nihilominus dictionibus differat, dicitis esse manifestum, quod si invenitur symbolum esse idem et consonum esse altero quo ad sensum non refert, si habent differentiam dictionum. Hec omnia nos et antequam vos proferretis argumentationem, in medio tulimus et communi nos habuimus questionem, postquam solutionem attulimus videlicet, quod expositio ista et explicatio ante prohibitionem facta est et a concilio ycumenico et de magnis rebus maxime oportunis et necessariis quo ad fidem, videlicet de processu trinitatis et quod per eandem rationem et locum servat symbolum Constantinopolitanum. Ad primum, quem servat novum testamentum, nemo ea, que fuerant ante prohibita, adducat ad testimonium eorum, que post facta sunt, quia tunc licebat, postea non est rationabiliter factum, et est manifestum, quod nullius boni causa fuit. Quintum vestrum argumentum fuit, quod scriptum est in diffinitione sexti concilii: 'null[u]m debere invenire vel sentire alterationem | vocum, que esset ad eversionem eorum, que diffinitiones sunt'. Et quod manifeste videtur ex hoc, ea prohiberi, que ad eversionem vere fidei addit[a] fuer[un]t. Ad hoc itaque dicimus, quod hec omnia revera tendunt ad eandem intentionem et sensum, prout nos diximus. Nam postquam patres concilii distinxerunt fere iisdem verbis, que diffinita sunt pro custodia simboli, et postquam addiderunt hec *nil sapere et docere aliter*, prout se habet in diffinitione [sex]ti concilii, adiecit postea concilium nec aliquam novitatem 'vocum sentire, que respiciant eversionem'. Hec siquidem respiciunt ad symbolum, et cum prohibeat immutationem simboli et mutationem et subtilitatem vocum, nostris rationibus consonum <est>; nam ea prohibentur, que ad eversionem eorum, <que> per ipsos diffinita sunt, tendunt, hoc est ad eversionem prohibitionis; nam ibidem diffinierunt de hoc, ut nec sillaba vel dictio in simbolo apponatur. Nam distinctorum dicit, non terminatorum ac de fide terminavit concilium, non dicit *distinxit*. Hoc illud proprie distinctio est, que a [b]lata fuit de custodia simboli. Qui autem aud[e]t symbolum immutare, ille evertit terminata per patres, et qui conaretur ad omnem sensum prohibitionis dictam dictionem trahere, nec novitatem vocum et dictionum inventionem ad symbolum imponi, dicimus simpliciter etiam diffinitiones illius concilii vel in dogmatibus pietatis. Et sicut hoc argumentum nil obstat, ymmo confirmat rationem nostram. Sextum argumentum est, perscrutatis huius sancte legis intentionem a precedentibus actibus ad depositionem Nestorii, in quibus lectum est symbolum Nicenum; post hoc epistole Cirilli ad Nestorium et ipsius Nestorii epistole, quarum epistolarum part[es] explos[ae] <sunt>. Videtur igitur intentionem diffinitam talem esse ab illis, que postea Cirillus dicit, videlicet, quod 'nos sequentes professionem patrum sequimur intentionem sensus et exponimus rectam fidem', ac septimi concilii, ita dicit: 'si [c]um diligentia perscrutati et discussi et intentioni veritatis nihil detrahimus, nihil addimus'. A quibus omnibus intentio diffinita videtur esse non quod veritas taceatur, sed potius, ut dicatur et predicetur et doceatur. Hec sunt vestra. Ad ista vero nos dicimus, quod intentio diffinitio-

3 facere V.            15 nullam V.            18 additum fuerit V.            20 hisdem V.  
 27 allata V.            28 audit V.            30 invenctione V.            35 partim exploso V.            37 si  
 cum diligentia perscrupati            39 intentionem V.            40 mentio V.

36 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola ad Ioannem Antiochenum* = MIGNE PG 77, 180 C.  
 concilium VII, actio VII = MANSI XIII, 729 A.

37 cf. con-

nis et legis non debeat queri ex precedentibus nec ex sequentibus, nisi specialiter facerent mentionem de tali diffinitione, et ante diximus, ac dicemus. At beatus Cirillus, et beati etiam patres istius septimi concilii sequuntur intentionem veritatis, ut dicunt et interpretantes rectam fidem et proprias diffinitiones s[an]e nihil detrahunt vel addunt fidei, ymmo custodiunt secundum dictionem, immo hoc non solum videtur ex his, que dixerunt, sed ex rebus custodiunt fidem ut [scilicet] suorum sermonum et sicut ipsas divinas scripturas. Ergo hec dicta sunt pro nobis et ad nostram tendunt intentionem et omnino nobis suffragantur. Unde et fere ad finem isti argumento fuit scriptum a 4<sup>o</sup> concilio, in quibus ipsum quartum concilium excusat et defendit beati pape Leonis epistolam, quod ipse nil fecerit contra prohibitionem, cum exposuerit fidem in epistola et declaraverit latius, cum ad errores, qui insurgunt, cotidie debent varie medicine afferri a sanctis patribus et quod non sufficit symbolum fidei tantum ad eversionem illorum errorum, | ac ista magis pro nobis sunt quam contra; nam concilium istud cum accepisset, amplexum fuisset epistolam Leonis et cum [voc]averit ipsam *statuam recte fidei*, nihil ex eade[m] epistola in simbolo addit, prout nec VI concilium ab epistola beati Agat[h]onis nec septimum ab epistola beati Adriani. Tales denique declarationes et expositiones in privatis diffinitionibus, cum apud concilium deserv[er]int, et nullatenus molestum fuit simbolo, cur ergo et nos non similiter et illis fecimus vel facimus, sed quasi <impune> illis possemus addere vel detrahere absque aliqua diligentia audemus? O[c]tav[um] argumentorum [ve]strorum est, quod in eodem quarto concilio deposito prius Eutice Constanti-nopolitano, deinde congregato et celebrato Ephesino, cui presidebat tyrannus Dioscorus, Eutices respondebat dicens se tenere fidem catholicam et in eadem velle et vivere et mori; cum primum concilium Ephesinum prohibuerit proferri aliam preter terminatam Niceno in concilio, cum hec legerentur in 4<sup>o</sup> concilio, exclamavit Eusebius episcopus Dorilei, qui accusator fuit a primo: 'Eutices mentitus est, non est diffinitio, non est canon, qui hoc dicat'. Dioscorus contradixit Eusebio, deinde lectum est, quomodo Dioscorus deposuit Eusebium et Flavianum ut transgressores legis, et omnes episcopi secuti sunt illius sententiam; dum hec legerentur, adclamaverunt patres: 'anathema Dioscoro, Eutices et Dioscorus deponantur'. Et isto modo omnia fuerunt irritata, que fuerunt obiecta contra Flavianum et Eusebium, et deponitur Dioscorus. Quid autem sit, quod ex his colligatis, minime concerno nisi quod Flavianus nihil fecerit contra Nicenam fidem. Et propterea indebite et iniuste condemnatus, et debite restitutus, et vere iniuste condemnatus fuit. Et hec favent hucusque intentioni fidei Nicee. Quid obstat, cum diceret *Christum in duabus naturis*, neque intentioni neque dictionibus addit; qui condemnarunt in dictionibus, erraverunt ab equivoco. Nam ille nil addebat in simbolo, sed foris ponebat; hoc autem minime prohibet[ur] neque in scripturis neque in simbolo neque in omnibus huiuscemodi. Dico autem, quod non opitulatur vobis, cum addideritis simbolo. Nam aut hoc scripture sacre apponatur et hoc prohibetur, verum declarationes scripturarum extra ponere licitum est. Et ideo nemo unquam iuste condemnatus est de hoc. Quid denique opitulatur vobis, si Eusebius <negaverit> esse tale prohibitum et quod concilium tacuit; nam aut ignorabat hanc legem Eusebius, et hoc non est mirum; multi nam-

3 secuntur V.	4 scire nihil V.	6 ut si V.	9 epistola V.	12 ac pro
ista V.	13 amplexus    moraverit V.	14 ex ea de    concilii V.	15 Agathonis	
septimi V.	16 deseruit V.	17 post quasi spatium vacuum V.	18 Ottavus V.	
19 nostrorum V.	20 tirampnus V.	26 sequi V.	30 condemnatus V.	34 prohibet V.

8 cf. concilium IV, allocutio synodalis ad Marcianum imperatorem = MANSI VII, 456 C - 457 A-C; SCHWARTZ II, III, 3, 114<sub>15-28</sub>. 13 cf. concilium IV, actio V = MANSI VII, 113 C; SCHWARTZ II, III, 2, 137<sub>15</sub>. 24 cf. concilium IV, actio I = MANSI VII, 632B. 27 cf. ibidem, 748 C,

que ex episcopis, qui in presentiarum sunt, ignorant actus conciliorum ; aut cum cognoverit, ad aliam sententiam interpretabatur et non ad sententiam Dioscori, et ideo dixit : ' non est canon, qui dicat istud ', videlicet quod Eutices dicebat, illum, qui istam fidem doceret, sciret, subiacere condemnationibus patrum, at illum, qui immutare <t> fidem secundum dictionem, quod Flavianus non faciebat, ymmo dum servaret dictiones simboli, intelligebat et docebat alia fide, sed non aliena. Hoc autem non prohibetur, docere extra te[x]tum alia et consona. Videtur per omnia iniuste depositum Flavianum ; non enim diffinitiones transgressus est nec innovavit | aliud symbolum, prout vos fecistis, et hec pro nobis certa sunt. Et hoc quod vos conceditis, nisi evidentissimis rebus contradicere velitis.

CARDINALIS. Vultis plus dicere ?

EPHESINUS. Volo preterea unum testem allegare, sed proferre volumus, qui fuit princeps vestre Romane ecclesie, qui omnium diffinitionum expositor est specialiter nostrarum rationum confirmator, Vigilium sanctissimum papam senioris Rome, cui profecto nos obedire tenemur et vos imitari ; vos dico, qui successistis illius dignitati. Sit denique iste ut assignaculum nostrarum rationum ; dicit in epistola illa, quam ad Euticium Constantinopolitanum patriarcham direxit, talia dicit : ' karissimo fratri Euticio Vigilium. Repletum est letitia os rostrum et lingua exultatione. Nos semper custodivimus et custodiemus a principio fidem, que a principio tradita est ac magno deo et salvatore Yhesu sanctis apostolis et ab ipsis in universo mundo predicata et a sanctis patribus declarata et maxime a patribus, qui conveniant in sanctis 4<sup>or</sup> conciliis, que per [omnia] et accipiemus, hoc est in CCCXVIII sanctos patres, qui in Nicea conveniant, qui sanctum symbolum hoc est disciplinam fidei exposuerunt et qui Arrii furiam anathematizarunt et qui eadem scirent ; admittimus CL sanctos patres, qui in Constantinopoli conveniant, qui eandem sanctam disciplinam declararunt et illud, quod est de divinitate sancti spiritus, expresserunt et heresim Macedon[is] [im]pugnatoris spiritus et ipsum Apollinarem condemnarunt et qui ea scirent et sapiunt ; accep[er]imus CC sanctos patres, qui in civitate Ephesina conveniant, qui per omnia secuti sunt idem sanctum symbolum et disciplinam, et condemnarunt Nestorium et scelestia eius dogmata et qui similia scirent vel sentirent ; una cum istis suscepimus VCLX, qui in Calcedone conveniant, qui per omnia consenserunt predictis sanctis conciliis et secuti sunt predictum symbolum seu disciplinam quod a CCC sanctis patribus expositum et a CL declaratum, et anathematizarunt, qui aliud preter dictum symbolum auderent docere vel credere sanctis dei ecclesiis ' etc. Audistis, patres reverendi, que dicta sunt a sanctissimo papa Vigilio ; hoc ipse dicit symbolum, quod a patribus Nicenis expositum et a Constantinopolitano declaratum et a patribus concilii Ephesini et Calcedonensis ; non dicit *expositum* nec dicit *declaratum*, sed *confirmatum et susceptum* et hos omnes patres fuisse illud symbolum secutos, dicit eos anathematizatos, qui aliud preter dictum symbolum auderent docere vel tradere sanctis ecclesiis anathema, in quibus n[on] particulare aliquod symbolum potest intelligi, cum particulare sanctis ecclesiis <non> tradatur. Nec contrarium vos dicitis. Quonam modo taliter ipse dixisset aliud preter dictum, si contrarium dixisset. Nam non dicitur contrarium preter istud, sed dicitur contrarium tali ; sed aliud dicitur [r] preter istud et immutata sententia dictorum, et hoc liquide

6 testum V.                    7 forte legendum loco diffinitiones vocabulum dictiones.                    20 omnia] horam V.                    24 Macedonum pugnatorum V.                    25 accep[er]imus] accusamus V.                    27 condemnarunt V.                    35 hos fuisse V.                    37 ne V.                    40 dicitu V.

2 citatio in actione I concilii Chalcedonensis = MANSI VIII, 632 B.  
tychio patriarchae = MANSI IX, 188 D ; 413 C-D.

16 cf. VIGILIUS papa Eu-

76r apparet omnibus, qui [n]olunt contempnere. Nam symbolum postulamus, rev. patres, depositum sanctorum patrum, qui convenerunt in regia urbe Constantinopolitana; reddite hoc | nobis tale quale a nobis suscepistis. Si quis commiserit vobis aliquid in deposito, nonne debetis reddere, ut habuistis? Reddite nobis symbolum patrum, ut accepistis; non suscipit addita-  
 5 mentum aliter quam conclusum est ab illis patribus, et qui auderent mutare, exploduntur, et qui aliud preter istud vellent facere, tormentis constring[untur]. Parum ne videtur vobis, quod fuit additum simbol[o] et parvipenditis rationem talis rei? Ergo et dempta nil noceret aut parvum, ymmo proderit maxime. Nam uni et universo christiano magnum est, quod tactum est, et magna ratio est de illo; ergo nec nos erramus, si magnam facimus rationem  
 10 de isto propter aliquam particulam appositam, et sic per dispensationem detrahatur. Et vos complectamini fratres, quorum [videtis] lania[tus], qui vinculum caritatis laniatis. Rogamus ut patres et dominos honorabiles propter viscera domini nostri Ihesu Christi, qui dilexit nos inutiles existentes et desperatos et qui animam suam posuit pro nobis. Redeamus ad illam optimam consecrationem, que debet esse et inter nos et patres illos, quam habebamus priusquam  
 15 adderetur et inter nos non erat scisma. Agnoscamus ad invicem et veneremur patres, honoremus diffinitiones, timeamus penas, custodiamus traditiones, ut simul omnes uno ore glori[ficemus] honorabilissimum nomen patris et filii et spiritus sancti [n]unc et semper in secula seculorum. Amen.

<CARDINALIS>. Cum vestre gratie beneplacito.

20 EPHESINUS. Dicatis plane propter notarios.

CARDINALIS. Faciam. Reverendi ac dilectissimi patres. Ego intellexi, que modo protulistis et dimissis proemialibus veniam ad rem ipsam. Paternitas vestra dixit, quod volebat respondere octo articulis per me factis, quia illa videbantur pertinentia magis quam alia. Ego in scriptis dedi tibi XXti, postea diversis vicibus ultra octo aut decem, que re vera non sunt  
 25 minus pertinentia quam illa, ymo magis ac magis stringunt. Dimittendo ista venio ad primum, et dicitis primo de Carisio, quod ille nil nobis prestitit, quia ille fecit privatam symbolum, nos agimus de universali. Ad hoc respondeo, quod multum prestitit et prestat, licet inter nos et ipsos sit questio de simbolo universali. Nihilominus de hoc verbo addito et an licuerit fieri, insurgit ex intellectu dictionis tertii concilii. Vos videmini intelligere illa verba *aliam fidem* id  
 30 est aliis verbis licet veram et quod te[x]tus intelligitur de alio simbolo etsi vero, tamen in verbis di[vers]is. Ego impugnabam, quod satis protulit fidem suam per diversa verba, quam sit symbolum Nicenum, et non fuit reprehensus, ergo ex hoc comprehendo sensum prohibitum comprehendere diversitatem fidei effectum, non verbo et sicut dixi, te[x]tus non distinguit inter symbolum universale vel particulare vel commune vel privatam, ymmo sepe dixi,  
 35 quod particularis persona prohibetur per istum textum. Nam si intellectus diffinitionis fuisset de verbis tantum, Carisius valde fuisset reprehensus. Secundo paternitas tua dixit, quod ego dixeram, | quod hec prohibitio prohibebat non tantum proferre, sed et sapere; dicitis, quod verbum *sapere* non est in prima parte te[x]tus, sed verbum *proferre et docere*, sed in secunda parte diffinitionum, cum reprehendatur dogma Nestorianorum, ponitur *credentes vel*

76v

1 volunt V.            6 constringit V.            7 symbolum V.            10 re et sic V.            11 quorum debetis laniari V.            14 pius nunquam V.            16 gloriemur V.            17 tunc V.            22 prohemialibus V.            23 otto V.            24 otto V.            30 testus V.            31 diffinitis V. || quod sit V.            33 testus V.            37 prohibebatur V.            38 testus V.

1 cf. GILL 216<sub>1</sub>-247<sub>7</sub>.            9 tactum scilicet mutatum additione symbolum secundum mentem Ephesini.  
 10 in textu actorum graecorum (GILL 216<sub>20-23</sub>): δι' οικονομίαν ἀφαιρεθῆτω πάλιν, ἵνα προσλάβησθε ἀδελφούς σαρατταμένους καὶ τὴν ἀγάπην οὕτω περὶ πολλοῦ ποιουμένους.

*sapientes*, et quod hoc verbum *sapere* fuit positum in concilio Calcedonensi propter factum Euticis, quia Eutices bene proferebat symbolum, sed male intelligebat, et ideo concilium Calcedonense posuit illud verbum *sapere*. Addit ipse, quod verbum *sapere* est secundum intentionem intus proferre vel docere, et conscribere secundum verba et dictiones. Ad hoc possum dupliciter respondere, uno modo: licet hoc verbum non sit in diffinitionibus tertii concilii, 5 sufficit, quod sit in prohibitis aliorum conciliorum; nam ita ligat diffinitio octavi concilii, septimi, sexti, quinti et tertii... Si prohibetur intelligentia, tunc sequuntur illa inconvenientia, que olim dixi, quia quicumque saperet aliquam veritatem, que non esset in simbolo, incurreret anathema, sive per quintum, sive per sextum, sive per septimum; sed hoc est absurdissimum, nedum dicere, sed cogitare, quo omnis homo incurreret anathema. Secundo respondeo ad istud, quod licet hoc verbum expresse non fuerit positum in verbis prime partis, oportet ita intelligere, et ita sancti doctores intelligunt. Et primo Cirillus, postea Vigilus, quem tante auctoritatis facitis, prout est. Cirillus in expositi[one] simboli declarat sensum prohibitum tertii concilii et dicit, quod illud concilium tulit sententiam contra Nestorium, et damnavit vanitates vocum eorum, qui cum Nestorio erant et qui fuerunt et qui saperent talia. 15 Certum est hanc diffinitionem habere duas partes; ultima loquitur de sapientibus dogmata Nestorianorum, ubi hec prohibitio potest prohibere vanitatem vocum nisi in prima parte. Certe hoc intelligit *aliam fidem*, id est de sapientibus aliam fidem id est contrariam, alioquin Cirillus non dixisset veritatem. Secundo probo per dictum Vigilii per particulam, quam volebatis pretereire; dicit: 'recipiamus CC sanctos patres' etc. 'et iudicarunt Nestorium impium et 20 damnarunt iniqua dogmata'; et continetur in secunda parte diffinitionum. Et sequitur: 'et qui similia saperent'. Ergo expresse Vigilus intelligit primam partem, non solum loquitur de prolatione, sed de his, qui sapiunt. Et unde isti doctores declarant, quod est intelligenda prohibitio non solum de loquentibus, sed et de sapientibus. Tertio probo per rationem, quod ita debet intelligi, et ridiculum esset dicere vel cogitare illos patres voluisse ligare proferentes ore et non, qui cogitarent corde. Lex non imponitur verbis, sed rebus, et intentio sinodorum <est>, ut doceant homines veritatem, quid debeant de deo sentire, quia dicit apostolus: 'corde [creditur] ad iustitiam, ore ad salutem'. Unde intentio patrum est, qui sunt ministri iustitie, docere homines, qualiter debent corde sentire. Unde ipsi non | perfecti essent 77r ministri iustitie, nisi corde docerent. Et quia voces sunt significative eorum, que quis in animo habet et nemo presumitur aliud ore proferre quam mente habeat, ideo visum est sufficere patribus prohibere verbum *proferre* comprehendens *sapere*. Numquid homo esset salvus, si recte proferret, si corde male sentiret? Et per hoc responsum est ad id, quod allegavit de dictionibus, et ad aliud, quod ipse dicit, quod *sapere* intelligitur de corde et proferre <de> ore. Deinde revertimini ad id, quod prima parte dixistis, dicens, quod privata persona potest 35 facere privatam symbolum, <sed> universale <non potest fieri>. Istud non videtur habere rationem nec faciem rationis, quod private persone concedatur plus quam universe ecclesie. Primo deberet magis prohiberi singularis quam universalis, quia verisimiliter privata persona potest errare, universalis non potest errare. Et hoc repugnat rationi naturali et civili et politicis, quod plus possit una persona quam communitas. Et si prohiberent symbolum fieri ita quod 40 per illam prohibitionem prohibetur particularis et <non> universalis, et verba hec comprehendunt loquentia in singulari, et hoc videtur alienum a ratione, quod legislator, qui intendit

6 ottavi V.                      7 post tertii spatium vacuum duorum vocabulorum V.                      13 expositis V.  
 27 doceat || de repetit V.                      28 corde fit V.                      36 symbolum, non universale V.                      39 policitis V.

3 addit ipse, scilicet Marcus Ephesinus.

28 cf. Rom. 10, 10.

- omnes ligare et non se, sibi et non aliis legem imponat. Ea, que pertinent ad rationes politicas, non sunt spernenda dicta a sanctis patribus. Leges communes et que facte fuerunt Constantino-  
 poli per Iustinianum, dicunt, quod par in parem non habet imperium, nec habens potestatem  
 condendi legem potest ligare successorem, quo minus veniente necessitate hec posset mutare.  
 5 Hoc esset contra rationem et finem legis; nam lex fit ad bonum publicum, modo si utilitas  
 publica exigit, ut quid fiat contra legem, nisi posset fieri, esset contra factum ipsius legis. Et  
 ut non videar uti legibus secularibus solum, adduco exempla sanctarum synodorum. In primo  
 concilio Niceno fuit conclusum, quod post ecclesiam Romanam esset Alexandrina, et sicut  
 dicit papa Iulius, quod fuit prohibitum, ne quid fieret contra illud sub pena depositionis, si  
 10 esset episcopus et clericus, si laycus, <sit> excommunicatus. Iterum dico: Nicenu[m] prohi-  
 buit sub pena prohibitionis et anathematis, ne quid fieret contra illos canones. Ita textus Iulii  
 pape dicit: 'posuerunt leges, quas sacros canones appellamus, necessarias ad statum eccle-  
 sie, et ad intensionem episcoporum fuerunt statuta et omnia nocumenta fuerunt prohibita,  
 ita ut qui talia temptarent clerici a proprio gradu recedant, si monaci vel laici, excommuni-  
 15 centur'. Non obstante illa prohibitione Niceni concilii fecit Calcedonense, quod Constantino-  
 polis esset secunda, et sic apparet, quod non tam unum concilium potest addere, sed seri[o]ri  
 tollere, dummodo non sit contra fidem, qua[nt]umcumque prohibeat, non ligat manus se-  
 quentium synodorum in illis, que possunt dispositionem hominum variare, non de fide, que  
 est invariabilis. Unde ecclesia catholica bene prohibet fieri quid contra fidem, sed quod ali-  
 20 quid, quod sit secundum fidem, non possit ecclesia facere, hoc est impossibile. Ea, que conti-  
 nentur in symbolo, sunt invariabilia, sed quod hiis verbis vel illis utamur, dummodo sunt  
 vera, hoc nunquam fuit inhibitum nec potest inhiberi, et sicut synodus Constantinopolitana  
 potuit facere declarationes, ita in eternum poterit per alia[s] fieri, ymmo dico plus: quod si  
 aliqua synodus diceret, quod in simbolo non addatur etiam verbum verum, intelligeretur de  
 77v 25 privatis additionibus, | non de ecclesia universali. Et si quis diceret: Cirillus prohi-  
 buit sibi ipsi loquens in persona concilii, Cirillus intelligebat de se ipso et de privatis, non de  
 universali ecclesia, hoc dico per quandam repositionem, cum supra declaravi, quod epistola  
 Cirilli habet significatum de sensu, non de verbis. Ad id, quod dixistis, quod additio fuit causa  
 multorum malorum, dicatis, quod additio non fuit causa scismatis, quia ante istud scisma  
 30 ecclesia Romana cantabat symbolum cum hoc verbo *filioque*. Hoc habemus per epistolas  
 [Hormisde] pape, quam scribit imperatoribus Constantinopolitanis, videlicet Iustino patri  
 Iustiniani, qui fuit tempore concilii tertii. Concilia Tolletana sunt magne auctoritatis cele-  
 brata cum presidente Leonis, et <in> multis de illis conciliis ponit[ur] illud verbum *filioque*.  
 Si vultis, quod legatur, audite.
- 35 EPHESINUS. Nos nunquam audivimus talia concilia.  
 CARDINALIS. Audietis nunc.  
 EPHESINUS. Quia ista non sunt autentica, ideo non curamus ista videre.  
 CARDINALIS. Ideo dico, quod erat illud verbum apud ecclesiam Romanam, *filioque*, et non  
 fuit scisma. Item [T]ar[is]ius addens *per filium* in septimo concilio non generavit scisma.

1 policitas V.	2 Constantinopolis V.	3 in parem] imparum V.	10 Nicenus V.
16 seriari V.	17 quarumcumque V.	23 alia V.	25 aditionibus V.
19 [Hormisde] Eirinide V.	32 lege Toletana.	33 et multis V.	39 Carisius V.

2 cf. D. IV, 8, 4 (Nam magistratus) = MOMMSEN 67. 8 cf. concilium Nicaenum, canon VI  
 = MANSI II, 669 E - 672 E. 9 Ps. - IULIUS papa; cf. MANSI II, 1175 D. 12 ibidem, 1178 A-B.  
 15 concilium Chalcedonense, canon 28 (reprobatus). 16 seriori id est posteriore (concilio).  
 31 HORMISDA, Epistola ad Iustinum = MIGNE PL 63, 427 sqq. 32 concilia Toletana; cf. I. A. DE AL-  
 DAMA S. I., El Simbolo Toledano I, in Analecta Gregoriana VII, Romae 1934. 39 concilium VII,  
 actio VII = MANSI XIII, 729 C.

Deinde doctrina Augustini et Ambro[s]ii erat nota ante tempus tertii concilii. Item doctrina multorum doctorum Grecorum erat nota Orientalibus doctoribus, et tamen nullus fuit scandalizatus contra eos. Unde non dicatur, quod hoc verbum *filioque* fuerit causa scismatis; nec per hoc secuta est divisio.

EPHESINUS. Propter que ergo? 5

CARDINALIS. Litis preterite non est causa referenda; volo uti verbis, que sunt apta ad pacem, non ad litem. Demum ad argumentum obmissionis concilii Constantinopolitani quod de eo non fuerit facta mentio, cum dicitis, quod fuit ante prohibit[i]one[m]; sicut dixi in scriptis, ponamus, quod prohibitio prohibeat aliud symbolum fieri, discutiamus de significato istorum verborum ad symbolum. Ego non dico de prohibitione ante vel post, sed de significato; 10 tu dixisti, quod id, quod non differt in sensu, sed in verbis, debet reputari unum et idem in Niceno; ita nostrum, cum sit idem, non est aliud.

EPHESINUS. Ego dixi sine diversitate nec dixi idem, sed aliud. Vos accipitis hanc significationem a me, quam non dixi, de illo Constantinopolitano solum.

CARDINALIS. Illa ratione, qua fuisti motus ad dicendum de illo Constantinopolitano, 15 ego moveor de nostro, ut dicatur idem. Deinde probo per alias auctoritates. Ego dico, quod in septima synodo fuit lecta fides Tar[a]sii et Theodori, que in multis verbis differebant, et tamen fuit dictum, quod erat una et eadem ydemptitas. Item in quarto concilio dicunt, quod decreta in Ephesino et Niceno ita concordarunt, quod nil diversum sapierunt sive diffinierunt. Ergo diversitas et ydemptitas non attenditur ad verba, sed ad intellectum. Ego dico, quod 20 et ante tertium concilium fuit facta hec prohibitio. Probavi per Celestinum, deinde per Cirillum, tertio per primam synodum, et paternitas tua nichil respondit. Deinde | audiatis 78r  
epistolam Liberii pape.

ANDREAS. Fuit lecta in Greco, demum in Latinum hiis verbis.

EPISTOLA. 'Dilecto fratri Athanasio et universis in unum congregatis fidem rectam scien- 25  
tibus Egiptiorum episcopis Liberius papa salutem.

Et ab initio percepimus a beato Petro apostolorum principe fidutiam, ut habeamus auctoritatem [pro] universali ecclesia ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat statum ecclesie submovere ad lesuram recte <c>redentium, [sine] pericul[o] honor[is], epistolam vestram nobis directam ad nos recitari fecimus, tribulationes, quas pro recta fide patimini, intel- 30  
leximus. Super quibus et nos una vobiscum condolentes, et laborare pro vobis, ut pat[er] pro filio, parati sumus. Fidem Niceni concilii in eadem epistola recte reperimus, gratias referimus, pro qua non solum persecutiones sustinere parati sumus, sed etiam, si necesse fuerit mori pro nomine Christi, in quantum nostra fragilitas patitur, non respuimus. Ideo predictum Nicenum concilium diffinivit illam fidem 'non licere proferre, sapere vel docere aliter nec quicquam 35  
in fide sentire vel proferre, quod hiis patrum regulis posset obviare; qui [vero] presumpserit aliam fidem sapere, docere vel proferre, vel aliud symbolum tradere, ad fidem veritatis converti desiderantibus, [vel a] iudeis vel paganis christianos volentibus <se> fieri, si episcopi vel clerici, alieni ab episcopatu, clericos a clero, sy monacos vel laycos anathematizari voluerunt'.

CARDINALIS. Etiam ego probavi per aliam auctoritatem, quod similis prohibitio facta 40  
fuit ante canones Niceni. Unde non tantum Liberi[i], sed Vigili testimonium habemus,

1 Ambrosii V.  
27 fidutiam V.  
36 qui non V.

6 verbis *repetit* V.  
28 ab universali V.  
38 bella iudeis V.

8 prohibitum V.  
29 si non periculi honore V.  
41 Liberi V.

17 Tarisii et Theodori V.  
31 patre V.

etiam Damasi pape et episcoporum, qui fuerunt in Ariminensi concilio, ubi catholici et ariani fuerunt; ariani fuerunt plures nimis et protulerunt perfidiam illorum, quam in [Sirmio] protulerunt, catholici resistebant eis, et illi ariani volebant persuadere, quod propter duo verba non debebat turbari status ecclesie: 'tollatur hoc verbum, non erat etc., et erit pax'; sed 5 cat[h]olici intelligentes fallacias repulerunt eos, et insinuarunt imperatori eorum voluntatem dicentes, esse filios Niceni concilii, pariter et heredes. Reperitur recte ipsorum fides ad Constanti[u]m scripta, cuius verba sunt hec:

Epistola catholicorum episcoporum, qui ariani[s] resistunt in Arimino.

78v CARDINALIS. Et est advertendum, quod pauciores tenentes rectam fidem dicebant concilium representare et sub nomine concilii scribebant litteram. Hec fides sola in Nicea expugnat heresim arianam, et non solum illam, sed alias, cuius vero fidei addere quicquam, erroneum et fallax | est, et auferre periculosum. Et si quis horum alterum fiat, num facultas agendi que [v]olunt etc.? Nos habemus Theodoretum, quem audiatis in Greco. Deinde sequitur epistola Damasi, que invehit contra illos, qui protulerant in Arimino de Sir[mi]o hiis verbis: 'patres CCC, qui in Nicea convenerunt, hunc murum firmissimum contra hereticos stauerunt, et hoc remedio sunt omnia repulsa obstacula, ut pater et filius eiusdem bonitatis, magnitudinis, virtutis credi debea[n]t, unius essentie, substantie, et spiritus sanctus. Aliter sapientes alienos a nostra communione iudicarunt'. Ergo hanc prohibitionem sciatis factam ante tertiam synodum, et multis modis est probatum in concilio videlicet Niceno, qua non 20 obstante patres in Constantinopoli non prohibuerunt facere unum symbolum. Ergo apparet prohibitionem referri ad contrariam fidem, non ad declarationem veritatis. Ad hoc, quod ipsi dixistis, quod symbolum Constantinopolitanum habet se ad Nicenum ut novum [testamentum] ad vetus et quod Constantinopolitanum explicat, quod erat in Niceno implicite, ut novum, vetus dico, quod nostrum explicat, quod erat in Niceno, illam veram similitudinem, per quam 25 intelligitis duo tantum esse simbola, illam non accepimus. Et quia pridie dixistis, quod erant duo simbola et quod non erat symbolum apostolicum, probo contrarium, et hec sunt verba Leonis, ubi dicit: 'siquidem catholici simboli brevis et perfecta confessio, que XIIcim apostolorum [totidem] est signata sententiis, tam instructa est instructione celesti, ut omnes hereticorum opiniones solo ipsius gladio possent detruncari, cuius simboli plenitudinem, si Eutices puro et simplici corde voluisset concipere, in nullo a decretis sacratissimi Niceni concilii deviare'. Et incipit: *Quantum presidii ad Pulcheriam imperatricem* in registro beati Leonis. Secundo est testimonium Ambrosii, et scribit pape [Siricio?] et dicit sic: 'Sed si doctrinis non creditis sacerdotum, credatis oraculis Christi, credatis monitis angelorum dicentium, quod non est *impossibile apud deum omne verbum*, credatur simbolo apostolorum, quod intactum ecclesia Romana servat'. Accedat magnus Augustinus exponens symbolum apostolorum, et ponit de verbo ad verbum illud et dicit: 'Quod factum est ita breviter, quod omnes possent memoria retinere, et quod evangelia et prophetie et apostolici actus

1 Damasi V.      2 Sitrino V.      5 catholici V.      8 post episcoporum repetit epistola V.      10 Nicena V.      13 nolunt V.      14 Sirimo V.      15 Nicena V. || nurum V.  
21 ipse V.      22 textum V.      23 vetus V.      28 tandem est V.      31 Pulcheriam V.  
32 Ambrosii || post pape duo puncta, quibus adiungitur risio V.      37 memorie V.

1 cf. concilium Riminense, MANSI III, 305 D-8 A.      4 cf. MANSI III, 301 E.      8 ibidem, 301 D.  
8 hic titulus non invenitur apud MANSI III, 301 D-306 C.      13 cf. THEODORETUS, *Historia ecclesiastica*, lib. II, c. 23 = PARMENTIER 150-2.      15 cf. DAMASUS papa, *Epistola synodalis* = MIGNE PL 13, 348 C.      27 LEO I, *Epistola ad Pulcheriam imperatricem*, c. 4 = MIGNE PL 54, 794 B.  
32 AMBROSIUS, *Epistola* 42, c. 5 = MIGNE PL 16, 1125 B.      34 Luc. 1, 37.      35 cf. AUGUSTINUS, *De fide et simbolo*, c. 25 = MIGNE PL 40, 196.



implicite continentur'. Et dicit: 'Hec est fides paucis verbis tenenda; in ipso simbolo novel-  
 lis christianis datur'. Et exponit quatuor, primo ad fideles, secundo ad hereticos, tertio ad iu-  
 deos, quarto ad paganos; et aperit multa | misteria dei pulcra. Unde invitat hereticos, 79r  
 iudeos et gentiles ad susceptionem huius simboli, et dicit, quod *tradatur novellis fidelibus* et  
 quod sine ipso non est recta fides. Et advertendum, quod symbolum apostolorum est perfec- 5  
 tius id est completius quam Nicenum. In simbolo Niceno non dicitur, quod Christus est con-  
 ceptus de spiritu sancto ex Maria virgine, quod est ita magnum et admirandum misterium.  
 Item nil dicitur de descensu ad inferos, de sanctorum communionem, carnis resurrectione, et  
 multa alia, que sunt in hoc simbolo. Desinat paternitas vestra dicere, quod non sunt nisi duo  
 simbola prohibita tot auctoritatibus generalibus. Et si queris, quando fuit [traditum] sim- 10  
 bolum apostolorum, dico, quod beatus Clemens post obitum Petri scripsit Iacobo epistolam,  
 et in illa epistola multas traditiones Petri apostoli commemorat. Inter quas dicit hec verba:  
 'Christo resurgente et ascendente ad celum, misso spiritu sancto, conlata apostolis scientia  
 linguarum, adhuc in uno posito simbolo, quod nunc tenet fidelis ecclesia, quisque quod senti-  
 ret et teneret, ediderunt, quatenus d[i]scedentes a[b] invicem hanc regulam apud gentes 15  
 predicarent'. Et secundum hanc traditionem beati Petri in die pentecostes factum fuit hoc  
 symbolum, nec est verisimile, quod ecclesia steterit trecentis annis a tempore assumptionis  
 usque ad concilium Nicenum sine simbolo. Deinde respondeatis ad id, quod dixi de sexta syn-  
 nodo. Vos dicitis, quod debet intelligi, ut nil fiat *in eversionem* id est ipsius simboli, et dicitis,  
 quod loquitur de his, que fuerunt diffinita in sexto concilio, quasi velitis intelligere, quod non 20  
 prohibet diffinita in aliis conciliis. Ego expediam me de istis, quia textus ponit verbum *eversio*  
 post verbum *adiectionem doctrinis*. Numquid per hoc <non> apparet, quod illa adiectio est  
 prohibita, que fit ad eversionem? Certe sic. Ad secundam partem, cum dicit ibi: *eorum,*  
*que diffinita sunt*, refert se ad omnia et ad primum et secundum et tertium et quintum et sex-  
 tum concilia, que omnia fuerunt exposita; et quod hec verba *aliam fidem* ita intelligantur, 25  
 beatus Gelasius papa declarat, et fuit sollemnissimus doctor, fuit ante Gregorium Gelasius et  
 dicit: 'Si quis secundum sceleratos hereticos quocumque modo vel verbo vel tempore vel  
 loco terminos transmutans illicite, quos posuerunt firmiter patres ecclesie et sancte universa-  
 les synodi, [tentaverit] temere et [contra]venire, et fidei alterius expositiones, aut leges, et  
 diffinitiones, vel libellos, aut epistolas aut testimonia falsa ecclesiasticis regulis incognitas, 30  
 et si quid aliud, <quod> impiisimis hereticis solit[um] est agere, pro dyabolica instigatione,  
 callide agit contra s[anct]as ortodo[x]orum sententias; si perseveravit hoc impie agens, in secula  
 seculorum sit condemnatus et dicat omnis populus: fiat, fiat'. | Illa verba septimi con- 79v  
 cillii, id est 'noli transgredi terminos patr[um]', posita de eversione, intelligunt[ur] <de>  
 interpretation[ibus] contra sententias patrum. Deinde cum respondetis ad dictum meum 35  
 ex epistola Cirilli, cum dicebam, quod sequitur intentionem patrum, dicit[is], quod hoc pre-  
 cessit diffinitiones. Ego dico, quod hec responsio nichil valet, quia intelligentia verborum  
 sumitur ex causa dicendi. Unde cum beatus Cirillus dicit *sequi intentionem sanctorum patrum,*

10 aditum V.	15 descendentes ad V.	16 traditionem V.	27 hereticos V.
28 illicitos V.	29 temeritates temere et venire V.	31 solita V.	32 valide    or- thodorum V.
	34 patris    intelligunt interpretationes V.	36 intentio    dicit V.	

10 *prohibita id est prohiberis, ne ita dicas, tot auctoritatibus.* 11 Ps.-CLEMENS = HINSCHIUS,  
*Decretales pseudoisidorianae, 30 sqq.* 27 cf. GELASIUS papa, *Epistola episcopis Dardaniæ* = MIGNE  
 PL 59, 78 D - 9 A. 34 cf. Prov. 22, 28; haec citatio fuit a S. Cyrillo Alexandrino adhibita in  
*epistola ad Ioannem Antiochenum*; MIGNE PG 77, 181 A.

non debet intelligi nisi de ipsa intelligentia, non de verbis. Alioquin videretur sibi contrarius, aliter in epistolis, et aliter in diffinitionibus sapiens. Item tota synodus dixit, quod ipse sapit idem cum fide Nicena. Unde ipsa synodus, que fecit prohibitionem, intelligit esse idem, quod sensui consonat. Postea respondistis ad dictum meum de septima, ubi dixi : *intentiones veritatis*  
 5 *sectantes*, et dicitis, quod ille intellectus facit pro vobis, quia infra dicit : *nil addentes vel minuentes*. Dico, quod non potestis negare, quod debemus sectari veritatem, non verba. Et illud, quod putatis esse pro vobis, [quia] dicit : *nil addentes*, videas, quod est contra te, quia ibi exponit fidem Nicenam et aliorum conciliorum, et loquitur superius de omnibus.

EPHESINUS. Inferiora quomodo intelliguntur ?

10 CARDINALIS. Inferiora intelliguntur per superiora. Certum est, quod in aliis conciliis non fuit diffinitum de ymaginibus, et ibi fit, et tamen dicit synodus, quod nil addit.

EPHESINUS. Erat traditio ecclesie.

CARDINALIS. Ista diffinitio non erat facta in aliquo concilio preterquam septimo. Addit ergo, et tamen dicit : *nil addit*. Unde oportet intelligere, quod nil addit contra veritatem, sed  
 15 quod erat in sacra scriptura, magis explicat. Demum respondistis ad dictum de beato Leone et dicitis, quod Leo non fecit aliud symbolum. Ego respondeo, quod per verba *prohibita* sive sensum vestrum ita est prohibitum facere diffinitiones ut symbolum, et nichilominus Leo cum synodo Calcedonensi fecit aliam diffinitionem ; per hoc datur intelligi, quod prohibitio comprehendit contrarium symbolum et contrariam [diffinitionem], quia cum prohibitio utrumque  
 20 comprehendat, nonne utrumque erit prohibitum vel utrumque permissum ? Ad hoc, quod dicitis, quod ecclesia Romana non fecit cum diligentia hanc additionem, dico contrari[u]m, quia mature fecit sequens veritatem et sacras scripturas, doctores Grecos et Latinos. Et quia pridie dixistis, quod qui hoc dogma apposuit, fecit tertium testamentum, dico, quod qui tollit hec verba, tollit novum testamentum, ymmo et vetus, quia cum vetus sit figura novi, si impugna-  
 25 tur novum, impugnatur et vetus, quia unum continetur in alio. Demum respondistis de Flaviano et episcopo Dorilei, et dixistis, quod illud nichil prodest nobis, quia Flavianus non fecit symbolum, et illi intelligebant, quod non licebat facere diffinitiones et ideo male intelligebant, et ideo fuit revocata eorum sententia. Ego dico, quod fuit causa revocationis, quia condemnata fuerat veritas ; deinde, quia vere ipsi non bene intelligebant illam diffinitionem, quia intel-  
 80r 30 lige | bant nec in simbolo nec extra licere addere, concilium hunc sensum improbat intelligens, quod licet, dummodo non addatur contra veritatem. Et hoc declarat Diogenes episcopus, qui ibidem erat, qui respondit his verbis : ‘ Dolos[e] proponunt fidem Nicenam ’ ; illa enim additamenta recepit propter errores Macedoni[i]. Unde ille intelligebat, quod symbolum recipit additamentum, si est consonum veritati et symbolum privatum et commune, dum-  
 35 modo fiat ad veritatem, non qu[od] est contra veritatem, quia ill[ud] nec ab ecclesia nec ab alio potest fieri. Subdidistis deinde, quod sicut evangelio ita et simbolo non debet addi, et in hoc vos multum fundastis. Attendas bene, rogo, quia spero tollere omnem dubitationem. Verum est, quod in textu evangelii nullus fuit ausus addere aliud verbum nec <in>scriptura aliorum sanctorum. Nam si quis diceret : Christus dicit tale verbum, si non dixit, diceret mendacium, et ita est de epistolis Cirilli et cuiuslibet etiam doctoris, intelligendo de nuda voce verborum. S[i] Christus appareret nobis et diceret : tale verbum apponatur in evangelio, num-

7 non dicit V.                    8 Nicenam] meram V.                    19 prohibitionem, quia V.                    21 contra-  
 rium V.                    26 Dorilegii V.                    32 erant || Doloso V.                    33 Macedonie V.                    35 non  
 que || illa V.                    39 mendatium V.                    41 Si] sed V.

4 cf. concilium VII = MANSI XIII, 729 A.

quid posset [a]pponi ? Certe nullus dubitaret, quod sic. Et si Iohannes in apocalipsi reviviscendo apud nos voluisset addere, numquid <non> potuisset ? Sic de beato Augustino, qui multa addidit ad librum *de civitate dei*, cum revidit. Modo symbolum factum, in Nicea, et per apostolos factum, per ecclesiam et auctoritatem ecclesie ; nam illa ecclesia, que fuit tunc, est nunc et usque in finem mundi, et sic semper ipsa potest addere, quia ista additio non fit ab extraneis, sed ab ipsamet. Et quod dixi de ecclesia, idem est dicendum de habente potestatem universalis ecclesie, ut summus pontifex. Et quod summus pontifex habeat potestatem universalis ecclesie, clare probatur et per evangelia et concilia et ex sanctis doctoribus Grecis et Latinis. Et audistis in epistola beati Liberii, qui dicit a domino habere auctoritatem pro universali ecclesia decernendi veritatem. Et quia est alius articulus, nolo illud intrare, sed cum erimus in illo, clare ostendemus hoc. 5

IMPERATOR. De hac materia multotiens dixistis, et non permisistis, quod nostri quid dicerent. Nam nos uno respectu volebamus preterire, sed alio respectu, quia tangit nos, [pro]ducemus iura nostra, si vos permiseritis nos ; nam in his non habemus inopiam.

CARDINALIS. Si tua serenitas intellexisset totum, non dixisset hoc. Dixi, quod nunc nolo intrare materiam hanc, sed tempus erit ad hoc. Et dixi solum unum verbum, equiparando ecclesiam summo pontifici. Et cum vos, domine Ephesine, allegastis Vigilium, quod ibi sunt duo, que faciunt contra nos, quod in Constantinopolitano fuit declaratum et postea fuit susceptum, dico, quod hoc modicum prodest, quia habemus alibi, quod in hac synodo fuit declarat[um] hoc, videlicet in actione tertie synodi, ubi dicit <ur>, quod Cirillus magnam lucem prebuit simbolo, quia Nestorius male intelligebat, fuit necesse, ut Cirillus et synodus melius declarare[n]t, nec fuit susceptum solum symbolum, sed declaratum, cum non sit admissus Nestorius | secundum mera verba simboli Niceni loquens, nisi illa XII capitula approbaret, et in qu[on]to concilio dicitur, quod [Vi]gilius anathematizat eos, qui aliud quam symbolum sapi[un]t ; hec verba, intelligendo aliud symbolum, quia dicit : *qui aliud preter dictum symbolum*, et si intelligeretur aliud id est verbum, esset malus sensus, quia semper hoc, quod quis dicat aliquod verbum, incurreret penam. Ergo quicumque dicat aliud verbum, esset anathema. Si vero intelligitur aliud id est symbolum, dico, quod intelligitur aliud id est malum vel corruptum vel extra sensum pietatis, et hoc modo bene stat. Ad id quod ultimo petiistis depositum dico, quod nostrum est unum et idem, et quod patres sancti Nicene sinodi curarunt de veritate et non de sillabis verbalibus, quia dicitur in tertia synodo, quod Nicena synodus venit ad declarandam fidem ; ecclesia nostra dogma illud declarans, fidem declaravit Nicene synodi et evangelicam et apostolicam ; si pax optatur, membra suo convenient capiti, et Iulii pape verbis inherentes, qui his verbis utitur : ' indignum est quemque pontificum vel alium illam regulam refutare, quam videt sedem beati Petri et docere et tenere ; multum convenit, ut totum ecclesie corpus in eadem observatione concordet cum sede apostolica, ubi Christus totius ecclesie posuit principatum '. Nonne clare conspiciatis, quod totum vestre contentionis fundamentum <male> residet, quia asseritis prohibitionem in tercio synodo factam ? Et tamen ego luce clarius ostendi ante fuisse prohibitionem factam, et sic necessario prohibitionem se ostendere ad falsam 30

80v

1 opponi || apocalipsis V. 13 perducemus V. 19 declarata V. 21 declararet V.  
23 quarto 24 Vergilius anathematizat V. 36 totus V. 38 ante et tamen erat prius  
scriptum, sed iam ab auctore deletum : cum primo etiam facti estis ante fuisse declaratum symbolum.

20 concilium Ephesinum, actio I = MANSI IV, 1140 B ; SCHWARTZ I, II, 40.  
hunc locum in actis concilii Chalcedonensis ; de cetero Vigilium papa post conc. Chalced. vixit. 24 non inveni  
concilium Ephesinum, actio VI = MANSI IV, 1361 D, 1364 A ; SCHWARTZ II, III, 154. 31 cf. con-  
I, Epistola ad episcopos orientales = MANSI II, 1177 D - 8 A (allusio). 34 cf. Ps.-IULIUS

fidem, nisi vellemus asserere Constantinopolitani concilii patres anathemate affectos quod nullus nostrum admitteret. Nonne videtis vos tantum duo asseruisse simbola et nos tercium, apostolorum, clarissim[e] demonstrasse? Et clare ostendi in Constantinopolitano simbolo verbum *de celis* deficere, cum quo verbo nos et vos cantamus symbolum. Li[qu]et luce clarius prohibitionem non se ad verba et sillabas extendere, sed ad diversitatem sensus et contrarietatem fidei, sine eo, quod etsi verbalis esset, foret prohibita ad [d]itio, cum hec positive prohibitionis constitutio foret, sole clarius ostenderem eandemmet ecclesiam eiusdemve ecclesie potestatem habentem summum pontificem hac prohibitione astringi non posse, de quibus, etsi aliqua corrigeremus, nonne ecclesie potestatem articulum commisceremus? Volui hoc processu vobis satisfacere et sole clarius ostendere patrum intentionem se non extendere nisi ad verba et sillabas fidem mutantia, non ad declarantia veritatem. Et quia spero, spiritus sancti gratia cito iuncturos vos omnes in eodem vinculo caritatis, aliis verbis exasperare vos nolo, sed tantum rogo, ut habeamus respectum ad veritatem et removeamus de animis nostris, que possent tollere cognitionem veritatis et eam totis sensibus amplect[a]mur.

15 ANDREAS. Hora iam XXIII pulsaverat ingressus XXIII<sup>am</sup>, cunctis frigore, inedia, a [t]entione agitatis, finis extitit collocationis diei illius. Et hiis impositus est questioni pr[o]positae verbalis additionis finis, et ut ad processionis dubium converterentur patres | ordinatum extitit; sed quia pestis suspicio ne [increbrescentibus] caloribus estatis proxime inficeretur sacer cetus, conclusione facta de concilio Florentiam transferendo, ad Florentinum concilium processionis materia est dilata. Sicque in cat[h]edrali Ferrariensi ecclesia ordine, modove, quo in icomenici concilii declaratione convenerant, summo pontifice, Latinis Gre[c]orumve patribus, cum eorum imperatore presentibus, infirmitate patriarcha absente, legitimo tamen destinato mandato, decretum est concilium de Ferrariensi civitate ad civitatem Florentinam, Grecis annuentibus, esse tra[n]slatum. Decreti autem tra[n]slationis verba per dominum Anthonium Portugalensem episcopum in generali se[ss]ione lecta hec fuerunt.

Eugenius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam.

Decet ycomenici concilii locum, ad quem viri electi ex toto christiano orbe conveniunt, in quo inter alia hominibus necessaria hoc potissimum sit aëris salubritas, ne ob infecti aëris contagionem pestiferam, quam cuncti naturaliter timent, fugiunt ac metuunt, hi, qui in concilio presentes sunt, abire inde re infecta compellantur, absentes vero illuc accedere recusent. Expedit profecto eos, qui ad res arduas in sinodis pertractandis confluunt, omni alia cura omnique timore vacuos esse, ut rebus publicis quietius, liberiusque intendant. Optavisset idem ipsum universale concilium, quod in hac inchoavimus civitate, apud e[an]dem continuare et in ea perfecta Occidentalis et Orientalis ecclesiarum unione consummare feliciter et ibi finem optatum imponere, ubi initium dedimus. Et quamquam, cum pestis autumnoproximo hanc urbem affligeret, a plerisque instantia fieret, ut synodus ipsa ad locum tra[n]sferretur non infectum, quia tamen, sicut assolet, adveniente [h]yeme illam prorsus sperabatur cessare, usque ad hunc diem dilatatum extitit. Cum vero illa in dies perseveret, timeaturque verisimiliter proximo vere atque estate vehementius invalescere, omnes iudicant consuluntque non modo utile, sed necessarium fore, ut ad alium loco hoc morbo liberum confestim mi-

2 None V.	3 clarissimum V.	4 licet V.	6 aditio V.	14 amplectemur V.
15 attentione V.	16 preposita V.	18 suspitio V.	18 increliescentibus (?) V.	
20 chatedrali V.	21 yn V.	21 Gregorumve V.	24 traslatum    traslationis V.	
25 sexione V.	33 eundem V.	36 transferretur V.	37 yeme V.	

8 de quibus scilicet verbis prohibitionis.

26 cf. Ep. pontif. II, n. 160, pag. 60-1.

grandum sit locum. Quocirca ex hac et aliis nonnullis rationabilibus causis, consentientibus karissimo filio nostro Iohanne Pale[o]logo Romeorum imperatore et venerabili fratre nostro Yoseph patriarcha Constantinopolitano, sacro approbante concilio, ipsam ycumenicam seu universalem synodum ab ha[c] civitate Ferrariensi ad civitatem Florentiam, omnibus manifeste liberam, securam, pacificam et quietam, aërisque salubritate letantem, et ad quam inter Tirenum Adriaticumque mare optime sitam, ab Orientalibus et Occidentalibus commode accedi potest, harum serie in nomine sancte trinitatis, patris et filii et spiritus sancti ex nunc transferimus et tra[n]slatam esse decernimus cum his plenis securitatibus et salvis conductibus, quos initio huius sacri | concilii cunctis prebuimus. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostre tra[n]slationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario 10 contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli eius se noverit incursum. Datum Ferrarie in se[ss]ione publica in ecclesia maiori solemniter celebrata, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, quarto idus ianuarii, pontificatus nostri anno octavo.

<ANDREAS>. Hac igitur in tra[n]slatione nostram diei h[uius] ystoriæ, nova id suadente 15 materia terminabimus, ad diem aliam redituri, quo religiosissime Florentie catholicis disputationibus declarata commemorabimus. Vale.

LUDOVICUS. Et tu vale; in crastinum, oro, hoc in loco iuxta promissa convenias.

ANDREAS. Fiet. Iterum vale.

LUDOVICUS. Felix i, carissime frater.

20

1 Quocircha V.      2 Paleologo V.      4 ha V.      8 traslatum V.      10 traslationis  
 V.      12 sexione V.      15 traslatione || hius V.      15 terminabibus V.  
 20 felix . j. V.

<COLLATIONES PUBLICAE FLORENTINAE>

<Adventus Graecorum Florentiam>

TERTIUS LIBER PROCESSIONIS SPIRITUS SANCTI, FLORENTIE DISCUSSE.

ANDREAS. LUDOVICUS. PROVINCIALIS. EPHESINUS. CARDINALIS. IMPERATOR. COLLOCENSIS.

<ANDREAS>. Quamvis ad constitutum locum huc festivus advenerim, tua me sollicitudo prevenit.

5 LUDOVICUS. Que pridie audivimus, ut preambula notionis spiritus magis sensum concitarunt quam foverunt; erant meo sensu fidei non multum opportuna data notione processus spiritus sancti. Ut plurimum concitatus ex pristinae diei sermonibus, ut sequentia audirem, ad locum constitutum avidè redii, ut fastidium additionis non divinum, sed positivum ius, ut tuo utar vocabulo, continens in gaudium convertamus. Refferas, oro, pollicite rei pro-

10 gressum.

ANDREAS. Florentie, cum summus pontifex maximus, imperator, et patriarcha, Latinorum Grecorumve patres advenissent, disputationum constituerunt progressus.

LUDOVICUS. Oro ante disputationum certamina, ut referas, quo ordine recepti sunt Greci. Scio Florentinos cives in his receptionibus, ut appareant, curiosos.

15 ANDREAS. Patriarcha duobus ex cardinalibus, domino de Columna et domino Firmano alias Sancte Marie de Via lata diaconibus cardinalibus obviam extra portam euntibus, cum prelatorum multorum comitiva in civitate ductus domum sociatus est; prevenit in veniendo imperatorem. Florentinos hoc speciale eo die fecisse conspectum est, quod pro tunc officiales, quos dominos vocant, ad sedile quoddam ante eorum palatium descenderunt expecta-

20 runtque, quousque patriarcha transiens ad eos advenerit. Quo adveniente surgentibus, interprete Leonardo Ar[e]tino domini eorum cancellario in Greco plurima obtulere, quo abeunte palatium ingressi sunt. Nulla affuerunt spectacula, cum festus dies non fuerit; nam scitis gentes illas | festo in die iocundissimas, diebus vero aliis exercitio indefesso vacare. Sed quia imperator die festo advenit, ac dominico carnispluvii civitatem ingressus est, magnum

25 apparatus fecerant, et hominum ac dominarum per stratas singulas; potissima namque civitatis illius exhibitio est ornatarum dominarum ac virorum, ut melius noscis. Pluvia tamen spectaculi pompam abstulit. Venit namque ex insperato, quamprimum limina civitatis ingressus est imperator, pluvia tam grandis, ut receptui se quelibet pompa dederit, quin ymmo viarum constitutus ordo, nimborum turbine, servatus non exitit, sed breviori celeriorive calle

30 domum perductus est. Et quod mirandum magis exitit; quamprimum limina domus ingressus est, cessavit pluvia. Advenerant et cardinales omnes ad porta[m] civitatis, qui eum cum turbine illo plurimum madefacti domum assotiarunt. Domini civitatis ad civitatis por-

82r

3 constitum V.                      8 stacidium V.    ||    9 additionis V.                      18 officiales V.                      20 in-  
terpetre V.                      21 Arratino V.                      24 carnispluvii V.                      31 portas V.

15 cardinales Prosper Colonna et Dominicus Capranica.

tam pedes advenere, eidemque per eorum cancellarium Leonardum Aretinum multa dixere, quibus gratissimum eius adventum recipere commemorarunt. Pluvia hac impediēte nullum habitum est ex novitate spectaculum. Ordinatū est, ut disputationes progressum reciperent. Grecis tamen volentibus particularem quandam conventionem petiere, antequam in publicum prodirent; de qua et mentionem non facerem, cum publica tantum gesta adscribere disposuerim. Sed quia preambulū extitit publicarum referendar[um] disputationum, de ea verba faciam. Petiti sunt XL ex nostris et ex Grecis totidem, ut ad certum venirent colloquium. Convenientibusque cunctis in palatio apostolico secreto in conventu summo pontifice, imperatore, octuaginta aliis, dominus Sancte Sabine, Sancti Angeli cognominatus hec in medium protulit. Viri fratres, multa [h]actenus dicta sunt. Videtur admodum super-  
vacaneum in his insistere, sed veniendum ad processionis <spiritus> s. declarandam doctrinam. Imperator vero respondit, quod arbitrabatur aliquod medium esse inventum; sed per devotum ad disputationem processionis spiritus sancti non intendit a prima recedere. Cui per reverendissimum dominum responsum est, quod omni tempore, si de qua re in eo dubitaverint, eisdem plenissime satisfiet. Conveneruntque, ut secunda martii fieret conventio publica.

## TERTIA DECIMA COLLATIO PUBLICA, FACTA DIE SECUNDA MARTII.

Primo in conventu Florentie convenientibus cunctis ordine et modo, quo Ferrarie relatum est, in qua nec imperator nec patriarcha interfuit. Incepit provincialis Lombardie hoc modo.

PROVINCIALIS. Cum benedictione sanctissimi domini nostri iniunctum satisfaciendi et disputandi officium de ea, que in nobis est, fide processionis spiritus sancti suscipiens, ubi iuxta sententiam beatissimi Augustini in primo de trinitate cum modestia et timore agendum est, et attentissimis auribus et devotis audiendum. Inprimis, si aliquid minus perite et parum caute a me dictum vel expositum fuerit, emendari cupio ab eadem sanctitate, que Petri et fidem et sedem tenet, et etiam reverendissimis patribus et dominis meis assistentibus. Consequen[ter] vero, cum inter nos, cum divina tractari ceperint, non debeat verborum esse litigium, sed exquisita verborum veritas, spem in illum concipiendam censemus, qui mentem illuminat et inducit in omnem, sicut dei filius promisit, veritatem. Sic enim speramus in dei benignitate, quoniam qui voluit huiusmodi causam de processione spiritus sancti in presenti sacra et ycomenica synodo moveri, per eundem spiritum concedere habet, ut cum omni mansuetudine et modestia ipsius veritas clareat, et instruantur omnes sine scismate et contentione veritatis, ut [tandem] uno ore, uno corde id ipsum iuxta sententiam apostoli omnes dicamus, et sicut unus est Christus et una fides, ita simus in una fide, idem in Christo corpus. Nunc his premissis ad rem ipsam venio, et imprimis tria notificanda sunt. Primum, cum serenissimus imperator primum in una congregatione coram omnibus deputatis dixerit: quod si veniebamus ad istum articulum processionis, non tamen habeat primam materiam additionis pro derelicta, cum adhuc aliqua haberent producenda in illa materia. Nos [quem] admodum rev. dominus Sancte Sabine dixit, idem et nunc secundo dicimus, quod semper sumus parati ad

9 post Sabinae quattuor puncta tamquam signa omissionis. 10 actenus V. 17 lege Quarti decima  
20 satisfatiendi V. 21 offitium V. 23 actentissimis V. 25 Consequens || inter  
eos V. || tractare V. 27 concipiendum V. 32 tamen (tn) V. 36 additionis V.  
37 Nos quidem V.

9 cardinalis Iulianus Cesarini. 10 cf. GILL 239<sub>19-20</sub>. 13 cf. GILL 242<sub>18-20</sub>. 14 cf.  
GILL 247<sub>17-21</sub>. 20 cf. GILL 250<sub>22-253</sub><sub>32</sub>. 22 cf. AUGUSTINUS, De Trinitate, lib. I, c. 2 = MIGNE  
PL 42, 822. 28 cf. Io. 16, 13. 32 cf. 1 Cor. 1, 10; Eph. 4, 5.

audiendum in eadem materia, que voluerint allegare, sperantes in domino ita eis satisfacere, prout in aliis satisfactum est, et sic de huiusmodi oblatione et nunc et semper protestamur. Verum, quia pro faciliori expeditione rerum tam sanctissimo domino nostro quam et sue serenitati placuit, ut illa obmissa transiremus ad hanc, notificamus secundum, videlicet: quod  
 5 quia serenissimus imperator sepius Ferrarie in huiusmodi conlatione dixit, quod sibi videbatur pro faciliori expeditione, ut non faceremus prolixos sermones, de argumento in argumentum seu de testimonio in testimonium, seu de capitulo in capitulum procederemus, quemadmodum vos, reverendi patres, quandoque idem dixistis; volens sanctissimus dominus noster morem gerere sue serenitati et istis patribus, etiam considerans, quod materie per hunc modum faci-  
 10 lius expediuntur, contentatur, ut in sequentibus et in presenti disputatione hunc teneamus modum. Tertio est notificandum, quod dicit beatissimus Augustinus in principio libri de civitate dei, quod nullus disceptandi finis esset modus, si respondendum esset arguentibus ex his, quibus argumentatur, et illarum rationes reddere. Ideo videtur inter nos hoc esse firmandum, ut habeamus in presentibus discussionibus testimonia scripturarum et sanctorum patrum,  
 15 qui ab ecclesia admittuntur, post rationes, que addicientur, ut terminos nostre disputationis, quos non liceat preterire, nec arguenti et respondenti. Et hoc edocemur a sanctis patribus, maxime a beatissimo Agat[h]one papa in epistola, per nos preallegata ad Constantinum imperatorem in VI<sup>a</sup> ycomenica synodo, in qua de suis apocrisariis loquens sic dixit: ' Quibus apo-  
 83r crisariis et testimonia aliquorum sanctorum | patrum, quos apostolica sedes suscepit, cum  
 20 eorum libris tradidimus, ut facultatem suggerendi a christianissimo imperio tuo consecuti ex his dumtaxat satisfacere studeant '. Idem aiunt sancti patres concilii Calcedonensis in ea locutione habita ad Martianum, incipiens ' Et hoc profecto vestrum decebat imperium ', de epistola Leonis ad Flavianum loquentes: ' Non igitur admirandum, <quod> Romane urbis presules epistolam velu[t] admirationis offendiculi primum, sed si non est divinis  
 25 scripturis coar<c>tata, redarguant, si non precedentium patrum sententiis combinata ', et infra: ' atque his et nonnulli<s>, qui apostolicum virum lacerant, in civitate relinquatur occasio. Consonantia epistole eius sanctorum patrum testimonia ad certiore[m] noticiam vestre pietatis ex multis pauca mittimus '. Hiis premissis ad rem propriam descendens, cum in qualibet disputatione, quid nominis semper preponatur, cum de processione spiritus sancti sermo inter  
 30 nos esse debeat, inquirimus primo a vobis, quid per nomen processionis intelligatur aut in humanis aut in divinis, et causa inquisitionis est hec, quia iuxta sententiam beati Dionisii in libro de divinis nominibus ex creaturis deum ipsum novimus, et in scriptura sacra hoc nomen *processio* nedum spiritui sancto, sed et filio tribuitur. Dicitur Iohannis septimo capitulo: ' Ego ex deo processi et veni '. Et de spiritu sancto dicitur, quod ex patre procedit. Et hoc  
 35 pro tanto dictum est, quod credimus, quod inter omnes alias materias hanc primam videlicet potissime habere debeatis. Dicatis, si quid vultis.

ANDREAS. Collo[cu]ti sunt parum ad invicem Greci, demum unus eorum locutus est.

EPHESINUS. Reverendi patres, et domini, ad prima quidem, que dicta sunt per rev. patrem, cum extra materiam rei pr[o]posite sint et etiam utrisque nobis eadem vide[re]ntur, per

2 oblatum V.                      3 expeditione V || tam] cum V.                      4 trassiremus V.                      5 conla-  
 ctione V.                      6 expeditione V.                      17 Agatthone V.                      24 presulis || velud V.                      25 cohar-  
 tata redarguantur V.                      37 collodati V.                      39 preposite || videntur V.

7 cf. AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, lib. II, c. 3 = Migne PL 41, 47.                      18 Agatho papa, cf. concilium  
 VI, Mansi XI, 236 E.                      22 concilium IV, Mansi VII, 465 A.                      23 *ibidem*, 465 C.  
 25 coarctata id est congruens.                      31 cf. Ps.-DIONYSIUS Areopagita, *De divinis nominibus*, c. 1, § 4 = Migne  
 PG 3, 592 C-D.                      34 Io. 8, 42; 16, 28.                      38 cf. GILL 253<sub>33</sub>-254<sub>32</sub>.



hoc non est opportunum respondendi ad omnia in presentiarum particulariter. Verum ad inquisitionem illam nobis propositam per vos, respondemus hoc, quod nomen processionis diverse et in humanis et in divinis dicitur. Nam convenit hoc in divinis duabus processionibus divinarum personarum, maxime autem et proprie secundum theologie rationem de processione spiritus sancti a patre dicitur et in sacra scriptura et apud omnes sanctos ecclesie 5 etiam hoc nomine distinguitur et discernitur processus essentialis spiritus sancti a patre a processu filii a patre. Nam quidem alia harum processionum dicitur nativitas, alia processio. Multa denique istorum nominum et proprie et communiter <de> aliquibus predicantur. Propterea non est mirandum, si hoc nomen processionis aliquando, sed raro, de processu filii a patre dicitur. Deinde vocabulum idest *exivit de patre*, aliud quidem significat quam *ego processi de* 10 *patre*. Nichilominus processionis spiritus a patre modus ineffabilis | et incomprehensibilis 83v apud theologos nuncupatur, cum modus [nativitatis] huiusmodi apud nos notissim[us] est; propterea de processu hoc Damascenus dicit: 'Alius modus essentie hic incomprehensibilis alius quam nati[vitas] filii'. Hec sunt, que volui respondere.

PROVINCIALIS. Intelleximus processum in divinis ex responso, ex qua responsione tria 15 eliciuntur. Primum, quod nomen processionis in divinis est commune filii et spiritus sancti. Secundum, quod magis proprium est spiritus sancti quam filii, et causa est, quia processio per modum verbi est magis nota nobis quam ex parte voluntatis. Ideo nomen processionis <non> dimittitur ex parte spiritus sancti. Tertium est, quia processio dicitur essentialis. Modo quero de isto tercio, cum in personis divinis non reperiatur nisi essentia, proprietas seu relatio: Quid 20 est hoc dictu, quod processio est essentialis in persona divina? Estne accipere essentiam, esse seu substantiam ab alia, quia processio videtur esse egressus. Si autem est processus essentialis, tunc spiritus capit essentiam a patre, et cum esse sit idem quod essentia, idem igitur sunt penitus altero sumpto. Quero, si hic intelligit[is] illam processionem essentialem. Dicatis, ut concludamus. 25

EPHESINUS. Talem intelligo processionem spiritus a patre, per quam spiritus accipit esse et omne, quod est, proprie dicitur spiritus sanctus.

PROVINCIALIS. Placet. Habemus hanc conclusionem, quod accipere spiritum sanctum procedere a patre, est esse reale. Tunc dico sic: A quo spiritus sanctus in divinis accipit esse, ab illo dicitur procedere. Sed dicitur, quod spiritus sanctus accipit esse a filio. Ergo spiritus 30 sanctus procedit a filio in propria significatione processionis, ut dixistis. Quod autem spiritus accipiat esse a filio, hoc potest ostendi multis testimoniis. Dicatis.

EPHESINUS. Nos iam concedimus, sed ultimum negamus; et ideo petimus, ut ostendatis, quod spiritus sanctus accipit esse a filio.

PROVINCIALIS. Placet, quod dictum est, quia ita concludemus, quod spiritus sanctus accipiat esse a fili[o]. Primo ostenditur auctoritate sancti Epyphanii, qui in quodam opere vocato Ancor[a]to, et illam auctoritatem transcripsit generalis k[a]maldulensis ex libro Grece; primo dicit sic: 'Pater filium vocat eum, qui ex ipso est; spiritum vero sanctum, qui solus ab utroque est'. Modo ex hoc, si spiritus est ab utroque, ergo accipit esse. Item in eodem

4 nam maxime V.  
natio V. 36 filie V.

10 Demum ex illa per V.  
36 evocato Ancorotto V.

12 nationis || que apud V. 14  
37 kmaldulensis V.

10 cf. Io. 16, 268.  
94, 816 C.

13 cf. IOANNES DAMASCENUS, *De fide orthodoxa*, lib. I, c. 8 = Migne PG  
254<sub>33</sub>-255<sub>22</sub>.

19 dimittitur id est tribuitur sine applicatione.

26 cf. GILL 255<sub>23-26</sub>.

28 cf. GILL 255<sub>28</sub>-256<sub>3</sub>.

33 cf. GILL 256<sub>4-6</sub>.

37 cf. EPIPHANIUS, *An-*

*coratus*, c. 7 = Migne PG 43, 148 B.

opere hoc dicit : ' Quemadmodum nemo novit patrem nisi filius nec filium nisi pater, sic audeo dicere : nec spiritum sanctum quis novit nisi pater et filius, a quo recipit et a quo procedit ; nec filium et patrem nisi spiritus sanctus, qui veraciter glorificat, qui docet omnia, qui a patre et filio est '. Ex hac auctoritate sanctus Epyphanus pro eodem accipit procedere a patre, pro-  
cedere a filio, et esse ab utroque. Ergo ex hoc testimonio habeo, quod spiritus capit esse a filio. Dicatis ad hanc auctoritatem.

84r  
EPHESINUS. Cum pollicitus fueritis probare spiritum accipere esse a filio, nullatenus facere potuistis nec produxistis aliquid iacens apud aliquem doctorem ecclesie, nec ab aliquo colligitur. Nam si spiritus sanctus | est a filio, non propter hoc procedit a filio ; nam esse multiplicitur dicitur, nec est necessarium, quod omne, quod est ab aliquo, <ab> ipso habeat esse, ut  
10 conclud[er]at, quod dixisti. Auctoritas ultima beati Epyphanii nedum non opitulatur, ymmo facit contra vos. Non enim sanctus Epyphanus dixit spiritum accipere esse a filio, sed accipere a filio. Hoc autem ipse dixit habitis occasionibus evangelii, in quibus dominus dixit : ' a me recipit et annuntiat vobis '. Unde manifestum videtur sanctum Epyphanium non habuisse intentionem,  
15 ut dicitis ; nam si ille habuisset intentionem vestram, dixisset sic, quod nemo noscit patrem et filium nisi spiritus sanctus, a quibus procedit et accipit et hoc modo monstrasset esse in idem accipere et esse. Cum autem distinguit per pronomen et inducit videlicet a quo procedit et a quo accipit, significat diversum esse, procedere et accipere, et quod procedere significat subsistentiam sibi a patre, accipere autem consonantiam et equalitatem et conglorificationem ad patrem  
20 et filium, secundum quam ipse spiritus annuntiat discipulis, que sunt enuntianda, habita occasione, a filio. Ergo nichil facit hic auctoritas ad propositum ; a neutro horum concluditur spiritum accipere esse a patre et filio. Hic contestatur michi beatus Cirillus et Crisostomus, quorum beatus Iohannes exponens auctoritatem evangelicam dicit : spiritum accipere a filio dicit ' accipiet a me ', hoc est a quibus ego dixi ' id est a mea scientia, videlicet consonam ei  
25 dicit '. Beatus autem Cirillus in thesauris eandem annotationem exponens dicit : ' non enim nature significabat differentiam sui et spiritus, dicens filius : *qui a me accipiet et annuntiabit vobis*, si ut [i]tur verbis illis propter substantie ydemptitatem et omnino eiusdem nature equalitatem et eiusdem honoris '. Cum autem patres ita intellexerint, quod de verbis dicitur, spiritum accipere a filio et annuntiare apostolis, non utique ab hac voce possumus capere spiritum  
30 accipere <esse> a filio.

PROVINCIALIS. Audivimus, que dixistis, volens tollere sensum illius sancti viri Epyphanii [i] ; sed nunc volo instare, quod illa sit intentio Epyphanii, quam dixi, esse unam rem ab alia, non alio modo potest intelligi nisi ut capit esse suum, quod est ab illa. Nos dicimus, et beatus Dionysius in secundo capitulo de divinis nominibus, quod creature sunt a deo. Modo  
35 quero a vobis, si per hoc, quod creatura [e] a deo [sunt], si intelligitur, quod cap[er]at esse a deo.

EPHESINUS. Hoc ita sese habere dicitur, sed propter hoc non sequitur, quod omnia fiant ab alio, ergo accipiant esse.

PROVINCIALIS. Confitemini : creatura est a deo, ergo accipit esse a deo ?

40 EPHESINUS. Confitemur de creaturis, quia per modum dicuntur esse, quo modo accipiunt esse.

11 concludit V. 14 habusa V. 22 Crisostomus V. 27 utetur V. 31 Aepiphani V.  
33 caput V. 35 Dionysius || creaturam a deo esse || capit V.

1 *ibidem*, 153 A. 7 *cf.* GILL 256<sub>34</sub>-258.18 13 *cf.* Io. 16, 14. 19 *cf.* IOANNES  
Chrys. *Homilia 78 in Ioannem XVI* = MIGNE PG 59, 423 A. 25 *cf.* CYRILLUS Alex., *Thesaurus, asser-*  
tio 34 = MIGNE PG 75, 584 B-C. 31 *cf.* GILL 258.19-259. 34 Ps.-DIONYSIUS Areopagita, *De*  
*divinis nominibus*, c. 1, § 4 = MIGNE PG 3, 593 C. 37 *cf.* GILL 259.3-5. 39 *cf.* GILL 259.6-7.  
40 *cf.* GILL 259.8-10.

PROVINCIALIS. Datis rationem in creaturis. Nunc in dicto Epyphanii, cum dicit: ' Spiritus est a filio ', verbum istud *est*, importat esse aut importat illud esse, quod accipit a filio, aut aliud; non est dicendum, quod importat esse extraneum a patre, ergo necesse videtur concludendum, | quod accipiat illud esse, quod habet pater, quia unum esse est in divinis nominibus et istud esse capitur, cum dicitur: est a filio. Secundo Epyphanus in hoc dicto p[re]mittit duo dicta evangelii. 85r 5

EPHESINUS. Discussamus hanc primam auctoritatem.

PROVINCIALIS. Volo hanc auctoritatem dicere, quia dictum est in eodem contextu.

EPHESINUS. Legatur auctoritas.

PROVINCIALIS. Eam dixi ad litteram. 10

EPHESINUS. Legatur, quia ille liber apud nos habetur suspectus.

PROVINCIALIS. Volo instare, quod ubicumque reperiretur, est spiritus; ergo capit esse a filio.

EPHESINUS. Legatur.

PROVINCIALIS. Presupponatis, quod ita sit, et liber veniet, et vos concessistis, quod est a filio, sed non capit esse. Nos mittimus pro libro, medio tempore presupponamus hanc auctoritatem: ' Nemo novit spiritum nisi pater et filius, a quo accipit, de quo procedit '; sic ergo modo continuando [dicit] sic: nec filium et patrem quis novit nisi spiritus, qui veraciter [glorificat], qui docet omnia, qui a patre et filio est. Etiam quod primo dixerat: *accipit*, nunc dicit: *est*. Et cum in divinis sit unum esse et hoc verbum *est* designat esse, ergo id capit a filio, 20 et necesse oporteret dicere: si hoc non esset, quod esset a filio, prout creature a deo, quod hec sit sententia Epyphanii, quod per verbum *est* intelligat accipere essentiam. Ita dicit in eodem [Ancorato] parum supra: ' Spiritus sanctus semper ' ' non natus ', non factus, non confrater, non avus, sed ' de substantia est patris et filii '. Ergo per verbum *est* non potest intelligi nisi quod accipiat esse. 25

EPHESINUS. Dicitis, rev. pater, quod, quia spiritus dicitur esse a patre et filio, ergo habet esse a patre et filio, intelligitisne per hunc modum, ut quando dicitur spiritum esse a patre, intelligatur a persona patris, quando a filio, a persona filii, quando ab utroque, a personis utriusque ?

PROVINCIALIS. Dico, quod cum dicimus *esse a patre* intelligo, ut a persona patris; idem, 30 cum dicitur *a filio*, et a persona filii; quando dicitur ab utroque, id est quantum sunt unum principium, quia principium patris communicatur a patre in filium, et est unum et idem.

EPHESINUS. Dum intelligitis spiritum esse a patre id est a persona patris, et cum a filio, et a persona filii, cum dicit <is> spiritum ab utroque, quid potest intelligi nisi a duabus personis? Maneat hoc pro nunc. Numquid cum audimus spiritum a patre, numquid, ut sit a patre et 35 habeat essentiam ab eodem? Hoc inquirendum est in persona [filii], cum confiteamini pari modo spiritum procedere a filio et a patre. Nunquid [id] audiendo spiritum esse a patre, intelligitis, quod capiat esse ?

2 importit V. 4 post concludendum scriptum in pagina 84r immediate sequitur in codice pagina 85r, quia omnia scripta in pagina 84v notis marginalibus vacat, vacant et linea comprehensiva debent cancellari. 6 permittit V. 12 ubicumque V. 18 dicatur sic || veraciter glorificatur V. 23 cinthioto V. 36 persona patris V. 37 Nunquam V.

1 cf. GILL 259<sub>11-23</sub>. 1 EPIPHANIUS, *Ancoratus*, c. 73 = MIGNE PG 43, 154 A. 1 cf. GILL 260<sub>1-17</sub>. 17 EPIPHANIUS, *Ancoratus*, c. 8 = MIGNE PG 43, 29 B; cf. c. 9, 32 C; c. 73, 153 A. 26 cf. GILL 260<sub>18-25</sub>. 30 cf. GILL 260<sub>26-31</sub>. 33 cf. GILL 260<sub>35-261</sub><sub>10</sub>.

PROVINCIALIS. Nos intelligimus, quod est a patre. Intelligimus: capit esse a patre, et cum dicimus a simili modo, quod est a filio, capit esse a filio, qui habet unam substantiam cum patre. Et bonum est, ut non recedamus a primo argumento, videlicet quod accipere esse sit habere esse, ne recedamus a materia spirationis.

5 EPHESINUS. Nunc nos non inquirimus de auctoritate, an spiritus accipiat a patre vel a filio, sed de eo, quod dicit *de utroque*.

85v PROVINCIALIS. Videamus, cum dicitur: est ab utroque, utrum per hoc debeamus dicere, quod accipiat esse seu dicatur a patre vel | a filio vel ab utroque, quod est clavis intelligentie.

10 <EPHESINUS>. De hoc inquirendo nos ante petivimus et concessistis, quod, cum dicitur: *Spiritus est a patre*, capit esse a persona patris. Videamus, quid sequitur ab hac concessione. Magnus Basilius in sermonibus, quos fecit contra Eunomium, cum haberet rationem loquendi de processione, hec dicit: 'Generat deus, non ut homo, sed veraciter generat, et id <quod> generatur ab eodem, <est verbum non humanum> et mittit spiritum per os, non ut est hu-

15 manum, cum nec os corporaliter sit apud deum; ab eodem spiritus, non aliunde'. Si autem, cum audimus ab ipso esse spiritum, necesse intelligere esse ab eadem persona. Iam clare Basilius declaravit a persona patris tantum esse, non a filio.

<PROVINCIALIS>. Quod dicitis, non videtur ex illis verbis inferri, ymo dicit sic Basilius in 3<sup>o</sup> libro contra Eunomium, quod spiritus sanctus accipit esse a filio; et est hic liber anti-

20 quissimus. Preterea in eo, quod nunc dicitis, quod [emittitur] spiritus a patre, ut a dei ore, confitemur; et quod deus non habeat os nisi per similitudinem, et metaphoricè est locutus, quia in divinis scripturis spiritus oris idem est quod procedens a verbo, et sic intelligendo, cum dicitur spiritus oris eius, verba hec faciunt ad propositum, sed <etiam> id quod dicit Basilius in loco primo allegato per me, bene facit ad propositum.

25 EPHESINUS. Inquiramus primo de his, que dicta sunt, postea procedemus ad aliam auctoritatem.

PROVINCIALIS. Ista est confirmatio prime auctoritatis, et legatur Contra Eunomium: 'Que necessitas est, quod spiritus, cum sit tertius in persona, sit III<sup>us</sup> in essentia? Dignitate quidem secundus est filio, ab ipso habens esse et ab ipso accipiens et annuntians nobis'. Hec

30 auctoritas est confirmatio prime.

EPHESINUS. Ad hanc postea respondebimus; nunc inquirendum est de illo, quod primo pr[o]posuistis. Querimus a paternitate vestra, si beatus Basilius, cum dicit: *generat deus filium et ab ipso generatur et [e]mi[t]tit spiritum per os*, quid vult significare, cum dicit, quod pater generat? A se, significat, an ab essentia sua vel a persona sua? Et cum dicit, *emittit spiritum*

35 *per os eius*, significat ab essentia sua vel a persona sua? Quid signet hoc verbum *a se*, explana nobis.

PROVINCIALIS. Si responderetis ad argumentum, quod *esse et est* sunt idem, possem vobis respondere. Respondeatis ad quesitum, quod emanat ex auctoritate Epyphani[i]. Preterea,

1 caput V.  
20 generatur V.  
35 signetur V.

4 ad materiam V.  
23 nec non faciunt V.  
38 Epyphani V.

6 quod dicit *repetit* V.  
32 preposuistis V.

8 vel *repetit* V.  
33 ammittit V.

1 cf. GILL 261<sub>11-17</sub>.  
262<sub>6</sub>.

13 cf. BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. V, = MIGNE PG 29, 736 B.  
III, c. 1, 654, nota 79 || cf. GILL 262<sub>7-263</sub><sub>10</sub>.  
BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. III, c. 1 = MIGNE PG 29, 655, nota 74.

32 cf. BASILIUS, *Contra Eunomium* lib. III, c. 6 (668 C); lib. V (736 B).

5 cf. GILL 261<sub>18-20</sub>.

7 cf. GILL 261<sub>21-24</sub>.

20 *ibidem*, 736 B.

10 cf. GILL 261<sub>25</sub>.  
19 *ibidem*, lib.

27 cf. GILL 262<sub>7-13</sub>. ||

31 cf. GILL 263<sub>12-23</sub>.

37 cf. GILL 263<sub>24-24</sub>.

quia Basilius met dicit a *patre*. Id quod dico, an est impertinens respondere ad id, quod vultis de Basilio respondeatis, quomodo intelligitur illud Basili *capit esse a filio* ?

EPHESINUS. Si vos ostendissetis per auctoritatem Epyphanii spiritum habere esse a filio, nos absolvissemus vestram pr[o]positionem, cum pr[o]posueritis hoc, et nondum ostenderitis. Non hoc dicit magnus Epyphanus, quod spiritus habeat esse a filio, sed quod est a *patre* 5 et filio, posito quod ita dicat. Ad hoc quesivimus, ut diceretis nobis: cum auditis spiritum esse a *patre* vel filio, si intelligitis a personis, et dixistis, quod sic ; nam per hoc allegastis auctoritatem Epyphanii. Cum autem nos mutavimus materiam ad auctoritatem beati Basili, quesivimus etiam, numquid ita intelligatis. Respondeatis ad hec, quid sentitis, ut possint omnia dilucidari ; si habetis aliquam auctoritatem in contrarium, dicatis ; postea de ea inquiretur. Iterum querimus et non deficiemus querendo, numquid intelligitis, cum auditis spiritum 10 procedere a *patre* id est a persona et sic a filio et sic ab utroque.

PROVINCIALIS. Clare respondi, quod intelligitur de personis, sed ad meam non respondetis.

EPHESINUS. Secundum confessionem, quam habuimus a vobis, cum Basilius dicat, quod 15 habet a *patre*, ex ipso, non aliunde, ipse satis explanavit, quod est a *patre et non aliunde*. Hoc tantum est ac si diceret procedere a *patre* tantum.

PROVINCIALIS. Ibidem disputat Basilius contra Eunomium, qui tenebat, quod erat spiritus creatura, et ideo dixit a *patre, non aliunde*, li aliunde designat substantiam id est non de alia substantia. Et propterea, ut non inconculcemus materiam, dico, quod spiritus habet esse 20 et a *patre* et a filio. An esse, quod habet a *patre*, est diversum ab esse, quod habet a filio ? Necessario oportet, quod spiritus sit a *patre* in unitate essentie, ergo spiritus est a *patre* in unitate essentie patris et est a filio in unitate essentie filii, ut verificetur verbum *est* positum in auctoritate Epyphanii met, qui dicit in eodem Anc[orato]: ‘ Spiritus semper est, non natus, non factus, non confrater, non nepos, sed est <ab> substantia patris et filii ’. | Ergo 25 86r esse a *patre* et a filio e[s]t accipere illam essentiam secundum testimonium Basili, qui dicit: ‘ accipit esse a filio ’, et non est diversum esse.

EPHESINUS. Iterum ut concessum supposuistis spiritum accipere esse a filio, quod nec magnus Epyphanus dicit, nec nos concedimus, nec ab eisdem verbis potuistis clare ostendere ; ymmo e contra auctoritate magni Basili contrarium dicitur. Iterum revertamur ad 30 Basilius ; nam vis[i] estis dicere contrarium vobis et his, que primo dicta fuerunt, quia, cum Basilius impugnaret Eunomium dicentem creaturam spiritum, ab ipso *patre* dixit esse spiritum, videlicet ab essentia, et non sicut una de creaturis, videlicet ab alia essentia. Ita vos dixistis.

PROVINCIALIS. Vellem, ut responderetis ad quesitum. 35

EPHESINUS. Vos videmini dicere contrarium, cum [secundum] Basilius dice[re]tis *non aliunde quam a patre*, et primo dixeritis, quod a *patre* et filio, et sic contrarium.

PROVINCIALIS. Vos introduxistis illum terminum *aliunde*. Ego dixi, quod est a *patre* de essentia, que est consubstantialis patri et filio, spiritus est ab alio. Nonne istud esse, a quo habet, expresse declarat Basilius, quod capit esse a filio. Et ita dicit Epyphanus de substan- 40

3 Epyphani V.  
24 Anchirotho V.  
40 expresse repetit V.

4 prepositionem V || preposueritis V.  
26 et V. 31 visus V.

5 Epyphani V.  
36 cum sanctum Basilius dicentis V.

3 cf. GILL 263<sub>36</sub>-264<sub>17</sub>.  
PHANIUS, *Ancoratus*, c. 7 = MIGNE PG 43, 28 D - 29 A.  
Contra Eunomium, III, MIGNE PG 29, 653 B.

12 cf. GILL 264<sub>18-19</sub>.

38 cf. GILL 265<sub>26</sub>-266<sub>9</sub>.

15 cf. GILL 264<sub>20-26</sub>.  
28 cf. GILL 265<sub>11-23</sub>.

24 cf. EPI-  
36 BASILIUS,

tia patris et filii ; ergo habet illud esse a patre et filio ; si habet, ergo recipit. Et hoc fundaverunt doctores ex auctoritate scripture.

EPHESINUS. Hec quidem diligenter post hanc examinabimus, sed ut magis declaretur auctoritas Basilli, querimus, an intelligatur in divinis idem essentia et persona secundum doctores ecclesie.

PROVINCIALIS. Respondebo faciliter. Dicimus, quod essentia et persona sunt unum et idem secundum rem, et differunt secundum modum intelligendi nostr[um], ita quod persona intelligitur constituta ex essentia et proprietate ; [nam], quia distinguuntur secundum rationem, ipsa essentia communicatur personis, sed proprietates nullo modo communicantur, et hoc est ex vi ipsius relationis. Hoc vos habetis per vestrum Gregorium Theologum in libro *De redemptoris epyphaniis* : ' Proprietas autem unicuique incommunicabilis, alioquin non esset proprietas, si transformaretur in alterutrum '. Ad hoc, ut remaneat distinctio personarum, oportet, ut proprietate constitutive sint incommutabiles. Et ergo dicunt doctores, quod non est nisi relatio originis in divinis et ad istam originis relationem facta separa-  
 15 rationem ; nam solum ista duo remanent distincta : pater est pater, filius est filius ; omnia alia communicantur. Et ita vult intelligere Epyphanus. Ipse volebat intelligere de conrelativis originis, que constituunt personam, et hec sunt quoad duo, quo aliquis et quo ab alio. Cum ergo omnia communicantur preter proprietates, sequitur, quod, cum dicitur, quod una est ab alia, quod recipit ab alia esse. Modo declaramus id, quod dixeram. Dicatis modo ad  
 20 quesitum meum : quo modo intelligitis dictum Basilli ?

EPHESINUS. Quomodo distinguuntur ab invicem in divinis persona ab essentia, non est presentis temporis considerandum ; nam forte in hac parte non differimus, [scilicet], quod distinguatur persona ab essentia, ut differ[t] proprium a communi, ut dicit magnus Basilius scribens fratri Gregorio, et quemadmodum essentia hominis communi ratione, et persona ali-  
 25 cuius, hoc videtur mihi, quod et nobis una vobiscum videatur. Nunc venio ad primum quesitum, quia dicit Basilius, quod ' generat pater a se et [e]mittit spiritum per os eius ', quid vult significare per illud ab ipso, a persona vel ab alio ?

PROVINCIALIS. Dixi, quod, cum dicitur, quod filius generatur a patre, idem est ac si dicitur, quod filius generatur ab essentia patris, ita quod persona est principium, quod generat,  
 30 quia pater importat suppositum ; essentia divina non est illa, que generat, quia non significatur ut suppositum ; actiones sunt suppositorum, essentia est principium, quo generat. Propter quod dicimus in humanis : ille, qui generat, est hic homo id est hoc suppositum et hec est persona, que suscipit et que est causa, hoc est, quia actiones dicuntur esse suppositorum ; in isto homine est humanitas, ista humanitas dicitur principium, quo homo generatur, et prop-  
 35 ter hoc iste homo non communicatur isti filio, sed natura communicatur, quia filius generatur in eadem specie. Id, quod communicatur in inferioribus, est natura ; id, quod agit, est suppositum et est persona. Nunc in divinis dicimus pariformiter, dicimus, quod persona patris significatur ut suppositum. | Ergo persona patris est illa, que generat. Et est principium, quo generatur. Natura divina est principium, quo iste pater generat filium, et ideo

86v

7 nostri V.  
 28 hac V.

8 non quia V.  
 15 indistinta V.  
 31 quod V.

11 redemptoris] r<sup>is</sup> V.  
 22 sed quod V.

12 distitio V.  
 23 differri V.

13 pro-  
 26 amittit V.

3 cf. GILL 266<sub>11-18</sub>.  
 36, 348 C.

6 cf. GILL 266<sub>19-267</sub><sub>198</sub>.  
 42 = MIGNE PG 32, 326 B.  
 28 cf. GILL 268<sub>1-271</sub><sub>15</sub>.

11 cf. GREGORIUS Naz., *Oratio 39 In sancta lumina*, c. 12 = MIGNE PG  
 21 cf. GILL 267<sub>20-34</sub>.

24 cf. BASILIUS, *Epistola*  
 24 essentia communi ratione sumpta differt a persona particulari.

pater non communicatur, sed essentia. Et quia est eadem numero, propter hoc non potest dici quid commune ut humanitas in inferioribus, sed solum habet rationem communis, in quantum est commun[icabilis]. Hec est causa, quare filius dicitur generatus a patre ut a principio. Quod est autem ab essentia divina, ut a principio, stante ydemptitate reali cum qualibet persona, quia secundum omnes doctores Grecos et Latinos sola relatio est illa, que multiplicat personas in divinis, que dicitur relatio originis, ad quam duo pertinent, a quo alius est, et qui ab alio est. Modo spiritus est ab alio, nichil aliud est quam capit [esse]ntiam ab alio. Nunc sequitur, quod cum relationes originis, a quo est alius et qui est ab alio, et nulla alia est distinctio in divinis nisi per ista duo, ergo sequitur, quod si qua persona est ab alio, dicitur accipere esse et essentiam ab alia, et ista est intelligentia magni Epiphani et Basili, cum dicunt, quod spiritus habet esse a filio. Modo stat ista ratio esse ab alio in divinis, idem est quod procedere. Sed ostensum est, quod spiritus est a filio, per auctoritates alias, ergo sequitur, quod procedat. Credo, quod hec sit vera et clara veritas, nec auferem dicere contra.

ANDREAS. Hic venit liber et fuit lecta hoc modo auctoritas Epyphanii in Greco primo.

EPHESINUS. Hic dicit, quod spiritus procedit a patre et accipit a filio; modo in isto sermone, cum dicat a patre et filio, debet intelligi secundum expositiones sue fide<i>, quod est a patre et accipit a filio.

SEQUITUR AUCTORITAS. 'Ipse me glorificabit, quoniam ex meo accipiet et nunciabit vobis omnia, si a patre procedit et a me accipiet sicut nemo cognovit patrem nisi filius'.

Et e contra audeo sic dicere, quod nemo <novit> spiritum nisi pater et filius, a quo procedit, nec filium nec patrem nisi spiritus, qu[i] glorificat nos et testificatur, quod a patre et filio est.

EPHESINUS. Videtis, patres, quod verbum *est* non iacet, quod accipiebat pater iste, et per hoc volebat arguere et *esse*, arguendo ex illo verbo. Hic non adiacet illud verbum *est*, sed dicit a patre et filio, possumus intelligere secundum theologiam et doctores, ut taliter sit spiritus a patre et filio, ut habeat subsistentiam a patre et a filio, <et> accipi[at]ur ab his, qui in ipsum [credunt], et sic non nobis obstat hec auctoritas, nec colligitur, quod pr[o]posuistis.

[PROVINCIALIS]. Quod hoc verbum *est* non sit, cum dicitur a patre et filio, necessario intelligitur verbum principale, et doctores hic faciunt in conrelativis originis, cum dicitur, a quo alius et qui ab alio, propterea in istomet An[cora]to est hoc verbum *est*. Dicimus: qui ex ipso, spiritum, qui ex utroque. In 2<sup>a</sup> auctoritate dicit 'spiritum, qui ex patre et filio'. Modo probo, quod ex necessitate intelligatur, quia in ista pr[o]positione importat intentionem pr[o]positionis a quo; modo non est processus, sicut non est processio in respectu termini a quo, nec in ordine ad terminum ad quem. Ita hic cum importetur hec relatio ad terminum a quo, de necessitate oportet intelligere terminum ad quem. Modo terminus ad quem processionis spiritus est ipsum suppositum spiritus, accipiens esse, quia per processum communicatur esse. Ergo de necessitate intelligitur *est*.

EPHESINUS. Etiam si consideremus, quod in istis auctoritatibus intelligatur *est*, licet hoc possit aliter intelligi, ut diximus, nichilominus audientes a patre vel a patre et filio, non de necessitate debemus intelligere de substantia patris vel persona patris, sed possumus intelligere 40

4 ydemptiate V.      7 scientiam V.      16 fide V.      20 Et si e contra V.      21 spiritus quod V.      26 accipit V.      27 intendunt V.      27 preposuistis V.      28 Provincialis] Generalis V.      30 anthyrotto V.      32 prepositione || prepositionis V.      39 nichilominus V.

18 cf. EPIPHANIUS, *Ancoratus*, c. 72 et c. 73 = MIGNE PG 43, 152 D, 153 A. || Io. 16, 14.  
23 cf. GILL 271<sub>18-30</sub>      28 cf. GILL 272<sub>1-20</sub>      38 cf. GILL 272<sub>21-273</sub><sub>27</sub>.

non discretionem, per quam filius a patre, sed unitatem potius secundum quam ita se habet, ut eiusdem nature sit [filius] patri, ita spiritum <se> habere ad patrem et filium. Et hoc nos reperiremus in auctoritatibus sanctorum doctorum ecclesie, ubicumque fecerint mentionem dicentes spiritum a patre et filio vel ab eorum essentia, quia eiusdem nature est spiritus cum

87r 5 patre et filio. Hoc videtur in auctoritatibus sanctorum | doctorum ecclesie, beati Cirilli colligent [i]s ab auctoritatibus scripture, ubi conclusit spiritum esse ab essentia patris et filii. Sed ut revertamur ad auctoritatem pr[o]positam, ne infecta laxaretur, dicimus de auctoritate Basili, cum n[on]dum manifeste responderitis, quod si de persona dicit ut de persona eius, et sic intelligitur illa auctoritas, illud *aliunde* ad aliam ypostasim refertur, et manifestum est

10 illum dixisse a persona patris sola. Si autem auctoritas ipsius sancti respicit essentiam patris, [que] est communis ambobus, ab ipso dicit *non aliunde*, id est creatura creatorum; nam procedere spiritum a patre manifestum erat, nec erat necesse ostendi. Ergo Epyphanus dicens *a patre et filio*, non ex necessitate vult ostendere ab eisdem personis, sed a substantia e[st]rum, ut sit consubstantialis, ergo non in divinis sequitur ex necessitate illud, quod dicitur *ab alio*,

15 quod habeat esse <ab> eo <a> quo dicitur esse, sed spiritus potest dici esse a patre et filio, et a substantia utriusque, qu[ia] consubstantialis.

PROVINCIALIS. Ego habeo duo dicta ex hac responsione. Primo quod capiendo verbum *est* in auctoritatibus, non sequitur, quod *li est a filio*, quod capiat esse, quod videtur contra illud, quod dicebatis primo, cum ponebamus *est* et quod facit [is] magnum fundamentum in

20 auctoritate Basili dicentis, quod est ex persona patris et non aliunde, ergo non est ex alia persona. Dicimus, quod non credimus Basilius exponere illud verbum *non aliunde* id est non ex alia persona, quia Basilius contradiceret sibi ipsi in eodem libro, si dicat *non aliunde* id est non ex alia persona, et alibi dicat: *habet esse a filio*, contrariatur, et ideo oportet, quod vos ostendatis, si *aliunde* habet sensum, quem dicitis. Hic est Basilius, quem legamus.

25 CARDINALIS. Hora tarda est, surgamus et in die mercurii conveniamus.

ANDREAS. Spirituali sermone refectus cetus sacer pro die illa solutus est hora iam tarda.

#### SECUNDA FLORENTIE DISPUTATIO.

Quinto martii ordine modoque, prout sepius dictum etiam relatum est, cepit provincialis hoc modo videlicet.

30 PROVINCIALIS. Cum benedictione sanctitatis vestre dimisimus in precedenti actu auctoritatem beati Basili adductam per vos, pater reverende, in qua auctoritate dixistis spiritum iuxta intentionem Basili esse ex ore ipsius patris et non aliunde id est a nulla alia persona, prout exposuistis. Ego respondebam, quod *li aliunde* sic intelligebatur id est ex nulla alia substantia quam dei. Ratio, quia Basilius tenet in libro contra Eunomium dicens, quod spiritus

35 sanctus habet esse a filio, non poterat ergo dicere, quod a nulla alia persona esset, sine contradictione, et super hoc quesivi, ut videretur originale ipsius Basili, ut veritas [in]notesceret omnibus de intentione Basili, quia tales doctores sunt nostre fidei fundamenta. Nos vidimus totum capitulum Basili, et cum duobus interpretibus conati sumus, ut illa verba, nullo addito

2 spiritus V.      6 colligentes V.      7 prepositam || infectam V.      8 nundum V.      11 hoc est V.  
13 eorum V.      15 quod dicitur V.      16 que V.      19 facit V.      36 anotesceret V.

17 cf. GILL 273<sub>28-39</sub>.  
GNE PG 29, 736 B.

28 cf. GILL 274<sub>9-31</sub>.

31 cf. BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. V = Mr-



vel diminuto, transferrentur fideliter. Hic habemus Basilium antiquissimum et translatum. Et ideo primo Latine per reverentiam Latinorum legam et inde in Greco, vel e contra.

ANDREAS. Fuit lectum in Greco, deinde Latine. Volens proferre hec retulit.

PROVINCIALIS. Quia auctoritas ista allegata per vos videbatur facere vim, fuit necesse, | 87r  
 ut ex antecedentibus et sequentibus appareret intentio Basilii. Modo dicemus Latine; 5  
 secundum sententiam huius capituli ita dicit: In isto capitulo apparet manifeste, quod beatus Basilium intelligit *non aliunde* quam a substantia patris et filii. Dicit sic modicum ante: 'Tu similiter ut infidelis divine scripture adversarius ad blasphemiam properas. Et quia processio spiritus ex deo nativitas vocata non est, idcirco neque oris dei spiritum esse credis, [sed] opus manuum dei; et exempla humana 10  
 contempnens evertis, que ex eis [cognoscuntur] divina dogmata, cum debueris divina verba audire cum timore et omne, quod dicitur, suscipere et non stolidissime contra pietatem argumentari. Gignit deus non ut homo, gignit autem vere et ex ipso germen'. Advertite, quia non est hic *est*, cum tamen intelligatur, ut non debeatis arguere defectum huius verbi; 'annunciat verbum non humanum, enuntiat verbum vere, ex ipso emittit spiritum per os, non 15  
 humanus, quia nec os dei corporale est, ex ipso spiritus, non aliunde'. Modo videbitis, quod arguit contra illos, qui volebant dicere, quod erat opus manus dei, et suadet, quod non est nisi de substantia dei; sequitur 'operatur deus manibus suis non humanis, operatur non ex se ipso quid <pro>ducens creature, sed operando subsistere faciens, sicut qu[e] manibus operatur, hec non ex se ipso producit homo. Filius <est filius>, spiritus non creatura; nec de filio que- 20  
 ras, quare spiritus non sic vocatur, ne [c] de spiritu, quare non sic filius, nec creaturam spiritum aut filium esse blasphemus. Filius deus, fructus sanctus ex sancto sempiternus ex sempiterno, spiritus sancti largitor ad subsistentiam, formationemque creature'. Hucusque habemus, quod *non aliunde* intelligitur id est non ex alia substantia; 2º quod est filius sanctus ex [sancto], sempiternus ex sempiterno, spiritus sancti largitor. Sequitur, quod si est spiritus sancti largitor, quod spiritus sanctus accipiat ab eo esse. Dicit enim Athanasius contra arianos in 3º libro: 'ipse spiritum dat', de filio loquens, 'et quecumque habet spiritus, a verbo habet'. Modo clarum est, quod spiritus sanctus habet esse. Ergo si quecumque habet, habet a filio, ergo habet esse a filio. Et hoc concludit Athanasius solum ex hoc, quia dat spiritum, ergo ex isto capite Basilium vult, quod spiritus sanctus accipit esse a filio. Modo Basilium in eodem 30  
 capitulo dicit, quod est notabile capitulum faciens ad propositum. Sed ipsi vidistis auctoritatem Basilii, et ideo audiatis istam, quia est ad idem in capitulo, quod inscribitur; 'Quod nisi quis ex deo spiritum dicat, nec verbum quidem'.

EPHESINUS. Auctoritas ista est ex alia parte.

PROVINCIALIS. Placet. 35

EPHESINUS. Quia colligitis diversas auctoritates, quasi essent in eodem capitulo, sic fecistis de auctoritate Epiphani, que visa sunt una, et erant quinque, hoc non permittit intentio disputantis, sed inducit confusionem. Ideo sunt inquirenda ista prima.

PROVINCIALIS. Dicatis ad istam, quam vos induxistis.

6 hius V.            10 idcircho V.            10 sed] si V.            11 eis constant V.            14 hius V.  
 22 ex fructu V.            19 qui manibus V.            21 ne de V.

8 BASILIUS, *Contra Eunomium*, V = MIGNE PG 29, 736 A-B (cf. GILL 270<sub>1-17</sub>).  
 10 *neque id est ne quidem*.            24 cf. GILL 270<sub>35-271</sub><sub>11</sub>.            27 cf. ATHANASIUS, *Oratio III contra Arianos* = MIGNE PG 26, 376 A; cf. GILL 271<sub>3-11</sub>.            30 cf. GILL 275<sub>2-8</sub>.            34 cf. GILL 275<sub>10</sub>.

EPHESINUS. Hic colligitis ex interpretatione auctoritatis per vos pridie producte, et ex omnibus per vos dictis, quod cum beatus Basilius dicit spiritum esse ex patre, *non aliunde*, non dicit proprie de persona ipsa patris, ne intelligatur spiritum non habere nisi a persona patris, sed simpliciter ex patre videlicet ex natura patris, ut sic intelligatur illud *aliunde* non  
 5 ab extrinseco neque ab alia natura, videlicet tamquam unum de creaturis, [u]t Eunomius dicebat; hanc tuam expositionem cum et nos suscipiamus, dicimus, quod quodocumque audimus spiritum esse a patre seu a filio, non cogimur intelligere propter hoc, quod sit a persona patris seu filii aut ab utrisque personis, sed possumus simpliciter intelligere audientes *a patre et a filio*, quod ex substantia eorum, idest consubstantial[is] ill[is], et non ab alia quadam  
 10 substantia tamquam unum de creaturis; hoc enim et sancti patres in multis locis sillogizandum dixerunt. Si autem necessarium esset intelligere spiritum sanctum a patre et filio, statim intelligeretur a  
 88r | personis, non utique sancti ita sillogizassent et ista ostendissent.

PROVINCIALIS. Ex verbis tuis duo collegi; primum, quod sic non dicatur in verbis Basilii, quod spiritus procedat et a filio, non cogitur hoc dicere; 2<sup>m</sup>, quod intentio Basilii fuit ista,  
 15 quod spiritus non esset aliene nature quam nature ipsius patris et quod non intelligitur ex patre sed essentia patris et filii consubstantialis, ita quod secundum verba vestra essentia est illa producens spiritum. Dicitis sic?

EPHESINUS. Intentio magni Basilii, cum certaret contra hereticos, qui dicebant spiritum alienum a persona patris et filii, non erat ostendere, unde procederet, cum non erat  
 20 intentio Basilii ostendere, unde spiritus haberet essentiam; hoc namque et ipsi heretici concedebant spiritum habere causam a deo, cum et omnia habent, nec etiam erat hoc opus ostendere, ex qua persona haberet esse; nam et hoc certum erat per evangelium, cum dicitur 'spiritus, qui a patre procedit', sed intentio Basilii erat, ut ostenderet, quod spiritus sanctus est ex deo, non ut alia creatura, sed ut product[us] ex substantia ut filius; propterea, cum di-  
 25 cit: *ex ipso spiritus*, intelligit ex substantia eius, non ab extrinseco.

PROVINCIALIS. Dicitis, quod intentio Basilii est ostendere, quod spiritus sit eius[dem] <nature> ut pater et filius et non alterius, ut heretici dicebant; 2<sup>m</sup>, quod non intendebat Basilius tractare de causa spiritus, an esset pater vel filius; 3<sup>m</sup>, quod intentio Basilii est, ut spiritus esset de substantia patris et non de alia substantia extrinsecus. Hec sunt, que dixi-  
 30 stis. Quo ad primum sumus conformes, quod Basilius conatur ostendere, quod spiritus non sit alterius nature a patre et filio, ut heretici dicebant, et in hoc concedimus. Quo ad 2<sup>m</sup>, quod dicitis, quod non fuit intentio dicere de causa, an spiritus sit causa ut pater et filius; ad hoc dico, quod secundum hoc sequitur contrarium eius, quod dixistis; nam dixistis: *non aliunde* id est non ex alia persona; modo dicere, quod ista persona non est ab alia, est tractare  
 35 causalitatem. Secundo, quia dicitur in textu, quod spiritus est ex ore dei, tunc inquiri, an intelligat ex ore dei id est patris an ex ore dei id est filii. Quocumque modo respondeatis, oportet dicere, [quod] loquitur de causa spiritus sancti id est de principio. Quo ad 3<sup>m</sup> concedimus, quod spiritus sit de substantia patris, et quia est eodem modo substantia patris et filii, non est possibile aut ymaginabile, quod sit de substantia patris, quin sit de substantia filii, et secun-  
 40 dum quod accipit spiritus de substantia patris a patre, ita necessarium est, ut accipiat de eo, quod est filii, a filii substantia. Dicatis ad 2<sup>am</sup> et 3<sup>am</sup>, quia in prima convenimus.

5 et V.  
 personis a repetit V.  
 25 eius] cuius V.

6 quodocumque V.  
 21 omnia habent] *suppleas* causam.  
 26 eius V.

9 consubstantiale illud V.  
 24 producta V.

12 ante  
 24 producta V.

1 cf. GILL 275<sub>10</sub>-276<sub>3</sub>.  
 26 cf. GILL 276<sub>32</sub>-277<sub>34</sub>.

13 cf. GILL 276<sub>4-14</sub>.

17 cf. GILL 276<sub>15-31</sub>.

21 causam sive principium.

EPHESINUS. Cum ego suscepissem expositionem vestram, non dixi contrarium mihi, sed ego dixi contra te, quia ita manifeste cadis et implicaris in contradictionem, presentibus istis spectabilibus viris. Nam cum pridie interrogatus fueris a me, si, cum audivimus spiritum esse a patre, necessario intelligere debeamus esse ex persona patris, dixisti, quod sic. Ad hoc de Basilii auctoritate, cum autem ipse dicat *ex ipso patre*, non aliunde, ergo coëgi te iuxta tuam 5 concessionem concedere spiritum esse de persona patris tantum et non de alia. Que autem pridie dixi, consequentia erant confessionibus tuis. Postea ingressus expositionem alterius auctoritatis, quod illud *ex ipso patre* non cogat nos intelligere ex persona patris, sed quod possumus intelligere *ex patre* id est ex substantia patris et non aliena substantia, adduxi ad suscipiendam hanc tuam expositionem, sequentes nos intentionem et sensum tuum, utrumque 10 diximus et ex dictis per vos colligimus, que necesse sequuntur. Sed nos non contrarii fuimus, prout dicitis hac tua expositione, sed dicimus, cum audimus a patre spiritum esse et a filio et ab utroque esse, non cogimur | intelligere a personis, sed intelligimus a substantia 88v eorum ut consubstantialem, per quem modum possumus dicere ab utroque esse et ab utriusque substantia propter ydemptitatem substantie, sed non ab utrisque personis. Etiam apud sa- 15 cram scripturam dicitur de Esau ad Iacob: 'frater tuus est et ex natura tua est'; manifestum est, quod frater non est de fratris persona, sed simpliciter ex natura fratris ut eiusdem nature et consubstantialis. Et dummodo placet paternitati vestre, dicam 2<sup>m</sup> capitulum, prout dixit paternitas vestra.

PROVINCIALIS. Bonum est, ut audiatis ea, que dixi in alia congregatione declarando, 20 qualiter spiritus est ex persona et substantia persone; totus cetus reverendissimorum patrum satis aperte intellexit et an potuerit inferri ex illa, quod spiritus non esset ex alia persona, etiam omnibus notuit et ideo, ne sumamus tempora in superfluis, solum ad punctum principale dico, quod forte spiritus sanctus dabit concordiam inter nos. Utrum dixerit ex verbis meis vel ex verbis Basilii, dimittimus; nobis satis placet, quod etiam verissimum est, quod 25 mihi dixistis, videlicet in isto capitulo dixit Basilius: *non aliunde* id est non de alia substantia, et si hec est intentio Basilii, in nullo hec auctoritas faciebat contra dicta mea, et ideo placet, ut veniatis ad 3<sup>m</sup>; nam dando intellectum ad verbum *aliunde* dixistis, quod non de alia substantia quam de substantia patris. Estne hoc?

EPHESINUS. Ita. 30

PROVINCIALIS. Et propter hoc dico, quod secundum hoc non faciebat contra me illa auctoritas. Dicatis ad 3<sup>m</sup>, ubi dicebam, quod non poterat dici de substantia patris, quin diceret de substantia filii, inferendo sic: sicut accipit de eo, quod est patris, a patre, ita de eo, quod est filii, a filio, cum sit eadem substantia patris et filii.

EPHESINUS. Dixistis, quod spiritus sanctus ex substantia patris dicitur, quod cogimur 35 intelligere [eun]dem spiritum esse ex substantia filii, cum una et eadem substantia numero sit patris et filii; itaque dicis substantiam patris et filii causam esse spiritus.

PROVINCIALIS. Non bene replicas.

EPHESINUS. Si quando audimus spiritum esse ex substantia patris et filii, intelligere debemus patrem et filium habere causam? 40

5 auctoritatem V.

6 aliam V.

11 secuntur V.

18 consubstantiale V.

36 idem V.

1 cf. GILL 277<sub>35</sub>-279<sub>3</sub>.

16 *allusio ad verba Laban Iacobo dicta Gen. 29, 14.*

20 cf. GILL

279<sub>4-22</sub>.  
GILL 280<sub>1-2</sub>.

22 *ex illa scilicet auctoritate S. Basilii adducta.*

35 cf. GILL 279<sub>29-35</sub>.

38 cf.

39 cf. GILL 280<sub>8-10</sub>.

PROVINCIALIS. De necessitate cogimur dicere, quod habeat essentiam a patre et filio ; vos si utimini hoc verbo *causam* pro [principio], faciatis, ut vultis; nostri theologi non utuntur; quia tamen hic Basilius dicit: *ex ore dei*, <quero>, an intelligimus ex ore dei patris, an ex ore dei filii, quia quocumque modo dicatis, idem sequitur. Iam dictum est, quod evangelium  
5 dicit, quod spiritus sanctus ex patre est, et no[s] intelligimus *ex substantia patris* et procedens ex patre est *accipere esse*; per predicta modo stat argumentum: sicut accipit de eo, quod est patris, a patre, ergo de eo, quod est filii, a filio, cum sit eadem substantia patris et filii. Exemplum, quod adducitis, nichil facit ad propositum; postquam dixeritis, ostendam.

EPHESINUS. Ea, que dicta sunt per beatum Basilium et iacent in evangelio, dimittenda sunt  
10 nunc, tu autem ita responde michi clare et aperte. Cum audimus spiritum esse de, substantia patris et filii, numquid intelligere debemus de necessitate, quod spiritus habeat causam esse sui a substantia patris et filii?

PROVINCIALIS. Actiones in humanis sunt suppositorum. Ego quero, si hoc est verum.

EPHESINUS. Vos debetis respondere primo, et ego respondebo. Dico, quod est supposi-  
15 torum.

PROVINCIALIS. Declaravi pridem, quod non est possibile in divinis, quod substantia generet, quia actus sunt suppositorum, ergo sequitur, quod causa esse ipsius spiritus est persona non essentia, et quia persona patris generando filium communicat totam substantiam suam filio, ista est causa, quare doctores dicunt, quod filius est de substantia patris et spiritus de  
20 substantia patris et filii, ad salvandum unitatem essentie et distinctionem personarum, quia persone sunt unum, ubi non est oppositio relativa et sic habetis intellectum illius pr[o]positionis. Stemus in dicto Basili, cum dicit, quod est *ex ore dei*. An est ex ore dei patris, an ex ore dei filii?

EPHESINUS. Ego non possum concludere, que dicta sunt per vos, quia videntur invicem  
25 contraria; nam quandoque dicitis de substantia patris et filii, que est una numero, spiritum habere | esse, nunc autem muta[tis] dicta doctorum et dicitis, quod substantia non generat, sed mediante persona.

PROVINCIALIS. Numquam dixi mediante persona, dicas interpres, ut dico.

ANDREAS. Quia interpres non bene exponebat, Collocens[is] dixit in Greco. Postea di-  
30 xit: Propter equivocationem vos duo non potestis convenire in theologia communi Latino- rum et Grecorum. Differt dicere divinam essentiam, et essentiam patris et filii, nec intelligatis differentiam realem, sed solam differentiam [rationis]. Cum itaque audimus doctores loquentes *divina essentia* intelligimus qu[i]d commune patri et filio et spiritui sancto, cum dicamus *substantiam vel essentiam primam*, intelligimus personam patris.

EPHESINUS. Interdum, non semper.

COLLOCENSIS. Nos habemus doctores, qui dicunt, quod essentia patris intelligitur patris persona.

IMPERATOR. Non videtur nostre serenitati posse responderi duobus, maxime ad invicem differentibus.

2 pro essentia sed punctis infra ultimum vocabulum positus indicatur hoc esse delendum. 4 quocumque V. 5 et non V. 4 ex substantia patris et filii, sed ultimum vocabulum est totum fere signo cancellationis distinctum V. 21 prepositionis V. 29 Colocensium V. 32 nominis V. 33 quod V. 38 respondere V.

1 cf. GILL 280<sub>11-30</sub>. 9 cf. GILL 280<sub>33-281<sub>2</sub></sub>. 13 cf. GILL 281<sub>4-7</sub>. 14 cf. GILL 281<sub>8-10</sub>.  
16 cf. GILL 281<sub>11-26</sub>. 24 cf. GILL 281<sub>27-33</sub>. 29 cf. GILL 281<sub>34-282<sub>12</sub></sub>. 29 dixit scilicet Colocensis.  
35 cf. GILL 282<sub>13-14</sub>. 38 cf. GILL 282<sub>16-17</sub>.

CARDINALIS. Hii duo patres locuti sunt, ut declararentur verba, sed nulla erat differentia.

PROVINCIALIS. Nos dicimus, quod Ysaac ut suppositum, genuit Iacob ut de persona sua ; modo natura Ysaach non est illa, que genuit Iacob, sed natura Ysaach est principium, quo producit ill[um] fili[um], et est idem, quod communicatur. Modo dico, quod Iacob est de natura Isaach, non potest nisi hoc modo <intelligi> id est de [Isaac] id est de supposito agentis, quia actiones sunt suppositorum, et de natura Ysaach tamquam de principio, quod est communicatio. Modo si possibile esset, quod natura Ysaach et Iacob esse[n]t idem, cum tamen sunt due numero, exemplum esset bonum. Modo quia generatio in divinis est infinite perfectionis, ista dicimus, quia pater, quod est ypo[stas]is et subsistentie nomen, istud suppositum est, quod generat, quia generare est actio [no]tionalis, et solum competit supposito ; modo substantia patris est principium, quo pater generat et est id, quod datur filio et quod communicatur filio per generationem, et est id, quod accipit[ur] a filio et quod communicatur filio, sicut in humanis natura Ysaach est illa, que accipitur a Iacob supposito generato, et communicatur [eidem], sed differentia est propter excellentiam, quia in patre et filio et spiritu una est numero, et sic in nullo distinguuntur, nisi quia pater est pater, et filius est filius, et dicimus, quod sapientia, bonitas et inde omnia communicantur cum hac substantia ; modo, quia essentia est nomen abstractum significans essentiam, non suppositum, non potest <illi> competere actu[s] generationis, et quia est una numero, si generaret, oporteret, quod esset distinctio essentie et nature in divinis, quia idem non generat seips[um], <sed> [oportet] quod ali[um] generet. Ergo concluditur, quod in divinis essentia nec generat nec generatur. Cum queritur, quomodo est de substantia patris et filii, dico, quod est de substantia patris, qu[e] communicatur ; modo pro veritate habenda, quia nulla mihi est sententia, nisi ut veritas habeatur, dicatis ad verbum illud *ex ore*, de quo quesivi.

EPHESINUS. Collegi ex dictis tuis, quod substantia patris et filii, cum sit una numero, est principium spiritus sancti ; nam hoc potius gaudere soles. Cum autem pater et filius producant spiritum sanctum, per communem substantiam illum producunt, quoniam [vero] cum auditis *ex patre et filio spiritum* necesse intelligitis causam spiritus esse, numquid non est verum, ut dicamus substantiam et personam causam spiritus ?

PROVINCIALIS. Est principium quo et quod. 30

EPHESINUS. Utcumque sit, substantiam patris et filii esse principium spiritus ut principium quo. Restat igitur, ut substantia spiritus sit principiata.

PROVINCIALIS. Non sequitur. Non intelligitis ex principio communi a communicante rem unam, et idem.

ANDREAS. Fuit invicem locutio facta per deputatos hinc inde. 35

EPHESINUS. Dico : si substantia patris et filii communis, que est una et eadem numero, producit spiritum ?

PROVINCIALIS. Non dicitis bene.

EPHESINUS. Dico : si substantia, que est communis patris et filii et una, quid | que 89v  
tollit, quominus processio spiritus sit causata ? 40

1 locuti sunt *repetit V.*      5 illos filios *V.*      6 de Iacob *V.*      8 esset *V.*      10 ypo-  
testis et subsistentie *V.*      11 rationalis *V.*      13 accipit *V.*      13 a  
filio sicut *V.*      15 ab eo *V.*      16 adistinguntur *V.*      17 est inde *V.*      19 actui *V.*  
20 generaret seipsam esset oportum *V.*      21 aliam *V.*      23 quod *V.*      24 eore *V.*  
27 non cum *V.*      33 communicante] acommunicato *V.*      39 quidqui *V.*; *expectaretur forte quidquam.*

3 cf. GILL 282<sub>22</sub>-283<sub>37</sub>.  
284<sub>14-15</sub>.

36 cf. GILL 284<sub>17-19</sub>.

25 cf. GILL 284<sub>1-11</sub>.

39 cf. GILL 284<sub>22-26</sub>.

30 cf. GILL 284<sub>12-13</sub>.

31 cf. GILL

PROVINCIALIS. Non sequitur, qu[ia] res producta in humanis non producitur nisi ex supposito agentis. Suppositum humanum non dicitur, quod sit productum a natura nostra, non valet consequentia. Humanitas est nomen abstractum secundum theologos, et in suo significato non significat suppositum. Modo dico sic: hoc nomen significat id, quod subsistit, hoc  
5 suppositum producit [aliud] humanitat[e]; ergo hoc suppositum est productum ab humanitate, non valet consequentia.

EPHESINUS. Sequitur, quod homo productus sit ab isto homine humanitate ut principio quo, et sic in divinis.

PROVINCIALIS. Et sic non sequitur, quod non sit spiratus spiritus ab essentia patris, nec  
10 spirata nec genita. Ego dixi, quod <pro> finali habenda veritate resolutio patrum, qui fuerint in aliis conciliis, fuit semper ad testimonia sanctorum patrum, ita quod in omni diffinitione fidei, cum voluerunt ponere terminum, adducebant testimonia patrum et acquiescebant, et ita ego volebam facere, et ideo induxi michi auctoritatem et non rationes. Vos adduxistis auctoritatem Basili, satis dictum sit [pro] [intelligentia] auctoritatis per vos introducte,  
15 quia omnes intelligunt, quod spiritus est *ex ore dei* et quod *non est aliunde*, ita dicit textus. Postquam ego gessi tibi morem de auctoritate tua, veniatis ad auctoritatem Basili secundam, quam induxi, et discutiamus testimoni[um], istud videtur rationabile.

EPHESINUS. Auctoritas illa Basili suscipiet postea inquisitionem. Videamus dicta vestra. Ergo dixi[sti], quod in humanis suppositum producit id secundum humanitatem,  
20 sed non dicitur homo ex humanitate scilicet ex hoc homine secundum communem naturam humanitatis. Numquid ergo ita dicendum est in divinis, quod hoc suppositum non producat ab essentia deitatis, sed ab hoc supposito? Si debet dici in divinis ut in humanis, non debet dici, quod ex communi divina essentia producat aliqua divinarum personarum, cum divina substantia non sit in se ut quod produc[ere] possit. Cum audimus de substantia patris et filii  
25 esse spiritum, non debemus intelligere substantiam velut causam, non est de natura substantie generare nec ita in humanis.

PROVINCIALIS. Volo concedere, quod hoc esse ex alio intelligitur de persona et hoc ostendendo ex auctoritate Basili [allegata] in precedenti congregatione. Dicit sic in 3<sup>o</sup> contra Eunomium: 'Que enim necessitas, si dignitatis atque ordinis 3us est spiritus, 3m natura  
30 quoque esse? Dignitate namque secundus a filio ab eo esse habens et ab eo accip[iens] et annuntians nobis atque omnino ex ea causa pendentem, pietatis tradidit sermo. Natura vero 3<sup>a</sup> nec ex sanctis scripturis edocti sumus nec ex hiis, que dicta sunt, iusta consequentia colligere possumus'. Dicit Basilius, quod ex ipso filio habet esse, et ut ex causa, non dicit aliud. Dicatis, quid vultis modo ex prima pr[o]positione hesterna, quia procedere est habere esse  
35 ab [alio], prout omnes doctores tenent; si secundum Basilius hic spiritus habet esse et accipit esse ex filio et pendet ex illo ut ex causa, necessario sequitur, nisi negemus Basilius, quod spiritus procedat a filio. Quante auctoritatis sit Basilius in materia spiritus [sancti], patres Calcedonensis concilii in collocutione facta apud Martianum ita dicunt de Basilio: 'Sic magnus Basilius minister gratie, subsistentia per [epistole] vires declaravit, et sancti spiritus

1 quod V.                      5 illud humanitatis V.                      7 principium V.                      14 quod introductione I.  
16 tuam V.                      17 testimonia V.                      19 Ego dixi || 3<sup>o</sup> suppositum V.                      24 produci V.  
29 3<sup>a</sup> V.                      28 allegata] anulata V.                      30 accipere V.                      31 onino V.                      34 prepo-  
sitione externa V.                      35 alio] illo V.                      37 spiritus oris V.

1 cf. GILL 284<sub>27, 29</sub>-285<sub>5</sub>.                      9 cf. GILL 285<sub>8-26</sub>.                      18 cf. GILL 286<sub>1-20</sub>.                      29 cf. GILL 286<sub>21-287</sub><sub>21</sub>.  
29 cf. BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. III, c. 1 = MIGNE PG 29, 654, nota 79.  
38 cf. *concilium Chalcedonense, allocutio ad Marcianum imperatorem* = MANSI VII, 468 A; *in graeco* (GILL 287<sub>8-13</sub>). Οὗτος ὁ μέγας Βασίλειος διάκονος τῆς χάριτος τὰ ὑφιστάμενα ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τῶν ἐπιστολῶν οὕτως ἐσαφήνισε καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν δικασκαλίαν οὕτω παρέδωκε μετὰ τῶν αὐτοῦ ἐτέρων ἔλλκων καὶ τὴν ἐκείνων ἔγνωσαν δι' ἐπιγραφῆς τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου.

doctrinam diligentius tradidit, consacerdotum suorum eliciens subscriptionem suorum'. Modo si omnes patres Calcedonensis concilii dederunt tanta testimonia in materia spiritus et ipse ita clare dicat in hoc loco, videtur necessario quod et vestri et nostri debent sequi suam doctrinam in re fidei. Hic est textus in Greco antiquissimus; si vultis audire, potestis modo; habet: quod est ex filio et non fit mentio de essentia.

5

EPHESINUS. Inquirenda est auctoritas Basili, inquisitis pr[o]positis.

PROVINCIALIS. Dicatis, quod hic enucleat omnem nostram disputationem.

EPHESINUS. Repetemus dicta, quod substantia patris et filii, que est una numero; dicitis principium esse | et causam spiritus; quia videtur ex hoc essentiam spiritus [factam] esse, deinde due substantie in divina trinitate colliguntur, que sunt sibi invicem opposit[e] 10 secundum causam et causatum, hoc autem longe est a theologia christiana et penitus alien[um] neque ab ullo doctore dictum; nam dicunt: substantia neque generat neque producit neque secundum substantiam pater generat aut producit neque filius, ut vos dicitis, sed secundum suam essentiam hoc est secundum suam naturalem proprietatem. Ergo communis substantia patris et filii nec non est a se <causa> nec aut quo aut quod; nam neque ipsa, neque per ipsam 15 spiritus generat[ur] vel producit[ur], sed secundum suam personalem et susceptivam proprietatem. Hec denique collecta sunt ex dictis tuis, neque poteris emendare, que dicta sunt nec in presenti neque alio tempore. Nunc ingrediamur ad auctoritatem.

90r

PROVINCIALIS. Dicitis, quod videntur sequi ex meis, quod essentia divina sit causa[ta], sed ego pono, quod essentia ...

20

EPHESINUS. Non dico, quod substantia divina sit causata, sed quod sit divisa.

PROVINCIALIS. Attende ad interpretationem. Substantia quandoque capitur pro eo, quod exprimitur per diffinitionem rei, ut dicimus; diffinitio indicat, quod est esse rei, et ista est quidditas, essentia vel natura, et in sui significato [non connotat] suppositum, sed semper significat illam formam sive essentiam sive naturam. Alio modo capitur substantia, et hoc habetis 25 V metaphysice in cap. de substantia, et nostri doctores ita distinguunt: 2<sup>o</sup> modo capitur substantia pro supposito, quod substat speciebus superioribus, sicut dicimus, quod in [linea] substantie sive predicamentali substantie, ut ponit Porfirius, ponitur hic homo Socrates et Plato, et hec sunt supposita et vocantur substantia. Ista substantia, que sic est suppositum, quandoque vocatur ypostasis, quandoque subsistentia, quandoque res nature. Sed in natura hu- 30 mana ultra vocatur persona, quia est intellectualis nature incommutabilis subsistentia. Ita quod in specie intellectuali id quod in aliis speciebus nominatur suppositum et substantia et subsistentia vel res nature, vocatur persona intellectualis. Hoc posito, quia doctores sancti volentes instare contra Arium et contra Macedonium, quorum primus dixit filium esse creaturam, non de substantia patris, 2<sup>a</sup> dixit spiritum esse creaturam, u[s]i sunt hoc modo loquendi 35 valde diffuse, quod filius esset de essentia patris et quod spiritus esset de essentia et substantia patris et filii. Si capiamus substantiam pro subsistentia, cum pater sit in intellectuali

1 elitiens V.            2 Calcedoniensis V.            6 prepositis V.            9 qua || tantam esse || V.  
10 opposita V.            11 aliena V.            16 generat vel producit V.            19 post essentia *suppleas*,  
*quia orator fuit interruptus.*  
24 quidditas || cogitat suppositum V.            26 methaphysice V.            27 linea ] luna.            28 Porfilius V.  
30 quando subsistentia V.            36 diffuse quod nec filius V.

6 cf. GILL 287<sub>22-24</sub>.  
288<sub>12-291</sub><sub>13</sub>.

7 cf. GILL 287<sub>25-26</sub>.  
26 cf. ARISTOTELES, *Metaphysica*, iuxta commentarium Thomae Aquinatis *Metaphysica*, lib. V, lectio 10.

8 cf. GILL 287<sub>27-288</sub>.

22 cf. GILL

natura, cum sit persona, ita potest dici subsistentia, et substantia, res nature et suppositum ; si sumatur sic, idem est dicere quod generare competat persone patris, quam si diceretur : competit huic substantie, quia hec substantia , que est idem [quod] pater, et paternitas illa est, que generat, et nullo modo communicatur. Quare ? Quia nec proprietates sunt communi-  
 5 cabiles. Doctores nostri Latini omnes non utuntur hoc termino *substantia* pro persona patris nec persona spiritus sancti, sed retinuerunt nomen substantie, secundum quod est hic per definitionem <que> in humanis exprimitur, que dicitur essentia vel natura. Cum dicimus secundum Latinos nostros sic, quod spiritus est de substantia patris, capimus substantiam pro essentia, que est in patre. Modo ego distinxi substantiam duobus modis. Substantia quandoque sumitur  
 10 pro supposito, et tunc est idem, quod persona in divinis, et est idem, quod subsistentia et ypostasis, cum loquimur de substantia. Cum dicimus : spiritus est de substantia patris, nunquam Latini doctores capiunt substantiam pro subsistentia seu pro supposito vel persona, quia persona non communicatur nec subsistentia seu pro supposito communicatur. Dico, quod substantia alio modo sumitur et hoc secundum phylosophos et theologos, prout dicimus, quod diffini-  
 90v 15 tio indicat substantiam rei et hoc est quidditas, | vocatur natura et essentia ; quando doctores nostri dicunt, quod spiritus est de substantia patris vel de substantia filii, non capiunt substantiam pro subsistentia patris, sed capiunt personam pro natura illa ; ergo essentia illa est in patre et idem est realiter qu[od] pater, et nomen patris dicit essentiam, et dicit relationem, secundum quam hoc suppositum distinguitur ab alio, hec essentia communis est in  
 20 patre, illa est, que communicatur filio per generationem, et hec est principium, quo pater generat et producit filium, sed hec essentia non communicatur filio secundum esse, quod habet in patre, et in hoc est deceptio tua, quia non intelligis, quare cum dicimus, quod essentia patris communicatur in filio, non dicimus prout esse quod habet in patre, quia sequeretur, quod generaret, quod esset impossibile. Ista essentia sic absolute, prout potentia generandi  
 25 illa est principium, quo et est id quod communicatur et datur a patre ipsi filio, sed non secundum esse absolutum ; modo in generatione patris respectu filii omnia communicantur cum essentia, que sunt in patre excepto esse paternitatis seu proprietatis, quia hoc non communicatur ; esse principium spiritus non repugnat filiationi, esse principium spiritus sancti, quia est principium spiritus in patre, non repugnat filiationi seu proprietati filii. Sic non sequitur,  
 30 quod aliquo modo sit causata vel causet. Hoc modo omnes doctores Latini dant hunc intellectum, et declarant illis locutionibus, in quibus dicitur, quod filius est de substantia patris vel filii ; sic teneatis intellectum de substantia et distincte, et non eritis in equivoco.

ANDREAS. Hic fuit lecta auctoritas Basilii in Greco.

CARDINALIS. Postquam dominus provincialis respondit quesito tuo, respondeas auctori-  
 35 tati Basilii tertie (?).

EPHESINUS. Nos cum audimus patres prime synodi dicentes in primo simbolo, in theologia, que est de filio, et filium genitum ex patre de substantia patris, nil aliud intelligimus nisi de persona eius, hoc est de substantia cum proprietatibus. Placetne vobis hoc, quod substantia dicatur persona et alio modo dicatur distincta an datur vobis alia forma substantie ?

40 PROVINCIALIS. Ego pluries dixi ; non capitis. Audistis, quod nos intelligimus secundum duos modos nomen substantie, scilicet unum modum, cum volumus communem substantiam

3 idem pro V.  
 22 intelligitis V.

6 quod est hic V.  
 29 filiationem V.

10 ypotestis V.  
 36 teologia V.

18quia V.

34 cf. GILL 291<sub>14-16</sub>.

36 cf. GILL 291<sub>17-24</sub>.

40 cf. GILL 291<sub>25-292</sub><sub>15</sub>.



trium personarum ostendere. Secundum alium vero quando [substantiam] cum hiis proprietatibus, que in eis sunt [id est] personam. Quando autem in simbolo primi concilii dicitur 'genitum ex patre, hoc est de substantia patris', ex omni necessitate intelligere debemus: ex persona patris, [non] ex alia specie substantie, quam ex his duabus. Dico, quod in divinis doctores non utuntur nisi istis duobus modis. Sed iste primus modus apud Latinos numquam fuit admissus nisi sub nomine subsistentie vel ypostasis vel persone, ne quis posset calumniari, quod poneremus tres substantias, sed sumpserunt substantiam primo modo, prout fuit conclusum in illo Niceno concilio, cum fuit diffinitum, quod filius esset homousion cum patre. Cum dicimus *consubstantialis*, illa consubstantialitas illa est, que est communis tribus personis, et de ista omnes propositiones intelliguntur, sunt de substantia patris ut de principio <per> quod generatur. 5

EPHESINUS. Dixistis, quod substantia secundum quam est unus pater et filius, eadem est, que est communis tribus personis.

PROVINCIALIS. Ita.

EPHESINUS. Vide, si verum est dicere, quod ex communi | tribus personis substantia procedat personaliter spiritus; nam dixistis antea, quod ex communi patris et filii procedat spiritus. 15 91r

PROVINCIALIS. Vellem, ut melius intelligeretis h[an]c propositio[nem] de proprietate et essentia. Faciatis aliquam distinctionem inter proprietatem et istam essentiam?

EPHESINUS. Maximam. 20

PROVINCIALIS. Que est, realis vel secundum [rationem]?

EPHESINUS. Secundum rationem nostram conspicitur. distinctio personarum, secundum rationem discretio conspicitur in personis, non ad invicem, sed ad substantiam cuiusque suppositi vel personarum. Unaqueque persona a substantia eius distinguitur ratione. Distinguntur persone in divinis, ne cum ipse persone consistant per se. 25

PROVINCIALIS. Per quidditatem proprietates iste sunt idem cum persona scilicet paternitas et pater.

EPHESINUS. Secundum rem vel suppositum idem est, sed distinguuntur ratione.

PROVINCIALIS. Modo in persona patris est paternitas et essentia, que est communis tribus; persona ergo patris non distinguitur a paternitate et essentia nisi secundum rationem. Est sic? 30

EPHESINUS. Sic.

PROVINCIALIS. Et distinguuntur ab aliis realiter. Bene dicitis. Cum ergo in patre non sit nisi paternitas, quomodo pater generat? Quid est, quod communicatur filio? An paternitas vel essentia vel utraque? 35

EPHESINUS. Id quod communicatur filio, est substantia vel essentia, non communicatur secundum ipsam substantiam filio, sed secundum proprietatem eius paternam, videlicet hec namque est principium esse filii, non ipsa substantia, que est communis tribus.

PROVINCIALIS. Id quod communicatur filio, est substantia et illa, que est communis tribus, quia in persona patris non est nisi ista essentia et paternitas, nil plus. Si ergo communi- 40

1 personam V.  
10 prepositiones V.  
24 distinguitur V.

2 sunt in V.  
18 hec propositio V.  
33 distinguntur V.

8 Niceo V.  
8 diffinitus V.  
21 essentiam V., sed melius in *textus graeco* GILL 292<sub>25</sub>

12 cf. GILL 292<sub>16-18</sub>.

39 cf. GILL 294<sub>3-13</sub>.

catur non proprietas, non suppositum et substantia secundo modo, sunt idem. De necessitate sequitur, quod si pater communicat quid filio, quod non communicat nisi hanc communem essentiam.

EPHESINUS. Ita hoc nos diximus, quod communis tribus substantia est, quam filio com-  
5 municat, que cum sit una numero, non dividitur.

PROVINCIALIS. Verbum dividere non est in divinis. Dicas.

EPHESINUS. Que cum sit una numero, dividitur secundum rationem nostram in patre, filio et substantia spiritus sancti. Intelligentibus nobis per distinctionem horum nominum uniuscuiusque personam, quid est, quod vos colligitis ?

10 PROVINCIALIS. Id quod ego colligo ex istis, colligo unum, quod est contrarium eius, quod vos dicitis, quod ista essentia dividitur in tribus personis, quod est falsum, quia essentia patris, que communicatur filio et spiritui, communicaretur secundum rationem. Hoc est falsum et contra doctores, qui dicunt: realiter communicatur. Et cum quolibet persona non habeat esse nisi per essentiam et rationem, sequeretur, quod essent secundum rationem di-  
15 stincte.

EPHESINUS. Ego non dixi, quod persone sint distincte secundum rationem, sed cum nos intelligimus proprietatem simul cum substantia, distinguimus unamquamque personam et dicimus substantiam filii ex substantia patris, per que volumus ostendere personam filii esse ex substantia patris et sic subsistimus divinas personas habentes proprietates suas, non  
20 quod ipse persone secundum rationem ad invicem distinguantur.

PROVINCIALIS. Vos dicitis, quod communicatio essentie esset secundum rationem.

EPHESINUS. Non dixi, sed ratione distinguitur in tribus personis, hoc contingit apud nos, non sic realiter ita querimus a vobis, quomodo intelligitis: substantia patris et substantia filii, intelligitis distincta ?

25 PROVINCIALIS. Dixi, quod doctores nostri latini sumunt in divinis substantiam pro essentia, non pro subsistentia, et ideo numquam dicimus, quod sunt tres substantie, licet dicamus, quod sunt tres subsistentes et tres ypostases et persone realiter distincte, sed in hac essentia est unum, et unus deus; persona constituta ex essentia divina et ex proprietate, | et ideo nil plus est in persona nisi essentia et proprietate et iste due, proprietate et essentia, unum  
30 secundum rem, secundum proprietatem persone distinguuntur realiter, quia sunt ad aliquid, et secundum essentiam sunt unum. Et est unus deus, et hec essentia communicatur.

ANDREAS. Ad alium diem, adstrictis rerum angustia audientium sensibus, negotium est dilatatum, Grecis volentibus.

92r | <ANDREAS>. Die octava martii in conventu 3<sup>o</sup> Florentie Ephesinus hoc modo  
35 collectationem [i] principium dedit.

EPHESINUS. Pridie, reverende pater, dimisimus secundam auctoritatem Basilio per vos allegatam. Quare videtur, ut legatur auctoritas illa, si placet, ut ambo illam consideremus.

ANDREAS. Fuit in Greco lecta auctoritas, demum in Latino hoc modo: 'Que enim necessitas, si dignitate aut ordine tercius est spiritus, 3<sup>m</sup> esse dignitate aut ordine, 2<sup>m</sup> a filio,

12 spiritu V. 18 ex substantia] et substantiam V. 20 distinguuntur V. 27 ypostesis V. 28 constitutus V. 30 secundum unum V. 33 maxima pars paginae est vacua; in margine: hic nil deficit V. 35 collectationem V. 38 in margine: Provincialis V. 39 2<sup>a</sup> a filio V.

16 cf. GILL 294<sub>14-22</sub>. 25 cf. GILL 294<sub>27</sub>-295<sub>6</sub>. 36 cf. GILL 295<sub>12-22</sub>. 37 cf. BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. III, c. 1 = MIGNE PG. 29, 654 nota 79.

ab eo esse habens et ab eo accipiens et annuntians nobis ac omnino ... pietatis tradidit sermo, natura uti 3<sup>a</sup> nec a sanctis scripturis docti sumus neque ex sanctorum dictis colligere possumus.

EPHESINUS. Liber iste invenitur apud nos ita corruptus, ita adulteratus circa istam auctoritatem, ut per vos dicitur; nam sunt in Constantinopoli quatuor vel quinque libri, qui ita etiam se habent; libri enim, qui sanam et incorruptam habent sententiam, sunt proprie mille vel plures, qui quidem digni sunt et propter multitudinem et antiquitatem, et qui etiam servant consequentiam secundum intentionem doctoris. Videtur, quod id quod passum est sanctum symbolum, manifeste hoc quidem passus est iste liber per manus <eorum>, qui alias sentiunt, et suscepit additionem, que multum contrarietatem habet et que multum ingruentiam et inconsequentiam et auctoritati et intentioni doctoris. Primo itaque aspiciat librum illum antiquissimum apud nos, ubi nulla est additio, deinde inquiramus consequentiam auctoritatis eorum, que dicta sunt et que sequuntur intentionem doctoris.

PROVINCIALIS. Audiatis et postea legetis. Audivimus duo a vestra paternitate. Primo, quod libenter voluissetis prosequi materiam, de qua in precedenti congregatione feceratis mentionem. 2<sup>o</sup> quia propter [meam] requisitionem descenditis ad auctoritatem Basillii, reservans illa ad sequentia, et super hoc multum mihi placet, ut semper incipiamus a testimoniis sanctorum patrum, quia semper testimonia termini sunt, ad quos nos et vos debemus intendere; post testimonia paratissimus ero respondere ad quesita tua. 2<sup>m</sup> dixisti, quod liber noster fortasse patitur calumniam per additionem, ut etiam alias dicebatis de adiectione in simbolo. Ad hanc particulam de simbolo sic dicimus, quod ita clare per reverendum dominum cardinalem dictum est, ut nil lucidius dici possit et sicut alias dictum est in loco isto. Si aliquid dubitationis apud vos remanet, expleta ista materia, semper erimus parati respondere. Ad factum libri ita dicimus, quod iste liber de anno preterito de Constantinopoli ductus est et dominus Nicolaus de Cusa portavit, et est liber in membranis, non in papiro, et antiquissimus, ita ut secundum iudicium plurimorum, qui viderunt, visa antiquitate videtur scriptus ultra VI<sup>c</sup> annos et sic ante separationem hanc, et est ita correptus et apunctuatus et ordinatus, ut nil deficiat. Dico igitur, quod falsitas non potest attribui huic libro de additione. Primo, quia numquam fuit | apud Latinos nisi modo. Videatis omnes vos, si est posita rasura vel additio. 2<sup>o</sup> quia ratio istius additionis, de qua dicitis, non videtur posse attribui Latinis; ratio, quia usque in horam presentem, ut cum venia semper dicam, ex vestrismet libris et ex synodis antiquissimis apparet manifeste, quod vitium corrumpendi libros et auferendi, que quandoque faciebant contra impugnantes fidem, fuit deprehersum in partibus vestris. Legitis in epistola per Cirillum ad Ioannem Anthiocenum scripta, cuius initium est: 'Exultent celi; in fine illius, que etiam suscepta fuit a tota Calcedonensi synodo, ita scribit: 'Nam si quidam eorum, qui recta pervertere solent, meas voces insidii met in placitum mutant, non admitteretur hoc tua sanctitas, sciens, quoniam etiam omnes heretici de scripturis divinitus inspiratis suorum colligunt errorum occasionem, ea que recte dicta sunt, sua malicia corrumpentes', et ponit exemplum ultra sua de Athanasio, ostendens, quod epistola Athanasii ad Epictetum

1 post omnino spatium vacuum unius vocabuli longioris. 3 circha V. 5 expectaretur forte prope.  
12 post doctoris repetitur, sed sublineatur: Primo itaque aspiciat librum illum antiquissimum V.  
15 meam mentionem V. 19 adiectionem V. 25 iuditium V. 26 coreptus V.  
27 adiectione V. 29 addictio || additionis V. 31 vitum V. 33 Exultant V.  
35 perverterunt V. 37 post que spatium vacuum V. 38 Epitectum V.

3 cf. GILL 296<sub>4-23</sub>. 13 cf. GILL 296<sub>24</sub>-300<sub>2</sub>. 33 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola Ioanni Antiocheno* = MANSI V, 301 E sqq. 34 *ibidem*, 309 A-B. 35 *vocabula insidii met, forte = insidiarum causa.*  
39 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola Acacio episcopo Melitinae* = MANSI V, 325 E; SCHWARTZ *l. III*, 1, 203<sub>24-26</sub>.

fuit corrupta. Idem beatus Cirillus scribens ad Acacium in epistola 'Mutua re vera locutio', in fine ita loquitur: 'Si autem quasi a me scripta a quibusdam proferatur epistola, quod penitentiam egerunt de hiis, que apud Ephesum gessimus, derideatur,' et istud: 'sumus enim per dei gratiam in bono sensu, nec extra rationem rectam ferimur'. Ex quibus verbis habetur manifeste, quod semper Cirillus fuit illius sententie, qua fuerat in 3<sup>a</sup> synodo, et in illamet epistola introducit Messenium episcopum, qui detulerat Cirillo illam epistolam Athanasii ad Epictetum corruptam, et interrogabat Cirillum, si erat eiusdem fidei, prout Athanasius, et beatus Cirillus ita respondit: 'Si habes epistolam Athanasii ad Epictetum integram et non corruptam, eiusdem fidei sum cum Athanasio'. Viderunt hanc epistolam cum illa, quam habebat apud se, et apparuit, quod erat difformis, et in toto Orientali non fuit reperta epistola integra Athanasii nisi apud Cirillum. Unde ille Missenus correxit suam ad exemplum illius, que erat apud Cirillum, et misit correctam Iohanni Anthioceno. Modo non videtur irrationabile, quod stante isto dissidio nostro illi primi, quibus magis imputandum est quam posterioribus, assumentes occasionem divisionum ex hac parte processionis, que semper fuerat a principio fidei nostre usque ad illam horam, ad removendum hoc, quod Basilius ponit, corruerant libros, de quibus dicitis. Unde verisimiliter creditur, quod spiritus sanctus reservaverit hunc librum in civitate Constantinopolitana, ut non inveniretur ab illis. Quare ex dictis nulla sequitur ratio, quod hic sit fallacia additionis. Uterius, quia vos et nos convenimus ad videndum veritatem ex mutua caritate, in sancta intentione debemus invicem libros communicare, et quia res hec est magni ponderis, si aliquis apud vos habet librum Basili | antiquissimum, producantur omnes vestri et producantur cum isto; 2<sup>o</sup> videantur sequentia, ut ex precedentibus <et sequentibus> concludatur, quod ita vero voluerit. Hec sunt, que pro nunc habemus.

93r

CARDINALIS. Legatur particula, prout in libro vestro, et ut ostendatur liber noster et vester in papiro.

25 EPHESINUS. Ita.

ANDREAS. Hoc medio invicem ostensi sunt libri imperatori.

EPHESINUS. Quod liber iste similis apud nos inveniatur habens additionem, prout et vos produxistis, et nos professi sumus. Propterea non est mirandum, si liber iste de libris illis, qui inveniebantur in Constantinopoli, habitus sit. Videtur itaque potius ad hunc non fecisse nos talem additionem; nam si nos fecissemus, de facili potuissemus delere omnes libros, qui in Constantinopoli inveniebantur, cum sint pauci libri et qui hanc additionem habebant; nam si nos fuissetis illi, qui fecerimus hanc mutationem, cum libri sint paucissimi, facillime potuissemus illos delere. Sed cum usi fuerimus simplicitate, nos permisimus, ut starent libri, in quibus contraria erat opinio. A quibus potest dici hunc transductum ab illis? Verisimile etiam est librum hunc fuisse scriptum ab aliquo, qui apud illas partes fuit illius opinionis, et hoc modo non est mirandum, cum verisimile sit etiam in illis partibus esse aliquos, qui fuerunt nostre opinionis. Quod autem multociens corruptio facta fuerit in illis partibus a nonnullis hereticis, qui novas quasdam opiniones inducebant in ecclesiam, assentimus et habemus auctoritates, quas producitis, qui dicunt, quod dicitis. Sed apud vos bene scitis fuisse tempore pape [Zosimi] producta gesta Niceni concilii ad concilium Cartaginense. Nam scripsit ille papa

18 falatia additionis V.  
27 additionem V;

20 abet V.  
31 additionem V.

22 et sequentibus] ex speciebus V.  
40 Zosimi) Osii productam V.

40 consilii V.

3 *ibidem*, 325 E.  
GILL 300<sub>2</sub>-301<sub>20</sub>.

8 *cf.* CYRILLUS Alex., *Epistola Acacio*, *ibidem*, 325 B-C.

27 *cf.*

[Zosimus] illi concilio, quod Nicenum concilium in his canonibus suis dedit auctoritatem apostolorum et primatum totius orbis summo pontifici Romano, allegato canone quodam concilii Niceni. Hunc canonem cum non cognoverint, qui ibi erant, non susceperunt ita de facili, sed dixerunt: 'nos nil tale habemus in canonibus Nicenis et propterea querimus autentica Nicena a pontificibus Orientalibus', hoc est de patriarcha Alexandrino beato Cirillo et Constantino-  
politano beato Sofronio. Hec autentica Nicena, cum fuerint requisita a dictis episcopis per epistolas concilii et missa fuerint eis, inventa sunt, nullatenus habere canonem illum, quem papa produxit; propterea scripserunt ipsi, quod non quereret amplius auctoritatem apostolorum, cum non fuerit tradita per canonem conciliorum. Vides, quomodo papa ille adulteratum canonem produxerit, presertim cum scripserit ad tale magnum concilium de tam maxima re; non est itaque mirandum, si apud nos quidam libros corruerint, volentes innovare dogmata et inniti auctoritatibus eorum. Et in hac auctoritate Basili est multitudo et antiquitas librorum de libro nostro victoriam dant et hoc ipsum, quod fuerint visi libri viatici et quod non fuerint deleti, licet fuerit possibile propter paucitatem. Sed videtur, quod confisi nos veritate et aliis vocibus Basili patris nostri hanc additionem permisimus stare in huiusmodi libris, prout stant.

PROVINCIALIS. Legatis, prout habetis. | Legatis verba illa, cum incipit: 'Que est necessitas', et dimittamus verba Eunomii, illa videlicet: 'Cum vero sufficiant tanta de unigenito, iustum est de paraclito dicere neque sequentes aliorum opiniones non quesitas, sed custodientes in omnibus sanctorum doctrinam, a quibus, cum tercium ipsum dignitate et ordine didicerimus, 3<sup>m</sup> et natura credidimus'. 93v

EPHESINUS. Eunomius sic dicit.

PROVINCIALIS. Nos scimus.

EPHESINUS. Eunomius sic dicit, quod, cum voluerit dicere de paraclito, non sequitur opinionem multorum, sed custodiet sanctorum doctrinam, a quibus didicit spiritum esse 3<sup>m</sup> dignitate et ordine, et propter hoc 3<sup>m</sup> esse natura credimus. Videamus, quid ad hoc dicat Basilius.

ANDREAS. Surrexit legens et hoc dixit: 'Quod autem ipse non putet, oportere <in> simplici et rudi fide multorum manere, sed artificiosis quibusdam et sophisticis sermonibus iterum ad id, quod sibi videtur, decipere veritatem, satis ex his, que dixit, ostendit. Nam cum ipse contemneret multorum opiniones, qui sentiunt spiritum sanctum nosci ex sanctorum doctrina, et hos, [qui] sibi hanc tradiderunt, tacet nunc, que in sermonibus, qui sunt de unigenito, fecisse ostendit, dicens a sanctis didicisse tercium esse dignitate et ordine, a se ipso credidisse 3<sup>m</sup> natura. Qui autem sint sancti et quibus sermonibus dixerint, dicere non potes. Nunquid ... est ita, ut ex hoc innovato neges dogmata, que sunt ex divinis, docens.' Ita ne se habet liber vester?

PROVINCIALIS. Ita hic dicit Basilius occurrens Eunomio, quod ab his, que dixit, manifestavit satis, quod ipse non vult perseverare <in> simplici et rudi fide multorum, sed [d]ecipit

1 Zosimus) Osinus V.	2 allegatis V.	4 autentica V.	5 Alexandrino
Constantinopoli V	14 confixi V.	15 additionem ermissimus V.	15 hiuscemodi V.
17 post habetis repetitur Provincialis V.		21 natura non V.	31 qui) que V,
32 qui) ipsi V.	34 post nunquid spatium vacuum	trium fere vocabulorum. V.	38 recipit V.

1 documenta Zosimi papae nihil de hac re continent, at eius successor Bonifatius I de actis talibus testis est.  
4 cf. BONIFATIUS, Epistola II concilio Africano, c. 5 = MIGNE PL 20, 755 B-C. 7 allusio ad documenta apocrypha S. Athanasii et Marci I papae; cf. MIGNE PG 28, 1445 sqq. 17 BASILIUS, Contra Eunomium, lib. III, c. 1 = MIGNE PG 29, 653 B. 18 ibidem, 653 A.

veritatem, ut sibi videtur, et contemnit multorum opiniones, qui sentiunt spiritum, fingit se custodire doctrinam sanctorum; qui autem sint sancti, et quibus sermonibus dixerint, tacet, nec habet eosdem dicere in his, liceat ipsum et inculpat ut audacem et innovationem dogmatum producentem. Habesne, que dicta sunt ?

- 5 EPHESINUS. Videtur ex his beatum Basilium non suscepisse, quod sanctorum hec fuerit doctrina 3<sup>m</sup> esse dignitate et ordine spiritum, ymmo ipse accusat Eunomium ut audacem et fallacem. Nonne de necessitate, que dicta sunt, inferuntur ? Videamus, que sequuntur, et addiscamus sic potius, que sunt in nostro libro, faciunt pro nobis.

PROVINCIALIS. Vos videmini inferre, quod nos non inferimus.

- 10 ANDREAS. Continuavit legens : ' Que enim necessitas est, si dignitate tercius est spiritus, 3<sup>m</sup> etiam esse natura ? Nam sicut dignitate quidem secundum esse est a filio, capit forte [pietatis] sermo, natura autem tercia uti, nec a sanctis doctrinis docti sumus ', nec ex his, que predicta sunt, secundum consequens possibile est sillogizare vel colligere ; nam sicut filius ordine secundus a patre, quia ab ipso et dignitate, quia principium et causa ipsius esse est  
15 pater, et quod per ipsum progressus ad deum patrem, natura non secundus, quia deitas in utroque una, sit manifestum, quod spiritus sanctus, etsi succedit filio dignitate et ordine, et sic opinio ergo, ut concedamus, non verisimiliter tamquam esse aliene nature.

- EPHESINUS. In hac parte, cum primo inculpaverit Eunomium Basilius ut innovatorem et audacem, quia sanctis apponebat, que per ipsos non sunt dicta, postea concedit per suppositionem 3<sup>m</sup> esse ordine et dignitate spiritum sanctum, sed non ex hoc ut ex necessitate 3<sup>m</sup> natura. Non hoc postea consequenter infert, constantia ita se habet seu resistentia, in qua Eunomium impro  
20 | bat dicentem se custodire doctrinam sanctorum 'contemnens opinionem multorum, per quam sentiunt spiritum sanctum, qui sunt sancti et quibus sermonibus hoc dixerunt, numquam fassus est unquam ita audax homo, qui innovator est dogmatum divino-  
25 rum.' In his Basilius videtur clare nullo modo suscipere nec putare doctrinam sanctorum 3<sup>m</sup> esse dignitate et in ordine spiritum, postea, cum hoc concesserit per suppositionem, infert sic : ' Que necessitas, si dignitate et ordine 3<sup>a</sup> est spiritus, 3<sup>m</sup> esse natura ipsa divinitate ut esse a filio subdit pietatis sermo '. Ita liber noster habet, cum liber iste sit antiquissimus ut videtis, et consona sint dicta. Et quia omnino noluit suscipere ordine et dignitate spiritum, nos putare  
30 doctrinam sanctorum, sed dedit per suppositionem, quomodo nam ipse debebat reddere rationem, quod propter hoc 2<sup>a</sup> est a filio spiritus, quia ab ipso habet esse et capit et annuntiat [n]obis id quod non suscepit prius, quomodo de eo debebat reddere rationem, inconsequens est additio intentioni beati Basili et his, que scripta sunt. Hoc modo magis est consequens, quod in nostro iacet, quia cum per suppositionem dat hoc, et inferius consequens, si omnino  
35 debemus concedere dicit amplius prius, post hec cum dixisset exempla angelorum, sic in libro nostro dicit ; nescio, si taliter et in vestro iacet. Legantur exempla.

PROVINCIALIS. Scio exempla de angelis, de sanctis et stellis.

EPHESINUS. Volo, quod legantur.

- ANDREAS. Legit lector his verbis sic videlicet : ' Et spiritum sanctum, licet dignitate et  
40 ordine succedat, ut dicunt, sic videlicet est spiritus 3<sup>a</sup> succedit, accepimus namque 3<sup>m</sup> a patre

1 contemnet    que V.	7 secuntur V.	8 addiscamus que potius V.	11 dignitatis sermo V.
12 summus V.	14 esse patrem V.	24 innovatorem dogmatum V.	
29 sit dictis    ordinem V.	32 vobis V.	33 est additio est intentione V.	34 onino V.
36 Leguntur V.	38 quod repetit V.		

5 cf. GILL 302<sub>14-18</sub>.

18 cf. GILL 301<sub>35-303</sub><sub>10</sub>.

et filio numerari, ipso domino introductione salutaris baptismatis tradente ordinem, cum dixit: Ite, *baptizate in nomine patris et filii et spiritus sancti*. Sed ad naturam terciam a natura patris et filii eius nusquam recepimus'.

EPHESINUS. Sic positus exemplis cum dubitatione et confessione dicimus dedisse sermonem, quod etsi 3<sup>a</sup> est dignitate, ut dicunt, sic in libro nostro iacet, quoniam modo Basilius dixisset hoc, et dedisset per concessum spiritum esse 3<sup>m</sup> et secundum a filio, et se ipso penitus negavit et alienam doctrinam sanctorum putavit, si sentiret spiritum sanctum habere esse a filio? Quod autem hanc opinionem nullo modo habuerit Basilius nec senserit spiritum a filio procedere et ab ipso accipere esse, testis est nobis non alius, sed ipsemet sic scribens in epistola, quam scribit fratri Gregorio de differentia essentie et persone. Ab auctoritate, que legenda est, manifeste cernitur intentio Basilius et qualem opinionem habuerit de processione spiritus; nam dicit sic in epistola: 'Quoniam spiritus sanctus, a quo omnis creature bonorum largitio manat, a filio pendet, cum quo indistanter consideratur, a causa autem patris pendens habet esse, unde et procedit. Hoc notionale secundum proprietatem persone habet, quod post filium est, cum ipso agnoscatur, et quod a patre subsistat, filius autem, qui spiritum, qui a patre procedit per se, et cum se ostendit, solus unigenitus | a non genito, lumen splendens nullam secundum proprietatem notionum, habet communicationem a patre ad spiritum, sed quod tantummodo signis indicatur'. In hac auctoritate plane Basilius, a patre solum spiritum habere esse dicit. Nam dicit sic: 'Spiritus sanctus a filio quidem pendet', hoc est post filium ordinatus est; postea reddens rationem, non dicit, quod ab ipso procedat aut ab ipso habeat esse, ut auctoritas ipsa, que a vobis producta est, dicit, sed cum ipso indistanter comprehenditur, cum a patre procedat, et infert partiali figura dividens sermonem: 'a causa pendens habet esse, unde et procedat'. Videsne, quomodo soli patri dat causam spiritus, quod pendens habeat esse spiritus? Numquam in hac auctoritate contraria sibi sanctus dixisset. Nam ratio non permittit hoc filio dari, datum est sibi notionale signum, quod cum ipso indistanter comprehendatur, et subdit: 'Filius, non qui spiritus, procedens a patre per se et per se et tamen se indicat et ostendit, non dicit, quod ipse producat, quod a patre procedit, sed quod denotat per se et cum se ipso manifestat.' Deinde solum *non genitus ex non genito patre splendet* dixit filium nullam habere communionem iuxta proprietatem hominum a patre aut a spiritu; non ergo aliqua communicata habet a productione spiritus, que persone patri attribuit scilicet dicit ... agnoscitur et [solis] his et non aliis, quia solus in gratia... a patre, quia per se et cum se ipso notat spiritum sanctum scilicet; ergo his solis ostenditur et cognoscitur et non aliis, ergo communicat productionem spiritus, que patri attribuit soli.

PROVINCIALIS. Multa dicta sunt per reverendum patrem, que forte paucioribus potuissent exprimi, quia si volumus venire ad rei veritatem, cum veritas paucis sit contenta, non deberent esse sermones nostri nisi sententie et testimonia patrum. Sic ergo respondeo breviter ad dicta, ad duo, que premisistis ad deiectionem auctoritatis, sic dico. Cum ipse dixistis,

4 possitis V.                      5 3<sup>m</sup> V.                      6 GIUSTINIANI sic emendat: si ex se ipso penitus hoc negavit, et alienum a doctrina sanctorum putavit?                      13 creatura bonorum largitor V.                      14 nationale V.                      20 hoc est filius ordinatus V.                      21 an ab ipso || ut auctoritas V.                      22 indistanti V.                      24 soli] solo duabus vicibus V.                      31 post dicit spatium vacuum trium fere vocabulorum V.                      31 et s. s. his V.                      32 post gratia spatium vacuum trium fere vocabulorum.                      33 cognoscatur V.

2 cf. Mt. 28, 19; Mc. 16, 15.                      8 cf. GILL 303<sub>22</sub>-305<sub>11</sub>.                      12 cf. BASILIUS, Epistola 38 Gregorio Naz., c. 4 = MIGNE PG 32, 325 A sqq.                      12 ibidem, 329 C.                      19 ibidem.                      26 GILL 304 5-7 cum testimonio S. Basilius.                      35 cf. GILL 305<sub>12</sub>-308<sub>33</sub>.

quod liber productus in medium potuit corrumpi per aliquem <ibi> existentem, qui teneret nostram opinionem. Hoc sic reicitur. Quia tempore, quo liber scriptus est, ut manifeste apparet eius inspectu, eo tempore nulla erat divisio inter Latinos et Grecos, et hoc videtur satis evidens coniectura. Secundo quia non est dictum per me, quod patres, qui sunt in presenti  
5 tempore vel qui paulo ante nos, debuerint libros corrupisse, sed dicimus de auctoribus huius divisionis, qui cum viderunt, quod doctores Greci et Latini hanc opinionem tenerent, ut manifeste ostendatur cum vestris libris, non invenerunt meliorem viam coloris sui quam ad falsificandum libros, quos potuerunt habere. Quo ad 2<sup>m</sup> sic dico: allegavistis Zosimum papam et dixistis, quod misit certos canones Nicenos ad concilium Cartaginense, volens inferre Zosi-  
10 mum misisse canonem corruptum et quod Zosimus fecerit hanc falsitatem; non allegavistis aliquem doctorem, qui hoc dicat autenticum. Ego allegavi vobis duo magna testimonia in duabus epistolis beati Cirilli, quarum una fuit acceptata per totum concilium Calcedonense. Quare [qui] talia vult impugnare, [oportet] ut non loquatur ex se, sed magni doctoris introducat auctoritatem. Debetis bene recordari, quod reverendus dominus cardinalis produxit testes  
15 autenticos et antiquissimos epistolam sancti Iulii pape et epistolam Liberii pape et qualiter beatus Athanasius in illa persecutione, quam habuit a concilio Antiocono, ubi fuit damnatus, scribens ad sanctum Marchum et Felicem papam et Iulium et ad Liberium, qui omnes fuerunt suo tempore, ipse supplicavit istis pontificibus, ut cum haberent gesta concilii Niceni  
95r in sede Romana, quia per totum Orientem ab illis arianis fuerant corrupta, ibi rescri- | bunt illi  
20 pontifices Athanasio, qualiter habebant in patriarchio Romano gesta integra in Greco et Latino cum sigillis et subscriptione patrum, qui Nicee fuerunt et quod illa reserbabant cuu maxima veneratione et quod nolebant mittere originalia et quod mitterent certa capitula, eo quod ipse appellaverat a concilio illo ad sedem Romanam, et ipsi insurgebant contra eum illi ariani, quod  
25 non poterat appellare a sententia Anthioceni concilii ad papam. Et ut ipse posset ostendere per canones Nicenos, quod vigore illorum canonum bene et optime appellaverat, misit Liberius multos canones Athanasio, qui fuerunt vobis nuntiati in Ferraria, in epistola, inter quos est speciale, quod ad sedem Romanam est appellandum a toto mundo, et ita fuit defensus Athanasius. Et ideo sanctus Iulius papa respondens illis de Anthiochia, qui fecerant concilium, multum acriter  
30 eos reprehendit de presumptione, qui fecerunt concilium sine consensu sedis apostolice, ostendens ex concilio Niceno, quod nullum ratum est aut erit umquam concilium, quod Romane sedis non fuerit auctoritate firmatum. Quomodo possunt dicere, quod Liberius falsificaverit in re, que clara est? Dico, quod illi Carthaginenses, quia sciebant canones corruptos in toto Oriente, et sic fuerunt missi, secundum hunc canonem fuerunt corrupti missi, et cum  
35 hec sint testimonia sanctorum, et possumus ostendere libros antiquissimos. Eadem facilitate repellitur, quod dixistis, prout dixistis, stare auctoritatem, quia in tali casu non ... magis testimoniis est loquendum. Nunc ad istam partem dico sic, quod ex verbis, que pr[o]tulistis et exponendo dicta Basilii, non est mirum, si multa videantur inconvenientia eorum, que dixistis, quia fundavistis expositionem super textu corrupto, et dicitur per philosophum, quod  
40 parvus error in principio est magnus in fine, non mirum, si multa dicta sunt inconvenientia,

1 inexistentem V.      5 hius V.      9 Nicenis V.      10 allegavit V.      13 qui] cum V.  
23 eo quia V.      14 Debet V.      15 auctenticos V || epistole V.      16 prosecutione V.  
36 post non spatium vacuum trium fere vocabulorum V.      37 loquendi || pretulistis V.

27 cf. supra in sessione Ferrariensi. I, 372.

39 cf. ARISTOTELES, *De caelo*, lib. I, c. 5, n. 12-13 = DIDOT



et ideo quod pro intellectu veritatis bonum est, ut restringamus nos ad duo. Primo dixistis : spiritus pendet a filio, sed tamen filius non est causa spiritus, sed pater. 2<sup>o</sup> visus es dicere, quod spiritus non habet talem ordinem et naturam a filio, ut filius a patre. Ideo hic dicam certa. Et primo inquiri a te, quid intelligas per *pendere* et *esse* ; tamen, quia differunt esse causam et pendere ab eo, quia apud nos semper esse dependet a causa ; nam in divinis non ponitur effectus, non principiatum, quia non dicimus nos Latini nec invenimus Grecos. Dicimus in divinis : quia principium est principium de principio sicut deus de deo, sic pater est principium et secundum modum loquendi Basilii non solum in hoc loco allegato, sed in multis aliis, ut ostendemus, ostendit, quod eo modo se habet spiritus ad filium, secundum quod pendet ab eo ut filius a patre, ut ipsemet dicit, quod filius pendet a patre, declaret differentiam in divinis <inter> pendere et esse causam.

ANDREAS. Hic voluit respondere ad omnia, et provincialis dixit : dabitur facultas replicandi. 95v

IMPERATOR. Ephesinus vult dicere circa certa prima, sed ultimo quesita non sunt pertinentia. 15

CARDINALIS. Convenimus, ut respondeatur quesito tantum.

IMPERATOR. Quia per hunc patrem dixistis nos sine auctoritate dixisse, volo dare testimonium.

PROVINCIALIS. Detur testimonium.

EPHESINUS. Nos testimonium non adduximus, non quod non potuerimus ; nam tenemus illud testimonium ex libris, qui apud nos sunt. Nam paucos nos portavimus, sed liber ille invenitur apud vos, et credimus, quod essent nota apud vos. 20

PROVINCIALIS. Quomodo vocatur ille liber ?

EPHESINUS. Liber canonum.

PROVINCIALIS. Numquam reperietur, quod Zosimus fecerit fallaciam. 25

PAPA. Respondeatis ad quesitum, et producetur liber in alio conventu.

EPHESINUS. Ut intelligatis primo, in quo differt esse causa alicuius et ab eo aliquid pendens, dicimus, quod beatus Basilius volens exponere, quid velit illud *dependens*, dicit : ' pendet id est cum ipso ordinatur et cum ipso comprehenditur '.

CARDINALIS. Dicit *post* vel *cum ipso* ? 30

EPHESINUS. Ea, que connumerantur, non possunt una voce proferri, sed est necesse quod in persona ordinetur, unum preordinetur. Sed spiritus post filium ordinatur, hoc se habere impossibile est, non quod ab eo habeat causam. Non hoc dixit Basilius, sed : ' pendet ordinatus cum ipso similiter cum ipso ordinatus ', hoc dicit Basilius, vos autem ubi invenistis istam expositionem, ut omne, quod ab alio dependeat, ab eo habeat esse ? 35

PROVINCIALIS. In divinis.

EPHESINUS. Ad hanc auctoritatem non egemus interprete preter ipsum, qui dixit, qui intulit causam pendentie, quia cum ipso indistanter comprehenditur.

PROVINCIALIS. Ergo *pendere* secundum Basilius secundum tuam expositionem nichil

6 principatum V.

14 circha V.

25 falatiam V.

38 instanter V.

24 sub termino liber canonum intellige concilium Carthaginense VI, ex quo supra citationes adductae sunt.

28 cf. BASILIUS, Epistola 38, Gregorio Naz., c. 4 = MIGNE PG 32, 329 C.

31 cf. GILL 309<sup>23-24</sup>.

33 *ibidem*.

37 cf. GILL 309<sup>35-310</sup>.

39 cf. GILL 310<sup>3-8</sup>.

aliud est quam spiritum ordinari ad filium. Quid est iste ordo spiritus sancti ad filium ; estne ordo originis aut secundum causam etiam causale aut ordo ? Dicatis, si est originis.

EPHESINUS. Non dico, quod spiritus ordinetur ad filium, sed post filium, ut in connumeratione salvo ordine, et cum necessitas sit, post patrem filium, post filium spiritum.

5 PROVINCIALIS. Nil aliud est nisi ordo secundum connumerationem vocis, ita quod secluso nomine non est aliquis ordo spiritus ad filium. Est sic ?

EPHESINUS. Est quidem necessitas etiam secundum vocem nostram ordinare personas divinas ; nam nullo modo possent numerari, nisi servato ordine, est secundum rei naturam ordo, ut dicit Basilius, quod filius solus unigenitus ingenito patre effulgens post ipsum debet  
10 numerari ut unigenitus a patre et secundum hanc rationem tercius debet dici spiritus, ne spiritus preordinetur filio et proxime referatur ad patrem, et videatur esse alium filium ; propterea cum filius numeretur proximus post patrem, tercius est spiritus connumeratus, hic est ordo in divinis, alium ordinem a theologis non habemus.

96r PROVINCIALIS. Dicitis ex intentione Basilii : ille est ordo nature spiritus ad filium, oportet ergo intelligere ordinem nature inter patrem et filium. Estne ordo alius quam ordo nature  
15 inter spiritum sanctum et filium ? Quia ordo nature spiritus ad filium secundum vos est ordinatio, non tamen importat causam, cum autem inter filium et patrem non signet nisi pendentiam, cum dicendo : inter filium et patrem est ordo nature, intelligatur filium pendere a patre et patrem esse causam, ita non habendo plus | ad ordinem filii, ad spiritum solum dicen-  
20 do, quod est ordo nature, necessario sequitur, quod spiritus procedat a filio, et sit causa, et hoc probo ex intentione ipsius Basilii ; dicit enim post illa verba, que fuerunt allegata in hoc libro nostro continuando intentionem per totum capitulum ita incipit dicere, assignans causam, quare spiritus existens tercius in trinitatis ordine et dignitate sit 2<sup>a</sup> a filio et tamen habeat unam naturam cum eo, ita demonstrat assignans causam : ‘ Sicut filius ordine quidem 2<sup>a</sup> a patre, quia  
25 ab ipso et per ipsum habens accessus et additionem ad patrem et deum, natura non iam 2<sup>a</sup> quia deitas in utroque una, ita spiritus, quamvis dignitate et ordine 2<sup>a</sup> ordinetur <a> filio, non iam merito sequitur, quod aliene nature existat ’. Modo in hoc textu volens ostendere, quod primo dixit, demonstrat, quod qualis est ordo filii ad patrem per hoc, quod pater est ante et causa filii et una tantum natura, eundem ordinem habet spiritus ad filium. Hec clara sunt  
30 ex Basilio, et deducit [per] exempla inconvincibiliter contra Eunomium, et hec est sententia totius capituli Basilii. Dicit, quod omnes angeli sunt unius nature, in eadem natura intellectuali, et tamen ponit ordinem inter eos et dignitatem, allegans multos textus scripture, per quos ostendit gradus angelorum, dignitatum, et concludit, quod si omnes angeli habent ordinem inter se, non sequitur, quod aliquis angelus sit alterius nature, quia sicut ordina[n]tur, semper  
35 remanent in eadem natura.

EPHESINUS. Est quidem naturalis ordo inter patrem et filium, secundum quem filius habet a patre esse, et proxime ad ipsum refertur, et hic solus ordo tercius cogit numerare spiritum ; propter hoc magnus Basilius in patre et filio illud *pendere* nullatenus ponit nec dicit, quod filius pendeat a patre, sed dicit, quod filius sit 2<sup>a</sup>, quia ab ipso habet esse, a filio dicit

1 spiritum] spiritus V.      4 spiritus V.      5 post connumerationem *repetitur* secundum V.  
9 ante genito patre V.      15 post nature, quam *repetitur* V.      24 assignare V.      27 testu  
V.      30 deducit quod V.      32 dignitate V.      34 ordinatur V.      37 cogimur V.

3 cf. GILL 310<sub>9-13</sub>.      5 cf. GILL 310<sub>14-18</sub>.      7 cf. GILL 310<sub>19-24</sub>.      14 cf. GILL  
310<sub>35-312</sub><sub>20</sub>.      24 cf. BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. III, c. 1 = MIGNE PG 29, 656 A.      36  
cf. GILL 312<sub>21-313</sub><sub>10</sub>.

spiritum pendere, hoc est continuum esse et ordinatum cum ipso, ut quia comprehenditur indistanter cum ipso et hanc reddit causam, propter quam pendeat a filio; quia de necessitate filius prius spiritu intelligitur, quia filius refertur continuus patri. Verum si Basilius cognovisset ordinem inter filium et spiritum, ut pater et filius, ita dixisset: spiritum secundum a filio, ut filius 2<sup>o</sup> a patre, non subegisset Eunomium et non invocasset innovatorem scripture dicentem tertium ordine et dignitate esse spiritum. Hoc constat Basilium non recepisse, sed per substitutionem hoc ponit. 5

PROVINCIALIS. Loquim[ini] contra textum. Vos dixistis, prout est, quod inter spiritum et filium est ordo nature et quod illa pendentia est ordo nature, nos instamus sic, et super hoc cogita, cum hinc recedis, quia ostendimus ex hoc libro, quod eundem ordinem, quem filius habet a patre, ita spiritus habet ad filium, et unum volo dicere imperatori phylosophice, ut me percipiat. 10

ANDREAS. Voluit verba ad imperatorem, qui doctissimus ac prudentia et sollertia cunctos ex suis prevenire notissime in pluribus ostenditur, hec verba protulit.

PROVINCIALIS. Doctores nostri theologi semper conantur non mutare terminos a propria significatione, et ubi phylosophi usi sunt terminis propria ipsorum terminatione, ita doctores theologi utuntur terminis, prout sunt firmi in eorum significatione, alias periret omnis scientia mundi, quia semper essemus in equivoco terminorum. Modo Aristoteles in V libro Methaphisicorum qui vocatur liber *De quotiens*, unde clamat, quot modis termini nature sumantur, in capitulo | quidem incipit: 'Natura ubi primus modus est, quod generatio nascentium, ita quod nativitas vocatur natura uno modo; 2<sup>o</sup> modus est illud principium, ex quo sunt illa nascentia ut aliquo inexistencia, et hoc modo sumendi naturam, habet importare ordinem originis, prout nascentia sunt de substantia eius, ex quo nascuntur', et hoc significatu tam doctores Greci quam Latini ut Athanasius et Basilius et beatus Augustinus necnon et sequentes dicunt, quod ordo originis unius persone ad aliam est ordo nature et ad hunc sensum loquitur Basilius et omnes, alias equivocarent, ita quod ordo originis nil aliud est nisi capere esse ab aliquo et naturam eius, a quo est, sicut sumitur in illo 2<sup>o</sup> modo, et ita omnes doctores mundi tenent. Si ergo est ordo nature spiritus a filio, ergo necessario sequitur, quod spiritus habeat esse a filio et accipiat eandem naturam, quam habet filius, et hoc dicit Basilius in auctoritate adducta. Hic est punctus rei nostre. 15 20 25 30

EPHESINUS. Antequam diligentius consideremus de ordine nature, inquiramus primo, quid velit Basilius per hanc auctoritatem. Dicatis mihi: dicitis opinionem Basilii esse spiritum ordine et dignitate 3<sup>m</sup> ?

PROVINCIALIS. Ita, et ita loquitur textus.

EPHESINUS. Dicebatne idem et Eunomius accepisse a sanctorum patrum doctrina ? 35

PROVINCIALIS. Ita dicebat Eunomius, quod acceperat a scripturis, quod spiritus erat 3<sup>o</sup> ordine et dignitate, ymmo conveniebant. Sed Basilius negat, quod non sequitur ex hoc, quod sit 3<sup>o</sup> natura et in hoc currit tota sententia capituli, ut demonstrabitur.

EPHESINUS. Veritatem dixisset Eunomius, cum dixisset spiritum ordine et dignitate <3<sup>m</sup>> et accepisse a sanctis, et convenisset cum sanctis. 40

2 instanter || propter quod V.      3 primus V.      8 Loquimur V.      12 in margine  
adhuc Andreas V.      13 cuctos V.      18 methafisicorum V.      22 nasentia V.  
34 testus V.

8 cf. GILL 313<sub>11-20</sub>.      15 cf. GILL 313<sub>20</sub>-314<sub>27</sub>.      20 cf. ARISTOTELES, *Metaphysica*, lib. V, c. 3  
= DIDOT II, 359.      31 cf. GILL 314<sub>28-33</sub>.      34 cf. GILL 317<sub>34-36</sub>.      35 cf. GILL 315<sub>1-3</sub>.  
36 cf. GILL 315<sub>4-13</sub>.      39 cf. GILL 315<sub>13-15</sub>.

- PROVINCIALIS. Ita et cum Basilio.  
 EPHESINUS. Videamus, si magnus Basilius ita vult.  
 PROVINCIALIS. Ita.  
 EPHESINUS. Similiter dicit Eunomius sanctorum custodire doctrinam.
- 5 PROVINCIALIS. Liber noster dicit, quod habuit a sanctis, quod spiritus est 3<sup>a</sup> ordine et dignitate.  
 EPHESINUS. Non dicit liber vester, quod simulat Eunomius habere doctrinam sanctorum?  
 PROVINCIALIS. Infert Basilius: Que necessitas est, <si> ordine et dignitate <est tertius>, ergo tertia natura?
- 10 EPHESINUS. Non dicit liber vester: *simulat*?  
 PROVINCIALIS. Ita, quod simulabat illam illationem, quod esset tertius natura.  
 EPHESINUS. Nonne Basilius dixit ex his, que colligebat Eunomius, sed dicit, quod simulat se custodire doctrinam sanctorum, quod sancti dicunt spiritum esse 3<sup>m</sup> dignitate et ordine.  
 PROVINCIALIS. Illa simulatio refertur ad illationem, quia sancti dicentes 3<sup>m</sup> dignitate et or-
- 15 dine, non faciebant illam illationem, et ideo te[x]tus pridie [allegatus] post dictum Eunomii singulariter istam illationem dicebat. Sic natura uti 3<sup>a</sup> nec ex sanctis scripturis docti sumus, neque ex his, que dicta sunt, iuxta consequentiam colligere possumus, et sic contra hanc illationem dicebat Basilius. Etsi non esset tertius dignitate et ordine, ita dixisset de natura, et quod hoc sit verissimum, per exempla et per deductiones evidentissime hoc colligitur.
- 20 EPHESINUS. Si opinio sanctorum fuisset et ipsius Basili spiritum 3<sup>m</sup> ordine et dignitate, non diceret contra Eunomium, quod simulabat custodire doctrinam sanctorum, ymo dixisset, quod custodiret doctrinam sanctorum, nec aliud quid colligere preter posita. Illi dixerunt
- 97r | 3<sup>m</sup> ordine et dignitate, hic colligit, quod sit 3<sup>a</sup> natura. Nunc Basilius non contestatur veritatem dicendi, sed dicit: 'simulat custodire sanctorum doctrinam'.
- 25 PROVINCIALIS. Hec sunt in facto.  
 EPHESINUS. Nam consequenter infert instans contra opinionem, quod illos, qui [s]ibi tradiderunt hunc ordinem, [t]acet qui autem sunt sancti et quibus sermonibus. Vides quomodo negat Basilius hanc esse opinionem sanctorum et suam; in postea dicit: 'Quis audax est homo divinatorum dogmatum innovator' insinuans innovatorem et audacem appellat, quia
- 30 dicebat a sanctis accepisse, que non dixerant; nullus sanctorum dixit 3<sup>m</sup> dignitate, et hoc modo dicit Basilius instans contra rationem Eunomii. Alioquin ostendatis ex opinionibus sanctorum hoc esse, nam ostendimus Basilius non convenisse cum ea, non ymo extitisse illius opinionem et doctorum. Nonne habet liber? Videatur.
- PROVINCIALIS. Hoc de libro consistit in facto. Basilius non dicit, quod habuerit a sanctis.
- 35 Ego adduco testimonium singularissimum videlicet magni Athanasii, cuius eandem sententiam dicit Cirillus se tenere. Iste beatissimus Athanasius in illo dyalogo disputans in concilio sic contra Arium ita dicit etiam istis verbis. Hec est epistola. 'Spiritus igitur ex patris et filii substantia est scilicet cuius gratia, filius dei nominat eum in sanctificato simbolo tertium in simbolo, ubi habet: *Euntes baptizate eos in nomine patris et filii et spiritus sancti*'. Ex
- 40 hoc Athanasius, quod ponitur in simbolo sanctificato tertia persona, concludit, quod sit de

8 ordine, dignitate et ordine V.      12 none V.      15 illa || testus || allegatus] alter V.  
 19 hoc repetitur V.      23 contexatur V.      26 tibi      27 placet V.      34 post sanctis  
*spatium vacuum quattuor fere vocabulorum.*      35 Athanaxii V.

4 cf. GILL 315<sub>20-23</sub>.      12 cf. GILL 315<sub>29-32</sub>.      14 cf. GILL 315<sub>33-316</sub><sub>16</sub>.      20 cf. GILL  
 316<sub>17-28</sub>.      24 BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. III, c. 1 = MIGNE PG 29, 653 B.      26 cf. GILL  
 316<sub>30-317</sub><sub>12</sub>.      28 BASILIUS, *ibidem*, 653 B.      34 cf. GILL 317<sub>13-318</sub><sub>20</sub>.      37 Ps.-ATHANASIIUS,  
*Disputatio contra Arium in concilio Nicaeno*, c. 38 = MIGNE PG 28, 480.      39 Mt. 28, 19.

substantia patris et filii et sic, quod necessario habeat substantiam a patre et filio. De ordine in epistola prima ad Serapionem sic dicit et fundat sententiam super auctoritatibus scripture, ita dicens scilicet 'a filio accipit iuxta illud, quod dominus dicit: *de meo accipiet et annuntiabit vobis*, de filio dicit: *in nomine patris venit*, de spiritu sancto inquit: *quem mittet pater in nomine meo*', dicit: 'si talem ordinem et naturam habeat spiritus ad filium, qualem filius ad patrem; quomodo igitur qui nunc creaturam dicit, non etiam de filio necessario dicit'? [Nunc] inconvincibiliter dicitur testimonio fundato sanctis doctoribus, quod talem ordinem et naturam habeat spiritus ad filium, qualem filius ad patrem. Modo ex istis habetur, quod est tertia persona et quod talis est ordo, et hac auctoritate colligit, quod spiritus accipit esse a filio. Declarabitis, quod esse spiritus accipit a filio. Non est credendum, 10 quod Basilius contradicat Athanasio, et in sequenti congregatione, si deo placebit, ostendetur ex Basilio met, quod idem dicit cum beato Athanasio.

| <ANDREAS. Di>e X<sup>a</sup> martii Florentie in conventu ut supra, cepit cardinalis hoc modo.

CARDINALIS. Domine imperator, alias fuit dictum, quod vobis indigentibus de libris nostris nos exhiberemus et e contra ipsi facerent. Pridie venit in disceptatione de verbis Basili et dicebatur, quod aliter stat in libris nostris et aliter in suis. Nos scimus, quod unus ex patribus Grecis habet Basilius, nos petimus, ut illum exhibeat, et est pater dominus Mitilenensis.

IMPERATOR. Presentis temporis est disputare, et postea id faciemus.

CARDINALIS. Dicit evangelium: 'hoc fac et illud non omittas'. Vadat interim. 20

IMPERATOR. Deliberabimus.

COLLOCENSIS. Vidi ego.

IMPERATOR. Mittam.

ANDREAS. Cepit Ephesinus.

EPHESINUS. In precedenti congregatione, pater reverende, cum proposuerimus examinare auctoritatem magni Basili et conficere differentiam, que erat inter libros, quesivimus caritatem vestram, si putabatis sententiam vel opinionem fuisse magni Basili 3<sup>m</sup> esse spiritum dignitate et ordine. Cum autem in hoc assenseritis, interrogavimus, si etiam sanctorum fuerit hec doctrina et opinio, ut dicebat Eunomius. Cum autem vos summa promptitudine estis confessi, produximus magnum Basilius manifeste dicentem contra, et ut in libro [no]stro iacet. Nam inquit: 'simul<at>', dicimus, 'custodire sanctorum doctrinam', sed non <conservat> 'et eos igitur, qui hanc tradiderunt doctrinam, tacet', consequenter inve<h>it modo reprehendens eum: 'Qui fuerunt sancti et quibus sermonibus doctrinam fecerunt' dicit. 'Numquid fassus est ita audax homo, qui insinuat innovationes doctrine sanctorum? Si ergo filius 2<sup>a</sup> a patre dignitate et ordine, quia ex ipso', spiritum vero sanctum nullo modo suscipit Basilius 35 dicere 2<sup>m</sup> dignitate et ordine filio, nonne spiritus est a filio secundum causam? Ita igitur videntes contradictionem in his, que vos dicebatis, deinde vitiatam esse additionem illam colligentes; nam non reddidisset causam spiritum 2<sup>m</sup> esse a filio ille, qui 3<sup>m</sup> nullo modo suscipie-

7 Nec V. 8 habeat] habet V. 12 post Athanasio: finis et post hoc spatium vacuum tertiae fere partis paginae et totius paginae sequentis V. 15 etiam in margine cardinalis V. 16 exhiberemus V. 18 exhibeat || Mutilenensis V. 25 preposuerimus V. 29 promptitudine V. 30 vestro V. 31 post non spatium vacuum duorum vocabulorum V. 32 inventivo V. 33 nuquid fassus V. 36 nonne] in sensu: non ergo. 37 additionem V. 37 ouasas || 3<sup>o</sup> V:

3 Io. 16,14. 5 ATHANASIUS, Ad Serapionem, epistola I, c. 20 et 21 = MIGNE PG 26, 580 B. 20 cf. Mt. 23, 23; Lc. 11, 42. 25 cf. GILL 318<sub>23</sub>-324<sub>2</sub>. 31 cf. BASILIUS, Contra Eunomium, lib. III, c. 1 = MIGNE PG 29, 653 B. 32 in graeco: ἐφεξῆς καταφορικῶς τε καὶ ἐπιληπτικῶς.

bat. Hoc autem pretermisistis, sed pr[o]posuistis ostendere dictum a sanctis 3<sup>m</sup> esse dignitate spiritum. Unde duas auctoritates proposuistis magni Athanasii, una quarum ita simpliciter dicit, quod 3<sup>s</sup> est ordine spiritus, altera vero dicit talem 'ordinem spiritum habere ad filium ut filius ad patrem'. Ex his 3<sup>m</sup> esse etiam dignitate probavisse putastis.

5 Ad primam quidem auctoritatem hoc dicimus, quod 3<sup>m</sup> esse secundum ordinem in divina trinitate spiritum, ut in traditione baptismatis salvator dixit, etiam nos simul vobiscum confitemur. Quod autem dignitate sit 3<sup>s</sup>, admirari nos contingit, quomodo vos capitis hoc dictum, quod numquam est dictum, hoc vero in aliis facitis, et dum auditis spiritum a patre et filio, additis *est et habet esse*, dum autem, quod a filio accipit, *esse* dicitis. Hoc autem est accipere  
10 ea, de quibus queritis, pro certis, quod est pessima species probationis. Hec dicta sunt ad primum.

Ad 2<sup>m</sup> autem ea dicimus, quod speculanda est intentio istius magni patris in his, que dicit in hoc, et ad quos sermonem facit. Nam oportet hunc, qui divinos sermones aggreditur, sicut dicit divinus Cirillus in auctoritate tercii concilii, et personas dividere et tempus et causam,  
15 propter quam unumquodque dictum est, considerare; nam isto modo uniuscuiusque sententiam poterit cum gratia spiritus sancti intelligere. Dicit recolendissimus Athanasius impugnans eos, qui spiritum sanctum impugnabant, alias scripsisse, qui ordinabant patr[i] <filium> et eiusdem substantie et glorie esse profitebantur, spiritum sanctum autem distinguentes non dicebant connumerari cum ipsis, sed subnumerari et aliene cuidam essentie et  
20 create nature. Ad hos cum inveheretur ille generosus, et volens consubstantialitatem spiritus sancti et equalitatem nature ad patrem et filium, ab hoc, in quo ordinabatur illis, et eiusdem esse voluntatis et actus; ab hiis enim semper doctores ydemptitatem nature ostendebant, talia dicit in prima epistola ad Serapionem episcopum: 'Filius quidem a patre mittitur, nam ita dicit: *dilexit deus mundum, ut filium suum unigenitum mitteret*. Filius vero spiritum  
25 mittit; nam inquit: *si ego abiero, mittam paraclitum*, filius quidem glorificat patrem dicens: *Pater, ego glorificavi te*, spiritus autem glorificat filium: *ille* nam inquit, *glorificabit me* [filius] dicit: *ea que audivi a patre, hec loquor in mundo*, spiritus autem a filio accipit et annuntiabit vobis, filius in nomine patris venit, spiritus, inquit filius, quem mittet pater in nomine meo, talem autem naturam et ordinem habens spiritus ad filium, qualem et filius ad patrem,  
30 quonam modo, qui hunc creaturam dicit, non idem etiam de filio ex necessitate sentiet? In his non videtur doctor discretus voluisse ostendere, unde habeat causam esse utraque personarum, ymmo potius unitatem et consubstantialitatem ab ydemptitate voluntatis et propositione operationum ostensa. Denique non dicit filium habere esse a patre, spiritum a filio, neque quod pater filium producat et filius producat spiritum; nam hoc ipse dixisset, si vobis  
35 lisset secundum vestram opinionem. Nunc autem his omissis bonam voluntatem patris, super quam filius facit, ponit, et filii rursus, super quam facit spiritus 'filius quidem', inquit, 'a patre mittitur, filius vero spiritum mittit. Bonam voluntatem in missione esse' dicit ma-

1 preposuistis V.      6 traditione V.      10 species V.      17 repugnans V.      21 equalitate V.  
26 spiritus V.      29 habentes V.      31 discretu V.      32 propositione V.

5 primam auctoritatem, scilicet S. Basilii.      12 Ad secundam, scilicet S. Athanasii.      14 cf. CYRILLUS Alex., Epistola 17, Ad Nestorium = MIGNE PG 77, 107.      17 Ps.-ATHANASIUS, De communi essentia Patris et Filii et Spiritus sancti = MIGNE PG 23, 29 D sqq.      17 cf. textum graecum.  
23 ATHANASIUS, Epistola I ad Serapionem, c. 20 et 21 = MIGNE PG 26, 580 B.      24 Io. 3, 16.  
25 cf. Io. 16, 7.      26 Io. 17, 4.      28 Io. 16, 14.      28 Io. 14, 26.

gnus Gregorius. Igitur bonam voluntatem filii putat missionem spiritus, 'filius quidem glorificat patrem, spiritus glorificat filium'. In his analogia oper[um] et ydempnitas voluntatis videtur, quoniam ante filius apparuit mundo, precognito iam patre, post hoc autem cognitus fuit spiritus, ne videre[n]tur anteferri vel contrarii dii, scilicet et filius glorificat quidem patrem et perficit illius patris opus, glorificat spiritus filium et que dimisit ille, 5  
 5  
 10  
 15  
 20  
 25  
 30  
 35  
 40  
 45  
 50  
 55  
 60  
 65  
 70  
 75  
 80  
 85  
 90  
 95  
 100  
 105  
 110  
 115  
 120  
 125  
 130  
 135  
 140  
 145  
 150  
 155  
 160  
 165  
 170  
 175  
 180  
 185  
 190  
 195  
 200  
 205  
 210  
 215  
 220  
 225  
 230  
 235  
 240  
 245  
 250  
 255  
 260  
 265  
 270  
 275  
 280  
 285  
 290  
 295  
 300  
 305  
 310  
 315  
 320  
 325  
 330  
 335  
 340  
 345  
 350  
 355  
 360  
 365  
 370  
 375  
 380  
 385  
 390  
 395  
 400  
 405  
 410  
 415  
 420  
 425  
 430  
 435  
 440  
 445  
 450  
 455  
 460  
 465  
 470  
 475  
 480  
 485  
 490  
 495  
 500  
 505  
 510  
 515  
 520  
 525  
 530  
 535  
 540  
 545  
 550  
 555  
 560  
 565  
 570  
 575  
 580  
 585  
 590  
 595  
 600  
 605  
 610  
 615  
 620  
 625  
 630  
 635  
 640  
 645  
 650  
 655  
 660  
 665  
 670  
 675  
 680  
 685  
 690  
 695  
 700  
 705  
 710  
 715  
 720  
 725  
 730  
 735  
 740  
 745  
 750  
 755  
 760  
 765  
 770  
 775  
 780  
 785  
 790  
 795  
 800  
 805  
 810  
 815  
 820  
 825  
 830  
 835  
 840  
 845  
 850  
 855  
 860  
 865  
 870  
 875  
 880  
 885  
 890  
 895  
 900  
 905  
 910  
 915  
 920  
 925  
 930  
 935  
 940  
 945  
 950  
 955  
 960  
 965  
 970  
 975  
 980  
 985  
 990  
 995

PROVINCIALIS. Iste modus investigandi veritatem, quam omnes optant intelligere, cum 30  
 tam prolixis sermonibus et allegationibus magis impedit veritatem quam declarat, nec hec  
 fuit intentio a principio nostre disputationis, sed ut de argumento in argumentum dato respon-  
 so procederemus. Omnes hi patres reverendi iam fatigati audientia unius hore solum ad re-  
 spondendum auctoritatibus ultime allegationis credo, quod parum intellexerunt de respon-  
 sione ad illas duas, hoc excepto, quod imposuisti mihi, quod solui inducere auctoritatem cum 35  
 verbo *est*, cum deficit verbum *est*. Item, quia secundum auctoritatem magni Athana[s]ii, in qua  
 dicit, quod *talem ordinem et naturam habet spiritus ad filium, qualem habet filius ad patrem*  
 non significat, quod inferebam, et tamen numquam replicasti hanc auctoritatem in propria

2 operatur V.                    4 nec videretur V.                    4 quidem spiritus V.                    9 quem] quo-  
 niam V.                    10 voluntate V.                    12 coordinatum V.                    14 sentiet V.                    16 voles V.  
 17 discretionem V.                    20 colligit || discretionem V.                    24 intitulatio] stiplo *cum linea*  
*compendii supradicta V.*                    33 ore V.                    36 Athanaxii V.

1 cf. GREGORIUS Naz., *Oratio 41, In Pentecosten, c. 13* = MIGNE PG 36, 447 A.                    6 cf. Io.  
 15, 15.                    7 cf. Io. 16, 14.                    9 Io. 14, 26.                    24 cf. Ps.-ATHANASII, *De communi essentia*  
*Patris et Filii et Spiritus sancti, c. 48* = MIGNE PG 28, 72 D, 73 A (*allusio*).                    30 cf. GILL 324<sub>3</sub>-325<sub>8</sub>.

forma. Numquam bene respondet, qui non bene replicat. Sed multas auctoritates introduxisti nec introduxisti antedictas. Secundo intravisti materiam de productione divinarum personarum et emissionem, de qua emissionem temporali necessario tempore suo concludetur, quod si spiritus mittitur temporaliter a filio, quod eternaliter procedit ab eo, et sic non erat materia  
5 hec introducenda, quia non faciebat ad propositum, tamen tempore suo respondebimus. Sed unum volo scire: si dixistis hoc modo videlicet, quod filius audit a patre, et sic audiendo accipit sermones a patre, quia audientia est respectu verbi, et hoc est notum in evangelio; ita dixistis: quod audit spiritus a filio, et sic per illam audientiam accepit sermones a filio; modo hoc bene conceditis; sed dicitis, quod non sequitur, quod accipit esse. Estne verum, quod hoc dixi-  
10 stis?

EPHESINUS. Ita dixi, quia et scriptura hoc dicit.

99v

PROVINCIALIS. Ex hac audientia concludam, quod accipit | esse eternum ex multis auctoritatibus doctorum vestrorum et nostrorum. Modo respondeo ad duo dicta. Primo dixistis, quod in precedenti congregatione, cum interrogasti, an sententia Basilius esset, quod  
15 spiritus esset 3<sup>a</sup> dignitate et ordine, quod ego respondi hanc esse opinionem Basilius, et hoc iterum dico et verissima <est> sententia Basilius, quod spiritus est 3<sup>a</sup> dignitate et ordine, quia liber noster hoc expresse et manifeste dicit. Secundo interrogasti, an esset opinio sanctorum, et ego dixi, quod sic, et voluisti inducere contrarium, sicut et nunc replicasti dicens, quod hic Eunomius secundum verba Basilius contemnens opinionem multorum, qui glorificabant spiri-  
20 tum, simulabat se doctrinam sanctorum servare et eos, qui hoc dicebant, reticebat; postea reassumpsistis verba ultima, ubi Basilius dicit, quod sanctos tales, qui dixerunt *dignitate et ordine*, non potuit dicere et concludit; ergo nec tam audax homo est, qui divinatorum dogmatum introduceret novitates? Ex hoc volebatis inferre contra dicta mea, quia dicit Basilius, quod non potuit dicere, ex quo sequebatur secundum te, quod sancti doctores non erant hu-  
25 ius opinionis, cuius contrarium ego dixi. Ego volui dicere propter verba Basilius, ut solutio melius intelligatur, et quia nos habemus Basilius, quem putamus esse verissimum, et quia hic alius, qui adducetur et qui est antiquissimus, idem dicit quod noster, ut dicitur nobis ab hiis, qui legerunt in illo libro.

ANDREAS. Hoc medio portatus est liber, qui erat archiepiscopi Metelinensis, qui repertus  
30 est ad litteram conformare nostro, et erat antiquissimus liber, quo vi[s]o Ephesinus dixit.

EPHESINUS. Iste liber noster est eadem manu scriptus ut liber vester.

ANDREAS. Inspectis libris visa est maxima differentia.

IMPERATOR. Diximus pridie, quod in Constantinopoli ita sunt.

CARDINALIS. Habetis hic alium Basilius in Florentia nisi istos duos?

35 EPHESINUS. Non.

CARDINALIS. Hic in civitate hac sunt tres libri, et duo faciunt pro nobis.

IMPERATOR. Non est mirum, quia non debemus respicere ad istos, qui sunt hic.

PROVINCIALIS. Ita diceremus nos, quod alibi sunt. Quare portastis contrarium vobis?  
Pro nunc stetur his tribus. Item nos habemus translationem hanc auctoritatem tempore Ale-  
40 xandri tercii, quod sunt ultra CCC<sup>m</sup> anni.

1 Numquam bene *repetitur* V.  
29 *lege* Mitelinensis.

30 *vixit* V.

3 et emissionem V.

39 *translatam* V.

13 ad 2<sup>o</sup> V.

24 *hius* V.

11 *cf.* GILL 325<sub>9-10</sub>.  
c. 1 = MIGNE PG 29, 653 *sqq.*

12 *cf.* GILL 325<sub>11-326</sub><sub>19</sub>.  
29 *cf.* GILL 326<sub>26</sub>.

15 *cf.* BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. III.  
31 *cf.* GILL 326<sub>21-22</sub>.

39 *translatio* latina habetur in opere Hugonis Aetheriani, *De haeresibus, quas Graeci in Latinos devolunt*, lib. II, c. 18, lib. III, c. 18 = MIGNE PL 202, 328, 366.



IMPERATOR. Hec est similitudo, ut si aliquis haberet causam et unus haberet centum testes et contrarios tres et causa decideretur, ubi essent illi tres.

CARDINALIS. Vos vocati ad causam debuistis venire cum iuribus, et vos contraria portastis. Sic standum est his.

IMPERATOR. Ius meum apparebit.

5

EPHESINUS. Ego introduxi et sequentia et precedentia.

PROVINCIALIS. Ex his me fundabo. Quo ad primum punctum, tria volo facere. Primo volo ostendere per aliud testimonium Basili, quod in hoc libro contra Eunomium ipse dicit spiritum accipere a filio. 2<sup>o</sup> volo ostendere, quod si Basilius diceret prout stat in libro vestro, quod esset magnam maculam imponere Basilio et quod pro honore et reverentia tanti doctoris in ecclesia dei, qui habuit tam magnum testimonium in concilio Calcedonensi, in consilio spiritus non potest aliquis christianus suscipere illum modum dicendi. 3<sup>o</sup> ostendam | ex antecedentibus et sequentibus, quod hec sunt vera, que sunt in libro nostro et non exhibeo hec tria. Non dubito, quin spiritus mirabiliter operatur in hoc negotio, quia de ipso agitur et quod fecerit gratiam vobis et nobis propter vos, quia idem spiritus, quo repletus fuerit Basilius, in hac tam grandi materia non fecit in uno loco scribere unum et in alio loco aliud, quia sancti doctores non sunt contrarii in materia fidei. Cum pridem essem in domo domini Sancte Sabine et esset nobiscum frater Ambrosius, qui habet bonum donum interpretationis, qui ita de facili legit linguam Latinam ex scripturis Grecis, ut si Latine forent, allegatus fuit quidam liber Grecus valde antiquus et in membranis, ubi sunt multa opera Basili, quem protulit quidam peritus interpres litterarum Grecarum, nomine Leonardus Aretinus huius civitatis cancellarius; dum frater Ambrosius haberet librum, et quereremus de epistola Basili, occurrit una omelia spiritus sancti de Basilio; feci illam legi, quia, si Basilius alicubi dixit quid de spiritu sancto, in hac dicit. Audivi eam totam, et cum fuit in hoc passu, gratias retuli spiritui sancto; dicit in his verbis: 'Unum quidem patrem, unum filium, unum vero spiritum sanctum, et iuxta divinam traditionem esse confitendum'; ut subintelligatur, an dicimus, an credimus; sequitur: 'nec duos patres nec duos filios, quia filius spiritus non est neque nominatur, non enim a spiritu aliqua accepimus, ut spiritus a filio, sed ipsum accedentem nobis sanctificantemque suscepimus divinitatis communionem filiationemque consortium et eterne hereditatis arram id est signum primiciasque futurorum bonorum'. Hec auctoritas est ita clara, ut clarior esse non possit, quia beatus Basilius hic dicit, quod non accipimus aliqua a spiritu, ut spiritus a filio, et postea declarat, que sunt illa, que accipimus a spiritu, primo sanctificationem, divinitatis communionem, filiationemque consortium, quia etiam vocamur filii dei <et accipimus> eterne hereditatis pignus et primitias futurorum bonorum. Hec sunt, que accipimus a spiritu et ista sunt illa esse, que sunt creata et creantur in nobis a spiritu. Modo dicit Basilius, quod non secundum istum modum spiritus accipit a Filio; necessario sequitur, quod accipiat esse divinum, quia omne esse aut est divinum aut creatum; hoc esse vero accipimus a spiritu sancto, et ipse non hoc modo accipit, nec hec creata accipit, ergo sequitur, quod accipiat quid divinum, et sic facta hec comparatio ipsa excludit et confutat omnium malignantium opinionem, qui presumerent dicere, quod accipere esse, quod causet in creaturis. Legatur auctoritas.

100r

2 contrarius V.      5 Imperator repetit V.      8 alium V.      21 hius V.      21 cancellarius V.      29 ipse V.

7 cf. GILL 326<sub>24</sub>-328<sub>25</sub>.      18 frater Ambrosius Traversari.

25 cf. BASILIUS, *Homilia de Spiritu sancto* = MIGNE PG 31, 1433 C.

ANDREAS. Lecta est auctoritas in Greco.

PROVINCIALIS. Nunc venio ad 2<sup>m</sup>, in quo dixi, quod si ponatur, prout est in libro vestro, inculpabimus et notabimus Basilium, et ostendo in communibus libris, et refero textum et vestrum et nostrum, ut omnes vestri diligentius intelligant et nostri clare videant. Noster sic  
5 dicit: 'Que enim necessitas, si dignitate et ordine 3<sup>a</sup> est spiritus, natur[a] quoque tercium  
esse'? Modo vester textus sic dicit: 'Que enim necessitas, si dignitate et ordine 2<sup>a</sup> est spiritus,  
100v | 2<sup>m</sup> quoque natura esse'?; quasi dicat: nulla est necessitas. Modo videatis differen-  
tiam, quia noster dicit: 3<sup>a</sup> est spiritus, et vester dicit: 2<sup>a</sup> est spiritus.

EPHESINUS. Non est sic, sed dicit: 'Que est necessitas, si 3<sup>a</sup> est spiritus, 3<sup>m</sup> esse na-  
10 tura'?

PROVINCIALIS. Placet, quod in hoc conveniamus. Sequitur in nostro: 'dignitate 2<sup>a</sup> a filio, ab eo esse habens et ab eo accipiens et annuncians nobis et omnino ex ea causa pendens, pietatis tradidit sermo. Natura uti 3<sup>a</sup> neque a sanctis scripturis docti sumus neque ex dictis iuxta consequentiam colligere possumus'. Vester dicit sic: 'dignitate namque secundum  
15 esse a filio fortassis veritatis sermo tradidit, ratio, ex qu[a] apparet dubitatio Basilii. Postea dimittit, quod dictum est, et subdit: 'Natura uti 3<sup>a</sup> neque a sanctis doctrinis docti sumus neque ex dictis colligere possumus'. Nunc videamus, quia statim subdit probationem dicens: 'ut filius 2<sup>a</sup> a patre, quia ab ipso et dignitate, quia initium et causa essendi pater ipsi [est] et per ipsum accessus et adductio ad patrem id est ad deum, natura vero <non> secundus,  
20 quia deitas in utroque una est' et in hoc sumus conformes et in hoc est reductio cause, quia vult Basilium sic innuere; ita liquet, quod et 'spiritus, quamvis dignitate et ordine succedit filio, non iam merito sequitur, quod aliene nature existat'. Vester vero dicit sic: quo ad illa dicta sunt de filio, sumus conformes. Sed in illo, ita liquet: sumus diffformes, quia vester dicit: ita liquet, quod 'etsi subordinatus est filio, quod et nunc ita concedimus, non tamen sequitur,  
25 quod aliene nature existat'. Ita quod noster dicit sic, quod est subordinatus et removet [difficultatem], quia noster dicit: 'quamvis dignitate et ordine succedit filio'. Vester dicit; 'quamvis subordinatus est filio.'

EPHESINUS. Dicit: 'succedit' et uterque idem dicit, quod succedat a filio dignitate et ordine.

PROVINCIALIS. Legatis ibi: ita liquet, nam sicut filius ordine 2<sup>a</sup> a patre, quia ab ipso, et dignitate, quia principium et causa ipsius est pater, et quoniam per ipsum accessus ad deum patrem, natura non secundus, quia deitas in utroque una. Ita spiritus sanctus, licet succedat fili[o] ordine et dignitate, ut omnino concedimus, non iam merito aliene dicitur nature. Venio ad primum, cum dicit *fortassis*, quod hec particula *fortassis veritatis tradit ratio* magnam  
35 maculam inducit Basilio, quia id quod ab aliquo probatur, debet esse notum apud probantem, quia per ignota nullus posset quid manifestare, sed oportet per magis nota minus nota manifestari. Sapientes hoc dicunt, et ratio dictat. Modo in hoc intendit confutare illam consequentiam, quam Eunomius inferebat, quod si dignitate et ordine esset 3<sup>a</sup>, ut habe[b]at a doctoribus, credebat, quod esset 3<sup>a</sup> natura. In toto processu huius capituli iste vult deducere  
40 ex scripturis, quod aliqui sunt primi, secundi et tercii ordine et dignitate, et tamen non sequitur, quod sint tercii natura, et hoc capit pro magno fundamento suo. Si dixisset *fortassis*, vide-

9 est natura V.                      12 pendente pietate V.                      13 2<sup>a</sup> V.                      15 ex quo V.                      18 es-  
set V.                      25 difficultatem] dignitatem V.                      31 est patrem V.                      33 filium || ut omn V.  
34 ante Venio repetitur Provincialis V.                      39 hius V.

11 cf. GILL 328<sub>29</sub>-329<sub>15</sub>.

17 cf. GILL 329<sub>19</sub>-330<sub>20</sub>.

33 cf. GILL 330<sub>30</sub>-338<sub>16</sub>.

batur dubitare de eo, quod credebat esse certissimum ad confutandum Eunomium, quod absurdissimum est dicere de tanto doctore, quia iste doctor habuit commendationem in Calcedonensi concilio, dicentes sic patres concilii: 'Et doctrinam sancti spiritus diligentius tradidit'. | Modo si dubitasset dicens *fortassis*, quomodo potuit dubitando doctrinam spiritus diligentius tradere? Ex his duobus capitibus nullo modo potest poni illa particula sine magna nota Basilii, et ideo ut corruptiva vere sententiae debet abradi de libris, ubi est scripta. Tertio, quia in hac omelia de spiritu sancto aperte dicit, quod spiritus accipit a filio, sine ulla dubitatione et trepidatione, ymmo ex multis auctoritatibus premissis videtur expertissime, quod spiritus accipit a filio, non aliquid creatum ut nos, sed divinum esse, ut dixi, quia nil aliud potest spiritus a filio in trinitate ipsa personarum <accipere>, quia quod spiritus accipit et accepit, ab eterno accepit, quia <quod> [filius] a patre <audit, est> scientia, et scientia est esse in divinis, et ideo <accipere> a patre iuxta expositionem omnium Latinorum et Grecorum non aliud est quam accipere doctrinam id est essentiam, ut ego allegabo in sequentibus, et ita audiens a filio, accipit a filio, et illa audientia est esse et essentia divina, que omnia accipit a filio. Quomodo est ymaginabile hoc, quia in hac omelia de spiritu et quam fecit in die solemnitatis, quod dixisset accipere sine dubitatione, et in alio loco ille spiritus, quo erat plenus, fecisset sibi scribere hanc maximam exorbitationem *fortassis*? Nam ratio veritatis est ratio diffusa in scripturis sanctis, quas homines pleni <spiritu> composuerunt, et ex illis concluditur contra Eunomium. Modo ad particulam ultimam ibi ita liquet, quamvis dignitate et ordine succed[er]et, et contradicit prime position[i] et sibi ipsi, quia primo dicit *fortassis*, hic autem absolute dicit: 'quamvis dignitate et ordine' etc., quod dicunt illi falsarii Basilium hoc concedere, non tamen sequitur, quod aliene nature existat. Sic ex duobus capitibus ex auctoritate allegata, cum dicat, quod accipit a filio, et vero dicat esse et divinam naturam, et ex alio capite, quia additio maculat famam Basilii, aperte ostenditur, quod accipere esse in divinis est idem quod procedere, et ex his testimoniis *spiritus accipit esse a filio*, claret manifeste, quod procedat ab eo. Ex hoc claro testimonio Basilii introduco sequentia et precedentia. Ita inchoat Basilii capitulum: 'Vix satiatum blasfemiis contra unigenitum, ad spiritum transit, de eo quoque toti sue voluntati consequentia disserens.' Et notandum, quomodo terribiliter invehit dicens, quod in hoc opere non dicit nisi consequentia secundum suam voluntatem. Postea ponit verba Eunomii, scribit autem sic: 'Cum sufficiat nobis tam multa scripsisse de filio, consequens est de paraclito dicere, nec sequi indiscussas multorum opiniones, sed sanctorum in omnibus servare doctrinam, a quibus, cum 3<sup>m</sup> dignitate et ordine accepimus, tertium natura credidimus'. Hec sunt verba Eunomii. In fine volens incipere: 'Que ergo necessitas' quia dixerat 'contemnens opiniones multorum', que sunt indiscusse, quia viri sunt non multum litterati profitebantur spiritum non multis rationibus. Et iste superbus Eunomius videtur non velle sequi istorum opiniones, sed sanctorum opiniones. Modo dicit Basilii, quod hic Eunomius non exprimebat, qui erant illi doctores, nec etiam ponebat eorum libros, ex quibus ponerentur auctoritates sanctorum, que dicerent dignitate et ordine 3<sup>m</sup> esse et ex illis crederet per consequentia[m], quod esset 3<sup>a</sup> natura. Modo Basilii vult dicere, quod tales auctoritates sanctorum non contingit invenire, que dicant, quod sit 3<sup>a</sup> dignitate et ordine et quod ex his possit inferri, quod sit 3<sup>a</sup> natura, et ex hoc arguit eum de consequen-

101r

5

10

15

20

25

30

35

40

3 consilio || consilii V.  
20 positionem V.

5 Et his V.  
24 additio || quod scilicet V.

11 quia spiritus ad patrem scientia V.  
26 introducto V.

3 cf. concilium Chalcedonense apud MANSI VII, 468 A.  
III, c. 1 = MIGNÉ PG 29, 653 A.

30 cf. ibidem.

27 cf. BASILIUS, Contra Eunomium, lib.  
33 ibidem, 653 B.

101v

tia sumpta, quia ipsemet ponit multas auctoritates [scripture], in quibus apparet de ordine et dignitate, non tamen, quod sit alterius | nature, et ideo concludit Basilius post auctoritatem et exempla angelorum, in exemplo stellarum, in exemplo mansionum, que sunt in vita eterna, ita concludit: 'Ita profecto et spiritus sanctus dignitate et ordine succedit filio.

5 Accepimus eum tertium a patre et filio numerari, ipso domino in traditione salutaris baptismatis docente ordinem, dum dicitur: '*Euntes baptizate in nomine patris et filii et spiritus sancti*, in aliquam vero 3<sup>am</sup> naturam eius numquam didicimus' etc. et probat argumento maximo, dum due res dicantur, deitas et creatura, dominatio et servitus, sanctificatio et qui sanctificatur, et infra dicit sic: 'In quam parte spiritum ponemus in hiis, qui sanctificantur, absit; ipse enim sanctificatio est, nephas ergo est convitiare eum, qui divine beatissimeque trinitati inscribitur numero'. Ex quo apparet, quod non accipit esse quod connumeretur creature, quia dicit, quod omnis res aut est deitas aut creatura, cum non sit numero creaturatum, sed deitate et in illa dicit 3<sup>m</sup> dignitate et ordine, et dignitas, ut concessum est, dicitur initium et causans relationem principii in origine divinarum personarum ab intra. Et hoc Basilius ostendit dicens: '<non> in aliquam vero naturam terciam eius', quia proprie [vero] dicuntur homines eius, non ab his, qui [habent] rationem principii vel cause super eis. Si est 3<sup>s</sup>, hoc vero etiam a filio, ergo sequitur necessario ex antecedentibus et consequentibus huius capituli, quod filius sit initium et causa, et hoc non potest esse nisi per communicationem divine nature, quia iste est ordo nature, ut alias dixi, quo aliquis est ab aliquo in divinis et ab eo

20 accipit naturam sic et substantiam; si hanc accipit, ergo esse, quia dicitur substantia. Modo accipere esse idem est quod procedere ut probatum concessum et verissimum est, ergo, si accipit esse, de necessitate procedit. Alia sunt testimonia Basilius, ex quibus ostendetur, quod spiritus accipit esse a filio et procedit ab eo, in quibus luce clarius videbitis, quod idem spiritus sanctus, qui fecit eum loqui in aliis testimoniis, in hac veritate nullatenus fecit eum loqui

25 cum illa falsitate adiuncta. Hec sufficiant quo ad negotia Basilius. Cum venistis ad primam auctoritatem Athanasii et ad illam dixistis, quod Athanasius solum intendebat tradere ordinem positum in baptisate, et auctoritatem non replica[stis] qua[m] si replicasset[is], melius respondisset[is]. Dicit Athanasius sic, ut omnes intelligunt responsionem et vanam confutationem, quam fecistis; in illo dyalogo contra Arium ita dixit, prout allegavi: 'Si ergo

30 non est de substantia patris et filii spiritus, cuius gratia connumeravit deus dei filius in sanctificationis simbolo dicens: '*Euntes docete omnes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti*'. Vult ergo dicere, ut clare omnes intelligunt, quod spiritus sanctus, si non est de substantia patris et filii, nullo modo est connumeratus in hoc sanctificationis simbolo.

Novistis vos deinde Greci, quod symbolum Latine dicitur collatio seu iudicium? Et hoc dicit

35 beatus Clemens discipulus Petri, qui post mortem Petri scribens beato Iacobo, quomodo apostoli in unum convenientes fecerunt symbolum, ponit hanc interpretationem, dicit, quod 'collatio dicitur', quia conferentes simul ceperunt sententias fidei, iudicium, quia iudicatur, quid recte crediderint, et quia per hoc cognoscitur christianus a non christiano. Ideo Athanasius vocat sanctificationis symbolum dicens: 'Si spiritus non esset de substantia patris et filii, non

1 scripture] nature V.                      5 traditione V.                      6 dr V.                      11 subintellige in numero creaturarum.                      13 subintellige in deitate || tertium (scilicet Spiritum Sanctum).                      15 vero] non V.                      16 habent] hunc V.                      17 hius V.                      27 replicabat quasi replicasset V.                      28 respondisset V.

4 BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. III, c. 1 = MIGNE PG 29, 656 B, 657 C.                      15 *ibidem*, 653 B.  
 29 cf. Ps.-ATHANASIUS, *Disputatio contra Arium*, c. 38 = MIGNE PG 28, 489 B.                      31 cf. Mt. 28, 19.  
 35 Ps.-CLEMENS, *Epistola I ad Iacobum* = HINSCHIUS 37.                      39 Ps.-ATHANASIUS, *Disputatio contra Arium*, c. 38 = MIGNE PG 28, 489 B.

poneretur in hoc simbolo'. Iam sepius dictum et declaratum est, quod esse de substantia filii est esse ex filio et habere esse ex filio, sicut esse ex substantia patris est esse ex patre | et accipere a patre esse, quia idem est. Modo dicit; si spiritus non acciperet esse a filio, non connumeraretur; non potest accipere a filio nisi sit principium et causa ipsius. Vos dicitis sic respondendo mihi, quod ego consuevi colligere testimonia hinc inde et que non sunt ad illud 5 propositum, sicut pridie feci, quia ego adduxi aliqua testimonia Epyphanii, in quibus posui est et non ponebatur, et ego volo retorquere hanc confutationem, et quia in hac preclara audientia sunt peritissimi interpretes Grecarum litterarum, et multi apud vos peritissimi in phylosophia, et maxime dominus imperator, et omnes voco in testes, si non intelligitur. Et in auctoritatibus per me allegatis ego non posui, sed frater Ambrosius transferens, qui dixit, quod de 10 necessitate intelligitur. Ita dicit auctoritas: 'filium vocat, qui ex ipso, spiritum sanctum autem, qui ab utroque solus vel ex ambobus'. Modo quero si intelligitur est; apud me necessario intelligitur, et ut vidi ex multis translationibus, hic videtur communis modus doctorum Grecorum, qui in pr[o]positionibus, in quibus necessario comprehenditur verbum, non ponitur, ut cum dicitur 2<sup>m</sup> dignitate a patre, quia ab ipso necessario intelligitur est. Secundum 15 testimonium fuit: 'neque filium et patrem quis novit nisi spiritus, qui veraciter clarificat, qui docet omnia, qui a patre et filio', non ponitur est, <sed> necessario intelligitur. Ad hunc punctum precor, ut deinceps <non> utaris verbis moralibus, quia hec verba non faciunt testimonium validius esse, et deinceps queramus, cum tales auctoritates ponantur, in quibus necessario intelligitur verbum, non note[s] me in illo. Quo ad 2<sup>am</sup> auctoritatem Athanasii breviter 20 dico, quod de necessitate ex hac auctoritate Athanasii sequitur, quod spiritus sit 2<sup>s</sup> a filio dignitate et ordine; si nota[s] bene verba Athanasii, ut pondere[s]: dicit expresse, quod 'talem ordinem et naturam spiritus ad filium <habet>, qualem habet filius ad patrem'. Modo dicit: 'quod si quis dicat spiritum esse creaturam, habebit necessario idem dicere de filio propter ordinis conformitatem'. Modo, ut alias allegavi, ordo nature est, quo pullulans pullulat 25 et importat esse unius persone ab alia, et iste est communis modus philosophorum et theologorum sumendi ordinem nature, ut ego alias declaravi, nec est in potestate tua violentare terminos. Sed debemus uti, ut doctores utuntur; modo, si ordo nature est ordo originis, qua una persona capit ab alia, que natura est principium, quo sicut et vester doctor Damascenus ponit, quod generatio est ordo nature, non sicut generantis, sed sicut eius, quo generans generat, 30 et illud principium est, quo communicatur; modo ex hac auctoritate.

EPHESINUS. Non dicit Athanasius ordinem nature, sed ordinem a natura.

PROVINCIALIS. Ego dico, quod quodcumque vultis, ostendam, quod non potest habere intelligentiam, dico, quod si est ordo secundum naturam, quod est ordo nature, modo talis ordo presupponit in principio hoc est in persona, a qua est alia, filiationem principii, et sic si 35 habet relationem principii, communicat sibi hanc naturam, quia iste productiones sunt naturales, et sic ordine et dignitate sequitur, quod spiritus est 2<sup>s</sup> a filio et quod capiat esse et sic procedit. Ad auctoritatem et de emissionem spiritus ego respondebo suo tempore.

IMPERATOR. Scitis, quod convenimus, quod disputantes responderent ad quesita brevibus verbis. Hic dicta sunt tot verba, quod nescimus, unde incipere, et dies non sufficeret, et vide- 40 retur, ut in alia sequamur brevius.

10 Ambrosius V.  
22 ponderet V.

14 prepositionibus V.

20 notet V.

22 notat V.

10 Ambrosius Traversari.  
ATHANASIUS, *Epistola I ad Serapionem*, c. 21 = MIGNE PG 26, 580 B.  
GILL 338<sub>17-19</sub>.

11 EPIPHANIUS, *Ancoratus*, c. 71 = MIGNE PG 43, 143 B.  
24 *ibidem*.  
33 cf. GILL 338<sub>20-30</sub>.  
39 cf. GILL 338<sub>31-339</sub>.

22  
32 cf.

PROVINCIALIS. Sum longus, quia longa propositio.

ANDREAS. His datus est finis concertationi diei illius.

103r

| ANDREAS. Quarto decimo martii in conventu Florentie civitatis, ordine et modo solito, hora qua solet conventus, disputationi principium Ephesini verbo Greci dedere.

5 EPHESINUS. Si volumus ad omnia, que per vos dicta sunt pro continuatione sermonis proferre responsa, sermo noster progredieretur, ut nobis non sufficeret omne tempus disputationis. Quoniam autem longorum sermonum usus multotiens malus finem non aperuit, nobis capitulariter collectis ex dictis, que memoria poterit continere, breviter, que poterimus, adducemus responsa, interrogando et responsa accipiendo et respondendo, si placuerit. Auctoritatem Athanasii primo per vos allegatam, patres reverendi, nos non intellexisse dixistis, quia eam altera <vice?> non exposui.

PROVINCIALIS. Ut ordo servetur, primo diximus auctoritatem Basili; auctoritas Athanasii fuit postea introducta, ita quod primo introducamus auctoritatem Basili.

15 EPHESINUS. In precedente congregatione nostra fuit inquisita auctoritas Athanasii, et ideo inquiramus eandem, ut habeamus et accipiamus declarationem super his, que dixistis; postea veniemus ad auctoritatem Basili.

PROVINCIALIS. Si non est ordo, sequitur confusio. Primum quod in alia congregatione dixistis, interrogastis, si sanctus Basilius dicat, quod sancti doctores tenent spiritum sanctum esse 3<sup>m</sup> dignitate et ordine, consequenter transiistis ad infrascriptas auctoritates Athanasii, 20 quas ego in medi[u]m duxeram, et cum vellem cuilibet respondere secundum ordinem, initium feci ab auctoritate Basili, ordinem vestrum sequens, et ideo adduxi primo auctoritatem ex omelia. 2<sup>o</sup> dixi, quod si staret alia expositio vestra, quod Basilius dubitaret de eodem, [de quo] deberet esse certus. Tercio ostendi, quod ex antecedentibus et sequentibus non poterat stare vestra additio. Quarto veni ad auctoritatem Athanasii ordine vestro ductus. Bonum est, ut 25 hic ordo servetur, alias confunderemus nos, maxime quia imperator requisivit, quod de argumento in argumentum replicaretur, et papa et nos acceptavimus. Sequimini ergo ordinem illum.

EPHESINUS. Ego volebam secundum ordinem a me productum in precedenti congregatione eodem modo hodie sermonem facere, primo quidem commendarem auctoritatem Athanasii, 30 quam primo vos produxistis.

PROVINCIALIS. Illud fuit secundum, ego non respondeo, nisi servetis ordinem.

EPHESINUS. Et volebam ostendere auctoritatem illam potius facere ad sensum meum quam ad vestrum.

PROVINCIALIS. Hoc facietis postea.

35 EPHESINUS. Quoniam vos iudicatis, ut sequamur ordinem per vos constitutum, implebimus voluntatem vestram et inquiramus dicta vestra circa auctoritatem Basili. Dicimus itaque, quod tria proposuistis, commendationem libri vestri sani et incorrupti, quem librum corruptum esse pluribus rationibus ostensum est, adicientibus vobis, quod ille Basilius in quadam alia omelia de spiritu sancto videtur hanc opinionem habere, quod spiritus sanctus recipiat

1 propositio V.                      2 post illius spatium vacuum unius paginae V.                      7 longis sermonibus V.  
8 contemnere || addicemus V.                      12 dicimus V.                      14 Anastasii V.                      20 mediam V.  
22 de quo] quod V.                      26 replitentur (?) V.                      28 EVICINUS || 2<sup>m</sup> ordinem V.                      32 EVICINUS V.                      36 circha V.                      37 preposuistis V.

5 cf. GILL 339<sub>6-19</sub>.                      12 cf. GILL 339<sub>20-24</sub>.                      14 cf. GILL 339<sub>25-30</sub>.                      17 cf. GILL 339<sub>31-340</sub><sub>29</sub>.                      28 cf. GILL 340<sub>30-34</sub>.                      35 cf. GILL 340<sub>35-342</sub><sub>26</sub>.                      38 BASILIUS, *Homilia de Spiritu sancto* = MIGNÉ PG 31, 1433 C.

esse a filio. Secundo dixistis, quod dubitatio, que emanat ex nostro libro, iacet propter verbum *fortassis*, quod videtur indignum intelligentie magni Basili, et maculam inferret doctori illi mirabili, quasi de divinis dogmatibus dubitaret, et non constanter asseret. | Tercio ex precedentibus et sequentibus auctoritatem ipsam ad vestrum sensum et litteram, Basili sententiam esse ostendere conati estis. Ad hec lecta auctoritate in libro ea, que nobis videntur, dicemus. 5

ANDREAS. Surrexit quidam Grecus et legit omeliam his verbis: 'Unum igitur patrem, unum filium, unum autem spiritum sanctum secundum traditionem confitendum, et neque duos patres neque duos filios; propter quod spiritus non est nominatus filius, neque enim a spiritu aliqua accepimus sicut a filio spiritus, sed ipsum accedentem nobis et sanctificantem suscipimus, deitatis communionem et filiationis participationem et sempiternae hereditatis arram et futurorum bonorum primitias'. 10

EPHESINUS. In hac nullo modo iacet spiritum esse a filio, neque filius neque spiritus sanctus accipiend[i] necessario [sunt] ex eo, quod accipit, et subdit, quod non aliqua a spiritu accipimus sicut a filio spiritus accipit, eque sententia consona est, et quam eorum, que dicta sunt, et opinionis ant[er]ioris, nos ostendemus; nam ii, qui impugnabant spiritum sanctum, tali utebantur divisione, siquidem a patre natus est spiritus, ecce duo filii, hoc est filius et spiritus. Contra hos occurrit Basilius, unum patrem imperat confitendum et unum filium et spiritum sanctum secundum divinam traditionem; nam spiritus, licet a patre procedat, non tamen ut filius neque ex ipso natus et propter hoc duos filios non dicimus. Nam spiritus, inquit, neque filius est neque nominatur, et liquet, quod a filio spiritu[m] sanct[um] accipiamus, hoc est adoptionis spiritu[m], nam proprius est a filio, qui secundum naturam est, adoptionem suscipere no[s] per spiritum sanctum; hac causa voluit ostendere beatus apostolus, in epistola ad Galathas talia dicit: 'Emisit deus spiritum filii sui <in corda nostra> clamantem: abba pater'. Si igitur a filio accipientes adoptionis spiritum adoptamur patri per eundem ad spiritum, non alia quedam accipimus preter spiritum, qui alius est quam ipse filius; non ergo spiritus ipsius est, sicut attestatur scriptura. Ad hanc intentionem dicit scriptura Basili, quod spiritus non est filius neque nominatur, quoniam non accipimus aliqua a spiritu sancto, alia videlicet quam sit ipse spiritus et que per se consistant, sicut accipimus a filio spiritum, qui est aliu[s] secundum propriam personam, sed ipsum spiritum mittit accedentem ad nos, et sanctificationem suscipimus et operantes [in nobis] in sua bonitate, ut dicit apostolus, quod [omnia] cooperabatur unicus et idem spiritus, qui quidem unicuique sicut vult infunditur. Tu autem unde accepisti, quod spiritus accepisset a filio? Hoc nullo modo est preterquam a patre. 20

PROVINCIALIS. Et fecistis longam orationem expositionis auctoritatis, punctum autem principale non tetigistis nisi nunc ultimo querendo, et respondeo ex eadem auctoritate, ubi dicitur: 'unum spiritum confitendum, unum patrem, unum filium, neque esse duos patres neque duos filios, et quod spiritus sanctus non est filius', neque disputabat Basilius in omelia 35

8 traditionem V.      11 aram V.      14 accipienda || est V.      16 anti V.      21 a filio, a spiritu sancto V.  
 22 spiritus V.      23 non per V.      24 post sui spatium vacuum duorum fere vocabulorum || dextera clamans V.      27 non attestatur V.      30 aliud secundum per V.  
 31 operantes nos V.      32 quod dicere || unitus V.      33 hec V.      35 hor-  
 liazionem (?) V.

7 *ibidem*; cf. GILL 341<sub>27-32</sub>.      10 *Ioh. de Montenegro intelligit vocem πνεῦμα in casu nominativo, Marcus Eugenicus autem in casu accusativo.*      13 cf. GILL 342<sub>1</sub>-343<sub>16</sub>.      13 *textus latinus intelligitur textu graeco.*  
 34 cf. Gal. 4, 6.      35 cf. GILL 343<sub>17-33</sub>.

ibidem, sed divinitus determinate loquitur et dicit: 'non enim a spiritu aliqua accipimus, sicut a filio spiritus'.

EPHESINUS. Nos dicimus spiritum, quia spiritus apud Grecos neutri generis est et sicut potest esse pneuma in accusativo, sic in nominativo.

5 PROVINCIALIS. Cum dicat *quemadmodum*, non potest esse accusativi casus verbum pneuma, quia comparat acceptionem nostram ab acceptione, quam spiritus facit a filio, sicut si dicemus: non enim accipio aliqua ab imperatore, sicut accipit unus prelatus inferior a summo pontifice; impossibile est, quod prelatus inferior esset accusativi casus, ergo necessario sequitur, quod spiritus est casus nominativi.

10 EPHESINUS. Hoc ita esset si ibidem adduceret, quod spiritus accipiet a filio.

PROVINCIALIS. Hoc de necessitate intelligitur.

104r EPHESINUS. Cum hoc non sit in textu, non videtur conveniens comparatio et insequens est velle comparare acceptionem quam a filio facimus, acceptionis spiritus | a filio.

15 PROVINCIALIS. Et ideo negatur, et dicitur, quod differentia est.

EPHESINUS. Ostendam hoc esse extra sententiam Basili; nam intendit ibidem ostendere Basilius, quod filius non est spiritus, dicens, quod propter hoc spiritus non est nominatus filius, quia accipimus eundem a filio, ab ipso spiritu non accipimus aliqua quam sit ipse spiritus sanctus.

20 PROVINCIALIS. Hoc hereticum est.

EPHESINUS. Non accipimus alia, quam spiritus, sed ipsum spiritum accedentem ad nos et operantem in nos sua bona, videlicet adoptionem. Istud est consequens secundum intentionem doctorum et secundum sequelam eorum, que precedunt.

25 PROVINCIALIS. Dicitis, quod non accipimus aliqua quam esset spiritus sanctus. Quero an dona spiritus sancti sit ipse spiritus. Respondeas ad quesitum, cum plurima dicta sint hic contra totam sacram scripturam, et falsa.

EPHESINUS. Non sunt alia hoc modo, sicut spiritus est alius, quam filius videlicet, quod non sunt alia bona, que per se consistant.

30 PROVINCIALIS. Ego non quero hoc, sed dico, an dona spiritus sancti, que dantur nobis, sint idem quam spiritus sanctus. Ad hoc formaliter respondeas et non plus.

EPHESINUS. Dico alia esse dona quam spiritum sanctum, non tamen quod per se consistant.

PROVINCIALIS. Alia sunt quam spiritus, et primo dicebatis contrarium, dicens a spiritu nil accipi nisi ipsum spiritum.

35 EPHESINUS. Ita per illum modum ut accipiamus a filio, a spiritu licet accipiamus dona, non sunt per se consistencia, sed alia sunt quam spiritus.

PROVINCIALIS. Quero, an ne dona a spiritu sancto dentur cum spiritu sancto. Nunc concludo.

ANDREAS. Verbis his expositis imperator hec inquit.

40 IMPERATOR. Quia ista sunt extra propositum, nolo, quod his respondeant nostri.

PROVINCIALIS. Ymo sunt in proposito, et statim ostendam.

IMPERATOR. Dicimus extra propositam auctoritatem.

4 neuma V.

5 neuma V.

13 vel V.

21 sed ] si (?) V.

24 quam si V.

27 cf. GILL 345<sub>13-16</sub>.  
40 cf. GILL 346<sub>15-16</sub>.

29 cf. GILL 345<sub>17-18</sub>.

33 cf. GILL 345<sub>23-25</sub>.

37 cf. GILL 346<sub>2-4</sub>.



PROVINCIALIS. Non debemus dare in auctoritate sensum eidem.

CARDINALIS. Ex his, que dicta sunt, provincialis ostendere vult, quod pneuma sit nominativi casus et sic sunt ad propositum necessaria.

PROVINCIALIS. Hec dona, que nos accipimus a spiritu, non sunt spiritus, et sunt creata in nobis. 5

ANDREAS. Imposuit imperator silentium interpreti, meo iudicio, timens conclusionem, vocavitque suos ad disputandum propositos illisque aliquantulum allocutus, demum ad dicendum reversus hec inquit.

IMPERATOR. Difficultas nostra non stat solum in hac auctoritate, habemus et alias p'ures.

PROVINCIALIS. Non permittemus, quominus et discutiatur auctoritas. 10

IMPERATOR. Necesse est, ut de una materia discutiatur, non de pluribus.

CARDINALIS. Nos nolumus intrare aliam materiam, sed tamen ad probationem unius inducitur alia auctoritas, et Ephesinus dicit uno modo intelligi, provincialis alio, necesse est, ut verus elucescat sensus. Confiteatur Ephesinus auctoritatem ad sensum provincialis, et causam dimitemus. 15

IMPERATOR. Bene intelligimus, quo tendunt verba provincialis.

PROVINCIALIS. Si hec dona non sunt persona spiritus.

EPHESINUS. Auctoritas ista prebet examinatioem, quoniam <aliter> intelligitur allegatio apud vos, ali[ter] apud nos, et secundum nos nullo modo necessario sequitur ex ea ad propositum; [o]missa in presentia hac auctoritate veniemus ad aliam. 20

PROVINCIALIS. Beatus Cirillus in epistola 'Salvatori nostro' dat nobis doctrinam, quod non solum debemus respicere auctoritates, sed intentiones, que in eis sunt; si nos debemus producere testimonium et non investigare sensum testimoniorum, faceremus contra regulam beati Cirilli; modo ad sequendam illam regulam dico sic, quod hec auctoritas nullam habet apud nos dubitationem et ex ea habet claritudinem, sed volendo dare sensum tortum posset 25 habere dubitationem. Vos dedistis sensum extortum totaliter contra litteram, dicendo: non aliqua accipimus a spiritu, prout nos accipimus spiritum a filio. Hec expositio | implicat contradictionem, quia eodem modo accipimus aliqua a spiritu ut accipimus aliqua a filio, quia accipiendo spiritum a filio accipimus dona spiritus sancti una cum supradicto et accipiendo spiritum accipimus spiritum cum donis, et hoc dicit apostolus: 'Caritas dei diffusa est 30 per spiritum sanctum, qui datus est nobis'. Si ergo accipimus spiritum a filio, accipimus dona una cum spiritu sive dona a spiritu. Nos accipimus spiritum cum donis. Modo Basilius dicit: 'non aliqua a spiritu accipimus ut spiritus a filio' et disponit diversitatem, ergo implicat secundum expositionem vestram, ergo oportet, quod li pneuma sit nominati[vi] casus. Stat ergo expositio primo dicta clara, ubi dicit: 'non enim aliqua a spiritu accipimus, quemad- 35 modum spiritus a filio', quia hec dona di[s]tineta a spiritu per concessum per vos, et id, quod accipit spiritus a filio, est quid divinum, et id, quod spiritus, est quid increatum. Dona autem in nobis sunt creata, et hec est vera sententia auctoritatis illius, ad quam responde, quia non eximus textum.

EPHESINUS. Nos dicimus: possemus salvare ]ve]stram expositionem et etiam prima ver- 40

2 neuma V.                      6 seilentium V || iuditio V.                      18 Evicinus || allegationis V.  
19 alii V.                      19 intelligatur aliter .                      20 commissa V.                      20 ac V.                      31 quo  
V.                      34 neuma sic noti (= nominati) V.                      36 dixincta V.                      40 nostram V.

21 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola 'Salvatore nostro'* = MIGNE PG 77, 105 C sqq. || cf. GILL 346<sub>35</sub>-348<sub>11</sub>.  
30 cf. Rom. 5, 5.                      33 cf. BASILIUS, *Oratio 3, in sanctum Baptisma* = MIGNE PG 31, 1433 C.  
40 cf. GILL 348<sub>12-38</sub>.

ba, que dixistis de donis, quia dicimus sic, quod sine eodem spiritu <ea non> accipimus, cum totus spiritus in unoquoque suo dono accipitur, dicimusque, quod his positis potest nostra expositio salvari, quoniam non accipimus aliqua a spiritu, que per se subsistant, sicut a filio spiritus, et ad hanc expositionem concordat, quod spiritus non sit filius, hoc et consequens  
5 est dicte auctoritati, quod non accipimus aliqua a spiritu, sicut accipit spiritus a filio, sed ipsum spiritum accipimus. Dicimus hanc expositionem posse salvari et 1<sup>a</sup> verba non sunt: Quod autem spiritum accipiat esse a filio, ut vos adiecistis, nos autem a spiritu accipiamus creaturas, hec nec ex consequentia veniunt neque omnino de necessitate colliguntur, et circa hanc partem est inter nos controversia. Ostende, unde habes ab auctoritate collectum, quod spiritus  
10 accipiat esse a filio, nos autem a spiritu.

IMPERATOR. Ad quesitum vestrum voluit respondere, sed non respondebit magis.

PROVINCIALIS. Hec non est responsio.

IMPERATOR. Nos non venimus, ut multa audiamus, sed ut unum discutiamus.

PROVINCIALIS. Ego non recedo ab auctoritate, sed dico, quod si spiritus non potest esse  
15 accusativi <casus>, quia cum dicimus, quod accipimus spiritum a filio, nil aliud est dicere quam accipere spiritum cum donis, et hoc apparet per apostolum, qui dicit: 'Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis' scilicet a filio, ergo recipiendo spiritum a filio nil aliud est quam accipere spiritum cum donis, cum recepimus dona a spiritu, que numerantur in hacmet auctoritate, scilicet communio divinitatis, participatio  
20 <filiationis> et eterne divinitatis arra, et hec sunt dona. Ista accipimus a spiritu, ut Basilius dicit, ergo illa, que accipimus a spiritu, sunt que accipimus a filio per spiritum seu que habemus per spiritum a filio. Modo auctoritas dicit contrarium: 'non enim aliqua accipimus a filio ut spiritus a filio'; si esset accusativi casus, essent eadem, ergo oportet, quod sit distinctio inter id, quod accipit spiritus a filio, ab eo, quod nos accipimus a filio vel a spiritu. Modo,  
25 cum hoc sit unum principium notissimum et beatus Basilius ponat in auctoritate dicens: due res cum dicantur, divinitas et creatura, dicens omnem rem esse aut creatam aut creatorem, hec dona accepta a spiritu sunt dona cre  
105r | ata et distincta a spiritu, qui est creator. Ergo si non accipimus aliqua a spiritu ut spiritus a filio, oportet necessario, quod id quod accipit spiritus a filio est quid divinum, et hic est clarissimus sensus Basili et sic nullo modo potest  
30 stare sua expositione.

IMPERATOR. De expositione istius auctoritatis non est necessarium, quod nostri sentiant id quod vos exponitis vel vos, quod ipsi.

PROVINCIALIS. Ego reputo te imperatorem doctum virum et sapientem et credo, quod intelligatis optime hanc auctoritatem et, <si> inquiratis cum omnibus phylosophis et docto-  
35 ribus vestris, videbitis manifeste, quod non est possibile hanc auctoritatem habere alium sensum. Si placet acquiescere huic auctoritati, transeamus ad alia, quia si transimus sic cum testimoniis, numquam habebimus veritatem ad partem. Hec est via veritatis, quia nos non intendimus vinci nec vos, sed volumus, quod veritas habeat locum et ei assentiatur.

IMPERATOR. Propositum nostrum et nostrorum non est, ut utamur contentionibus, sed  
40 cum diligenti inquisitione videatur veritas, et propterea non in presentia volunt permittere responsiones, sed quia hec auctoritas videtur ambigua, non videtur instandum.

2 accipit V. 4 spiritus V. 8 circha V. 17 cordibus vestris V. 20 aram V. 32 ad ipsi V.

13 cf. GILL 349<sub>2-3</sub>.  
31 cf. GILL 350<sub>11-13</sub>.

14 cf. GILL 349<sub>4</sub>-350<sub>10</sub>.  
33 cf. GILL 350<sub>14-18</sub>.

30 sua expositione scilicet Marci Eugenici.

PROVINCIALIS. Auditores audiunt, si est ambigua, vel non.

IMPERATOR. Nostri audiverunt, si est clara.

CARDINALIS. Dominus provincialis multum bene declaravit sensum huius auctoritatis, et omnes bene intelligunt. Unde, si non vultis plus respondere, sumus contenti, quod procedatur ad alia, et habeatur pro declarata. 5

IMPERATOR. Non habemus pro declarata.

CARDINALIS. Respondeatis.

IMPERATOR. Respondebitur tempore suo.

CARDINALIS. Nunc est tempus.

ANDREAS. Imperator misit unum suum ad papam secrete loquentem, qui demum reversus 10 est ad imperatorem et secrete locutus. Demum imperator rogavit cardinalem Sancti Angeli, ut ad eum accederet, qui de loco surgens ad eum accessit, demum secum aliquantulum allocuto eo rediit ad papam, et secum locutus est secrete. Et stante domino Sancti Angeli apud dominum nostrum archiepiscopus Russie ad imperatorem accessit et plures alii ex Grecis et colloctionem fecerunt maximam ad invicem. His stantibus cardinalis dixit provinciali : con- 15 tinuetis.

PROVINCIALIS. Satis dictum est ad hanc auctoritatem, et ideo postquam pape et imperatori <placet>, procedatis ad aliam auctoritatem Basili. 20

EPHESINUS. Hec auctoritas est dubia, transeamus ad alia.

PROVINCIALIS. Quoniam hec clara et clarissima, ideo procedamus ad alia. 20

EPHESINUS. Secundum quod dixistis ad commendationem magni Basili, quod se habet ut in libro vestro iacebat auctoritas, quod hoc erat quod indignum menti magni Basili, debet dubitationem ponere in suis dictis et dicere *forsitan* et rursus ad hoc dicimus nos.

PROVINCIALIS. Habes menti rationem, quam feci ?

EPHESINUS. Quam ? 25

PROVINCIALIS. Meam.

EPHESINUS. In responsione videbitis. Esse quidem opinionem sanctorum, sicut dicebat Eunomius, 3<sup>m</sup> esse ordine et dignitate spiritum, videtur omnino <iuxta> beatum Basilium non subsistere secundum primam oppositionis partem; nam dicit: 'simulat se custodire doctrinam sanctorum', dehinc consequenter, qui fuerunt sancti, dicere non potuit. Fuitne 30 unquam tam audax homo, qui innovationes dogmatum introducat et profecto non habebat dicere Eunomium a quem sanctorum hoc dixisse; nam si quos haberet, illum Athanasium non putabat sanctum, nec aliquis, qui [ante] ipsum fuerat, quod opinio sanctorum sit. Hec <nec> Eunomius dicere habebat nec magnus Basilius suscepit; quoniam autem verisimile est Eunomium dixisse hoc esse <apud> divinam scripturam, salvatorem nostrum in salu- 35 tare baptismatis dicentem: *Euntes baptizate | eos in nomine patris et filii et spiritus sancti* et his videtur, quod spiritum colligimus 3<sup>m</sup> dignitate et ordine et cum hoc admittat, dicit *dignitate 2<sup>m</sup> esse spiritum a filio, forte tradidit pietatis sermo*, pietatis sermonem dicens, que traduntur per sancta evangelia, sic se sermonem accipere secundum ipsum sensum dicit sic, quod forsitan diceret quispiam sermonem pietatis tradidisse, hoc est divinam scripturam 40

105v

3 hius V.      1 allocutio V.      28 omnino beatus Basilius V.      33 quia ad V.  
35 *Giustiniani emendationem proponit*: in traditione salutaris baptismatis.

3 cf. GILL 350<sub>22-27</sub>.      14 *Isidorus metropolita Kioviensis*.      17 cf. GILL 350<sub>30-33</sub>.  
19 cf. GILL 350<sub>34-37</sub>.      20 cf. GILL 350<sub>38-39</sub>.      22 *quid indignum* = aliquid indignum.      36 cf.  
Mt. 28, 19.      37 *admittat scilicet Basilius*.

et traditionem, que ipsa est, 3<sup>m</sup> dignitate spiritum fortasse aliquis diceret, hoc si acciperet con-  
 numerationem loco dignitatis, quod quia 3<sup>s</sup> fuit nominatus spiritus, 3<sup>s</sup> est et dignitate. Sed si  
 hoc concederetur, non necessario apparet natura 3<sup>s</sup>. Et ita rationem dubitationis ponit, quia  
 non de necessitate sequitur a traditione spiritum esse 3<sup>m</sup> dignitate. Hoc et postremo innuit,  
 5 postquam ponit exempla, ut apud librum, qui recte habet, iacet: talem se habet spiritus ...  
 accipimus 3<sup>m</sup> connumerari a patre, quoniam ista auctoritas verisimilis est quia testimonia  
 sanctorum non habebant, ut dicit beatus Basilius, ab ista auctoritate verisimile est istos com-  
 mendasse suam sententiam et ideo adiecit *fortasse*, respiciens ad illorum sensum forte dicit  
 ab ipsa auctoritate affirmans et sentit, quod non de necessitate 3<sup>s</sup> est natura, propter hanc  
 10 dubitationem *forsitan* illud ponit et illud aliud omnino conceditur et sic nullam maculam im-  
 ponit magno Basilio addere dubitationem hanc, [quia] per suppositionem dicta sunt ab illo,  
 et per ista defendimus opinionem Basilii et libros nostros.

PROVINCIALIS. Ut veritas librorum nostrorum et libri vestri magis eluceret et ut appa-  
 reret manifeste, quod veritas se habet, ut est in nostris libris, et nullo modo in libris [vestris],  
 15 ego volui habere copiam de verbo ad verbum, prout est in libro vestro, prout est in principio  
 tercii libri usque ad finem de dictis ipsius et ut Ambrosius interpretatus est, consideravi, in  
 quibus convenimus et in quibus differimus. Demum prima differentia est, quia ubi noster  
 dicit: 'dignitate namque 2<sup>s</sup> a filio ab eo esse habens et ab eo accipiens et annuntians nobis  
 ac omnino ex ea causa pendens pietatis tradit sermo'. Postea sequitur: 'natura uti 3<sup>a</sup>'.  
 20 Modo vester liber totum hoc abstulit et facit istum saltum et dicit sic: 'dignitate 2<sup>m</sup>  
 esse a filio fortasse pietatis tradit sermo', et postea transit dicens: 'natura autem uti <3<sup>a</sup>>'. Nunc  
 apparet, quot verba abstulistis. 2<sup>o</sup> volens probare Basilius, ut est in filio respectu patris,  
 applicando similitudinem de spiritu, in fine, ubi noster liber dicit, quod similitudo occurrit,  
 quod ut filius est dignitate et ordine a patre <2<sup>s</sup>>, ita natura non 2<sup>s</sup>, ita dicit [no]ster de  
 25 spiritu sancto. Videtur, ubi dicit: 'dignitate et ordine [suscepit]' et sine ulla dubitatione  
 ponit noster, ostendens consequentiam necessariam ex similitudine filii a[d] patre[m] et spi-  
 ritus ad filium, vester liber ponit responsum dubitationis dicens: 'si etiam omnino hoc conce-  
 dimus', ita quod arguit vester ex supposito dubio. 3<sup>a</sup> differentia est in fine, ubi positus exemplis  
 angelorum et stellarum et mansionum in celo, ut Basilius ex antecedenti absoluto et vero in-  
 30 fert consequens absolutum et verum absque aliqua dubitatione, ita dicens in nostro: 'Ita pro-  
 fecto spiritum dignitate et ordine suscipit', et probat hoc [per] h[un]c sermonem [ ] pietatis,  
 ubi format hunc ordinem, assignans causam: 'Accepimus 3<sup>m</sup> a patre numerari, ipso domino  
 106r in traditione | baptismatis dicente, ubi dicit: *baptizate in nomine patris et filii et spi-*  
*ritus sancti*', et hic est sermo pietatis, in quo Basilius fundat, quod dignitate et ordine 3<sup>s</sup> est  
 35 secundum libros nostros, et hoc valde bene convenit, quia antecedentia de angelis erant ab-  
 solute posita, dicens sic: 'quemadmodum se habet in angelis, quod aliqui existentes secundi  
 vel tercii dignitate et ordine, non tamen sunt extra naturam angelicam'. Hoc est argumen-  
 tum, ut se habet in illis, ita se habet in personis divinis respectu nature. Sed ita est, ponendo  
 omnia exempla angelorum, quod in angelis absolute sine conditione, qui sunt secundi vel ter-  
 40 cii ordine vel dignitate non sunt extra naturam angelicam, ita est in personis divinis, et sicut

1 traditionem V.                      5 post spiritus spatium vacuum duorum vocabulorum V.                      7 veri-  
 simile V || post est spatium vacuum duorum vocabulorum V.                      11 quia] que V.                      13 appa-  
 ret V.                      14 ipsorum V.                      19 pendent cum signo compendii in fine V.                      24 noster V.  
 26 a patre V.                      31 pro hoc sermone V.                      33 traditione V.                      39 contradictione V.

13 cf. GILL 354<sub>24</sub>-357<sub>9</sub>.

16 Ambrosius Traversari.

33 cf. Mt. 28, 19.

unum est absolute dictum, ita et aliud. Modo liber vester in hac illatione ita dicit: 'Ita spiritus sanctus, si dignitate et ordine succedit', ut dicunt, postea in redditione nature liber vester dicit: 'Accepimus enim, inquit, 3<sup>m</sup> ordine et dignitate', sic non est differentia inter vos et nos alia. Credo bene replicasse librum nostrum et vestrum; modo, cum in nullo alio viderim differentiam, apparet, ut ex his colligatur veritas, et patienter ferendum est, si instamus pro intelligentia huius capituli, quia hoc principium tercii libri contra Eunomium est, ex his fundamentis per totum librum vult disputare contra Eunomium. Si hec fundamenta essent dubia, liber vester parum probaret in toto libro. Modo quero, utrum ex hoc textu met et ex principio libri credat, quod Basilius tenuit, quod sancti patres, qui precesserunt, hoc tenuerint. 5 10

EPHESINUS. Dico beatum Basilium hanc opinionem <non>habuisse nec a sanctis accepisse, neque Eunomium hoc dixisse, quod acceperit a sanctis, et hoc apparet ex verbis Basili.

PROVINCIALIS. Bonum est, quod sacrum auditorium etiam intelligat precedentia ad hec verba: 'Que enim necessitas'. Quia tetigit duo puncta et multa dimisit non pauca precedentia videamus et intelligentur sequentia. Beatus Basilius sic inchoat librum, demum post duas lineas ponit verba Eunomii dicens sic: 'Non satiatus blasfemiis contra unigenitum transiens ad filium totius sue voluntati consequentia disserens' dicens Eunomium nichil dixisse nisi ex sua voluntate. Postea ponit verba Eunomii dicens: 'Cum sufficiat nobis multa dixisse de filio, consequens est etiam de paraclito dicere nec sequi indiscussas opiniones multorum, sed sanctorum in omnibus servare doctrinam, a quibus 3<sup>m</sup> ordine et dignitate cum didicerimus, 3<sup>m</sup> quoque a natura esse credidimus'. Hec sunt verba Eunomii, non plus, in quibus tria tangit. Primo non vult sequi indiscussas opiniones multorum, 2<sup>o</sup> dicit, quod vult servare in omnibus sanctorum doctrinam; 3<sup>m</sup>, quod cum didicerit ab eis 3<sup>m</sup> esse ordine et dignitate, didicit 3<sup>m</sup> natura. Ad hoc respondit Basilius ita dicens nempe est, quod non arbitror simplici ac rudi fidei multorum oportere inherere artificiosis sophisticis sermonibus, veritatem prout videtur, invertit, quod in sermonibus de unigenito fecisse monstratum est. Modo quod dixit Eunomius indiscussas opiniones multorum non velle sequi, replicans Basilius dicit: 'Non arbitror ruditati opinionum multorum debere inherere patres, dicit contemnens opiniones multorum, quia glorificat spiritum, ipse sciebat, que erat opinio, que glorificabat spiritum, illam opinionem contemnens simulat se servare sanctorum doctrinam et eos, qui hanc tradiderunt, retinet, nunc quoque | quod fecit in aliis sermonibus de unigenito' modo respondet ad 3<sup>m</sup> punctum dicens se didicisse a sanctis inquit: 3<sup>m</sup> ipsum in dignitate et ordine existere a se autem credidisse, natura quoque 3<sup>m</sup> esse, qui autem sancti sunt, qui hanc doctrinam fecerint, edicere non potest. Ergone qua[ndo] homo fuit audax, qui divinatorum dogmatum introduxit novitatem? Et sequitur: 'Que enim necessitas'. Quero, cum Basilius dicit contemnens opinionem multorum, qui glorificant spiritum, utrum Basilius sciret illam opinionem multorum, qui glorificabant spiritum. Dicendum est, quod sic, alias non posuisset. Secundo inquiri ut in precedenti die, simplici ac rudi fidei multorum non oportere inherere, sed artificiosis etc. Qui erant sermones artificiosi sophistici et si ipse potest intelligere, qui erant artificiosi sermones, et ipsos scit satis intelliget, qui erant sancti, qui tenebant hanc opinionem. Dicat ad hec duo. 30 106v 40

2 redditione V.                      6 huius V.                      23 non didicit V.                      32 dicens se a sanctis didicisse  
repetit transponendo V.                      36 qua V.                      37 nequa cum signo compendii supra ua V.

1 BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. III, c. 1 = MIGNE PG 29, 654 A.                      3 *ibidem*.                      11 cf. GILL  
357<sub>10-15</sub>.                      13 cf. GILL 357<sub>16</sub>-359<sub>12</sub>.                      16 *ibidem*                      18 BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib.  
III, c. 1 = MIGNE PG 29, 654 A.                      24 *ibidem*,                      27 *ibidem*.                      32 *ibidem*, 654 B.  
35 *ibidem*, 654 A.

EPHESINUS. Opinionem multorum dico, qui glorificabant spiritum, opinionem christianorum, quoniam spiritus ordinatus est patri et filio per traditionem salutaris baptismatis de necessitate spiritus eiusdem glorie, ita et eiusdem nature esse cum filio.

PROVINCIALIS. Quero, si Basilius cognoscebat hanc multitudinem.

5 EPHESINUS. Novit multos, qui glorificabant.

PROVINCIALIS. Qui sunt artificiosi sermones ?

EPHESINUS. Artificiosi et sophistici erant ipsius Eunomii, quia ipse contemnebat opinionem multorum. 2<sup>o</sup> cum simularet servare sanctorum doctrinam et non erat, qui diceret, supponit 3<sup>m</sup> esse dignitate et ordine spiritum, et sic artificiose et sophystice colligit, quod cum  
10 3<sup>a</sup> spiritus sit dignitate et ordine, 3<sup>a</sup> natura esset. Hoc cum vellet Basilius repellere, supponit in his, que sequuntur, quod etiamsi consideremus 3<sup>m</sup> esse dignitate et ordine, prout colligebat, quod non sequitur, quod 3<sup>a</sup> erat natura. Hii erant artificiosi sermones, qu[os] simulabayt habere a sanctis, que non habebat.

PROVINCIALIS. Eunomius inferebat se accepisse a sanctis spiritum 3<sup>m</sup> ordine et dignitate,  
15 et hoc dicebat absolute et a se credere ipsum esse 3<sup>m</sup> <natura> ; nam oportebat eum habere sophysticam argumentationem et multum artificiosam ad probandum hoc, quod ponit pro manifesto, quia hoc est conclusio sua, quia accepit a sanctis, ideo sic colligit faciendo artificiosam, oportebat, ut non concluderet secundum Basilium. Modo Basilius dicit bene, quod simulabat se servare doctrinam sanctorum, sed non ponit illud artificiosum et sophysticum.  
20 Satis sit nobis, quod hic Eunomius ex aliquo antecedenti absolute sine conditione inferebat illud, et cum adverteritis, videbitis hanc conclusionem sic esse. Modo isti sancti, qui habebant opinionem, qua glorificabatur spiritus, erant illi, quos Basilius sequebatur, et ex illa opinione, qua glorificaba[n]t spiritum, <non> poterat facere Eunomius antecedens et inferre subsequens, quod credebat, et isti erant sancti manifesti et quia eorum opinio non poterat ei  
25 suffragari, non nominabat sanctos eos nec in duobus precedentibus neque in isto, quia non poterant reperiri doctores, qui dicerent dignitate et ordine spiritum esse 3<sup>m</sup>, ut sequeretur 3<sup>m</sup> natura, et si quos potuisset, fuissent magis contra eum. Alii sancti, qui dicebant 3<sup>m</sup> dignitate et ordine, erant manifesti, et non dicit Basilius, quod ipse non poterit reperire sanctos, et ex hac radice sumpsistis originem dicentes, quinam sancti et ubi doctrinam fecerint, non potest  
30 dicere et ex hoc credidistis, quod quia Basilius dixit, quod Eunomius non poterat dicere, quod ipse Basilius non haberet certitudinem sanctorum, qui hoc dixit | runt, et hoc est falsum.

107r

EPHESINUS. Non dico, quod Basilius non fuerit certus.

PROVINCIALIS. Dico, quod verum est, quod Eunomius non potuit dicere.

EPHESINUS. Eunomius non poterat dicere ?

35 PROVINCIALIS. Quia non reperiebantur sancti, qui tenerent processum in divinis ab extra, et ariani tenebant et Eunomius videbatur tenere. Modo dico ad rationem, volui dicere textum, ut omnes illum intelligant. Modo Basilius capit aliqua ad impugnandum Eunomium arguens sic : ' Quicumque procedit ... ; sicut se habet filius ad patrem, ita spiritus ad filium ', et per illa exempla posita postea concludit illam propositionem absolute, prout posuerat, quia  
40 illud est verum, quod processit procedendo ex veris ad vera et absoluta, quia regula est, quod

2 traditionem V.      11 secuntur V.      12 qui simulabant V.      19 illum V.      20 con-  
dictione V.      22 glorificat V.      24 eis V.      37 intelligunt V.      38 post procedit  
spatium vacuum sex fere vocabulorum V.      39 prepositionem V.

1 cf. GILL 359<sub>13-19</sub>.      6 cf. GILL 359<sub>24-25</sub>.      7 cf. GILL 359<sub>26</sub>-360<sub>10</sub>.      14 cf. GILL 360<sub>11</sub>-361<sub>33</sub>.  
38 cf. BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. III, c. 1 = MIGNÉ PG 29, 656 A.      40 cf. GILL 462<sub>10-28</sub>.

numquam ex vero sequitur falsum vel dubium, quia si premissae sunt vere et absolute vere, semper sequuntur vera et absoluta, sive sint premissae per auctoritates sive per rationes, quia auctoritates sunt loco rationum. Modo ex libro vestro sequeretur ex premissis veris et absolutis dubia conclusio. 2<sup>o</sup> procederetur ex antecedenti dubio ad probandum consequens verum et necessarium. Istud est consequens, quod non sit 3<sup>a</sup> natura, et est necessarium, et antecedens esset dubium. Videatur, qualis confusio et nota sequeretur sibi, et ex istis duobus arguebam, quod non potest stare textus vester. Respondeatis ad has duas rationes. 5

EPHESINUS. Non necessario colligis, cum dicis, quod necessario ab eo, quod est absolutum verum et simplex, sequitur verum absolutum. Nam potest esse aliquid a se absolutum et verum et id, quod ostenditur non esse simpliciter verum, sed per suppositionem, propter hoc et magnus Basilius in exemplo angelorum et stellarum et mansionum dicit simpliciter verum esse et ostendit, quod <non> necessario etiam natura secundi et terti sunt, quia dignitate et ordine 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup>, ad conclusionem propter quod exempla accipit, non ostendit id, quod simplex et absolutum est, sed quod per appositionem concessit primo, quod si daretur spiritum 3<sup>m</sup> dignitate et ordine <esse>, sicut dicunt et sicut auctoritatem evangelii accipiunt illam corde, ad 15 commendationem eorum habebant, sed <non> de necessitate 3<sup>a</sup> <natura> est spiritus. Ergo non est necessarium, quod dicebatur, quod omne, quod simpliciter et absolute est verum et quod ostenditur, ita se habeat.

PROVINCIALIS. Pono: si homo currit, ergo homo movetur. Hec propositio non dicit, quod homo currit nec quod homo moveatur, sed conditionaliter, quia solum est necessitas consequentie. 20

EPHESINUS. Hec est suppositio propter verbum *si*.

PROVINCIALIS. Nonne est bona consequentia? Certe sic, et tamen nil ponitur neque in antecedenti neque in sequenti. Sed si dico: homo currit, ergo homo movetur, quia si pono in esse: homo currit, ergo sequitur, quod homo movetur, et hec est necessitas ex consequenti. Ita 25 fecit Basilius hic, quod quemadmodum se habet res ista in angelis et in stellis et mansionibus, ita in personis. Hoc ipse presupponit. Sed ita est in angelis, non ponens aliquam conditionem, ergo oportet necessario sequi sine ulla conditione, aliter videretur imperitissimus hoc in illo processu.

EPHESINUS. In his, que per suppositionem assumuntur, si inferatur, assumptio affirmat 30 suppositionem. Dicimus: si homo currit, movetur et homo secundum suppositionem inferimus, sed homo currit, concessa sit suppositio, et id, quod ex ipsa colligitur, necessario colligitur. Si nullatenus inferretur assumptio, non necessario suppositio concederetur, sed potest stare in ambiguo. Dubium est, si homo currit, ut illatio sequatur ipsum moveri, sic in auctoritate Basilius dicit: spiritus 3<sup>a</sup> est dignitate et ordine, 3<sup>a</sup> est natura; non necessario sequitur: est 3<sup>a</sup> digni- 35 tate et ordine, ergo et 3<sup>a</sup> natura.

PROVINCIALIS. Hec est conclusio.

EPHESINUS. Hoc ab exemplo | angelorum ostenditur. In hoc assumptionem non 107v includit, non enim addidit: sed 3<sup>a</sup> est dignitate et ordine, sed in dubio ponit. Sed etsi posuisset *certe*, non necessario hoc fuisset secutum, prout in angelis dixi; per suppositionem sunt 40 hec concessa.

2 secuntur V.                    6 sequere V.  
distractionem non fuit cancellatum clarum V.  
V.            24 quia — movetur repetit V.

9 post absolutum aliqua vocabula sunt delecta, sed per  
14 exspectaretur suppositionem            19 prepositio  
27 conditionem V.            28 oportet V || conditione V.

19 cf. GILL 363<sub>19-24</sub>.

PROVINCIALIS. Nichil respondetis, quia sequitur de necessitate: si homo currit, ergo movetur; ad positionem inferiorum sequuntur superiora, nam fuit motus in cursu, ergo si homo currit, necesse est, ut moveatur, et tamen non habetur, quod currat vel moveatur, nisi faciam pr[o]positionem in esse in minori, videlicet si homo currit, et ideo sequitur: et homo movetur, 5 et ideo Basilius dicit, quod sic se habet in angelis.

EPHESINUS. Vos nominatis exemplum pro suppositione.

PROVINCIALIS. Ipse ponit exemplum absolute.

EPHESINUS. Beatus Basilius exempla assumit ad probationem suppositionis, nec ponit opinionem sanctorum, sed per concessionem dat hoc.

10 PROVINCIALIS. Ista exempla sunt absoluta, ita profecto, cum arguimus ex creaturis ad creatorem, numquid <non> assumuntur creature absolute ut antecedens, et ex illo inferimus de deo? Cum Aristoteles voluit probare, primam causam immobilem, inquit sic: 'Quod movetur, ab aliquo movetur', nec ponit per suppositionem, sed absolute; si posuisset per conditionem, non probasset primam causam immobilem, nisi per conditionem et per illationem con- 15 sequentie, et sic nullam veritatem haberemus ex prima causa. Ita Basilius ex angelis, et id, quod dicitur ex creaturis in sacra scriptura, illa ponuntur absolute, volens ex his creaturis venire ad cognitionem veritatis deitatis, dicens: licet sit 3<sup>a</sup> dignitate, non sequitur tercius natura; si conditionaliter posuisset hoc antecedens, non plus probasset nisi quod si homo <currit, ergo movetur>, nec in angelis neque in deo quid [in]tulisset, et sic cum Eunomio non 20 disputasset nisi de illatione conditionali. Quid valuisset hec disputatio? Unde necessario est, ut habeatur sensus noster. Facias, ut velis bene videre et servare honorem beati Basili. <ANDREAS>. Et sic finis pro illa die.

103r

| <ANDREAS>. Die XVII martii inchoata est disputatio.

EPHESINUS. Fides nostra non ex hominibus aut per homines commendacionem habuit, 25 sed per ipsum dominum nostrum Yhesum Christum, qui personaliter locutus est discipulis. Propterea omissis ambiguis auctoritatibus, licet et ipse auctoritates legitime perspecte potius videntur pro nobis fecisse quam contra nos, recurram ad illud, quod debemus de fide tractare. Non enim magnus Basilius unquam tractasset vel insinuasset aliquid contra traditionem dominicam vel apostolicam, vel his, qui successerunt eis neque in consequentiam ipsi, ut per 30 alias auctoritates ostensum est et amplius ostendetur, concedente no[bis] in sermone [m] de [o] in aperitione oris. Age igitur honoremus discipulum a magistro et servum a domino. Ostendemusque ipsum consonum et sibi ipsi et eorum, que tractavit in hominibus. Primum igitur ipse deus verbum et theologorum 1<sup>a</sup> et theologie preceptor in novissima sua allocutione, cum apparuerit discipulis secreta theologie dixit: *Cum venerit paraclitus, quem ego mittam a 35 patre spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhybebit de me.* In his, cum conspiciantur tres divine persone, tribus verbis hic ipse dominus cuicumque accomodat proprium, de spiritu autem solo dicit: *cum venerit*, de se ipso cum patre dicit *quem mittam vobis a patre*, rursum de patre solo, *qui de patre procedit*. Videas ergo diligentiam theologie. Nam per illud 'cum venerit', libertatem et dominationem ostendit, per 40 illud autem *quem mittam vobis a patre* sui et patris bonam voluntatem ostendit in missio-

2 secuntur V.                      4 prepositionem V.                      10 absolute V.                      12 Aristotiles V.  
 17 conditionem V.                      18 homo est in angelis, ita in deo V.                      19 attulisset V.                      20 con-  
 dictionali V.                      23 post die spatium vacuum dimidia fere paginae V.                      28 nunquam || tradictio-  
 nem V.                      30 concedentes nos in sermone dei in operatione eorum V.                      37 dum V.                      40 sue V.

24 cf. GILL 364<sub>4</sub>-369<sub>34</sub>.



nem et apparitionem spiritus, per illud denique *qui a patre procedit* causam ostendit spiritus, unde habeat esse. De primis quidem duobus testis est theologus Gregorius in sermone, quem edidit *in festo pentecosten* de spiritu dicens: 'Veniens quidem, mittitur autem ut non contrarius deo', nam qui[a] pre[cognito] patr[e], deinde <cognito> filio, posterius apparuit mundo spiritus sanctus, ne videretur esse contrarius esse deus et cuiusdam alterius nature aut voluntatis, propterea mitti a patre et filio dicitur, bonam voluntatem eorum, quod iam diximus, insinuante verbo. Iterum in sermone *De spiritu sancto* dicit ipse theologus: 'Mittitur quidem dispensative, venit ex propria sua potestate', qui dicens per hoc *dispansative* apparitionem spiritus in mundo propter hominum utilitatem, quemadmodum verbum missionis patri et filio attribuitur, adventus soli spiritui, nam solus spiritus venit, et nullam simul intelligere personam necesse est earum, que mittunt. Ita et in processioneis verbo a patre solo necesse est intelligere spiritum procedere, et nullo modo a filio, nam cum ita memoriam egerit diligenter dominus, et cum attribuerit sibi et patri missionem spiritus, non etiam de processione dicit: a nobis [et] qui a me [et] a patre procedit. Nam huiuscemodi certe dixisset, si cognovisset processionem suam esse. Quod autem, qui a patre procedit, proprium sit spiritui et propter hoc nullo modo sequatur necessario intelligere a filio, testis est nobis theologus Gregorius tradens proprietatem divinarum personarum, in quibus dicit: 'propterea stantes nos ad terminos nostros, nos introducimus ingenitum et genitum et qui a patre procedit, sicut dicit deus verbum'. Sic ergo proprium est spiritus sancti, qui a patre procedit et non simpliciter qui procedit; quod autem est proprium, necesse est convertere ad id, cuius est proprium, neque superabundare neque deficere potest, necesse est ergo intelligere et dicere: si quis spiritus sanctus <est>, est hic, qui a patre procedit, | et si quid est, quod a patre procedit, necesse est spiritus sanctus, si quid autem ab aliquo alio procedit, non est spiritus sanctus; nam necesse est hoc intelligere secundum consequentiam rationis et conversionis; non est necessarium neque omnino possumus intelligere, cum audimus spiritum a patre procedere, quod etiam a filio procedat, et idem salvator, pater reverendus et theologie magister, discipulus eiusdem et secretorum preceptor celestis homo Paulus 'vas electionis', videamus, qualia et ipse de hoc dicat ad Corinthios mittens et de spiritu sancto et de subsistentia eius et unde habeat ostendere volens hec scribit: 'Nos non spiritum mundi accepimus, sed spiritum, qui est a deo', et ne aliquis diceret, potest in his etiam filius intelligi, ut ab eo etiam procedat, istam speculationem explicans beatus Iohannes theologus et evangelista, in quibus revelat magno et miraculoso Gregorio secreta theologie mediante sancta virgine dei genitrice Maria talia dicit, sicut magnus Gregorius episcopus [Nyssenus], qui vitam eius scripsit, dicit: 'Unus spiritus sanctus, qui a deo subsistentiam habet et quidem <per> filiu[m] apparuit hominibus'. In his manifestum est nos nullo modo posse intelligere, qui a deo habet subsi-

1 aperitionem V.                    3 pentecosten cum signo compendii in fine V.                    4 deus V || quid preponitur patris vis || post deinde spatium vacuum unius fere vocabuli V.                    8 dispensatus V.  
 10 solo V.                    14 aut V.                    15 cognovissent V.                    18 nostris no V.                    21 superabundare V.                    24 secundam || conversationis V.                    28 Chorinthios V.                    28 sussistentia V.  
 33 episcopus esset V.                    34 subsistentiam || filius V                    35 subsistentiam V || post omnibus spatium vacuum duorum fere vocabulorum V.

3 cf. GREGORIUS Naz., *Sermo de Pentecoste* = Migne PG 36, 444 C. *Textus graecus sic se habet*: 'Ευχόμενον (Πνεῦμα) μὲν ὡς ἐλεύθερον, πεμπόμενον δὲ ὡς οὐκ ἀντίθεον. *Textus protocollii graeci haec addit*: 'Ἐπειδὴ γὰρ προεγνωσμένου τοῦ Πατρὸς καὶ μετὰ ταῦτα τοῦ Υἱοῦ γνωσθέντος ὑστερον ἐφανερῶδη τῷ κόσμῳ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἵνα μὴ ἀντίθεον εἶναι δόξη καὶ ἐτέρας τινὸς φύσεως ἢ θελήσεως, διὰ τοῦτο πέμπεσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγεται, τὴν εὐδοκίαν αὐτῶν, ὅπερ ἔφαμεν, δηλοῦντος τοῦ ὁμήματος. 7 *Haec verba neque in sermone S. Gregorii Naz., De Spiritu S., neque in eius sermone, In Pentecosten, habentur.*  
 17 GREGORIUS NAZ., *Oratio 29, c. 2* = Migne PG 36, 76 C.                    27 Act. 9, 15.                    29 1 Cor 2, 12.  
 34 cf. GREGORIUS Nyss., *S. Gregorii expositio fidei* = Migne PG 10, 985 A.

stentiam, a filio esse ; nam in omnibus ... postea et qui *per filium apparuit hominibus*, nam impossibile est et inconsequens a deo et a filio intelligere habere subsistentiam, demum inferre et ipse *apparuit hominibus*, ad diversas figuras producens sermonem, ostendit illud solum patri attinere, quod ex ipso subsistentiam habeat spiritus, hoc autem ad filium, qui per ipsum  
5 *apparuit hominibus*, ergo non est necesse simul intelligere, cum audimus spiritum a deo, quod et a filio sit, neque omnino possibile est, ut ostendimus, si quidem aliquid per filium apparuisse significat et aliquid a deo habere subsistentiam, quorum unum attribuitur huic, aliud huic ; hoc quidem de divinis scripturis diximus, post vero divinum apostolum Paulum discipulus eius etiam communicator divinorum secretorum Dionisius compareat, qui nobis ea contesta-  
10 tur ; nam ipse in capitulo de unica et distincta theologia tradens nobis divinarum personarum et omnimode distinctionis rationem talia quidem de hoc scribit : ‘ Est etiam et distinctio in supernaturalibus theologiis, non ea, que tantum dixi, quod et secundum ipsam unionem inconfundibiliter, [immixte], collocatur unaqueque divinarum personarum, sed quod etiam supernaturalis divina fecunditas non convertitur ad invicem, solus quidem fons supernatura-  
15 lis divine ’ fecunditatis est pater et <per> hoc et a filio et a spiritu distinguitur, nam de omnimoda distinctione personarum intentio erat sermonis neque filius communicavit cum patre neque spiritus infertur tali modo, confusio esset circa divinas personas et distinctio per indirectum, neque enim ea que sunt unica, dividere ipsemet dicit fas est neque, que distincta sunt, confundere, et propter hoc fontis res et nomen nullo modo ad filium perveniet ; cum autem  
20 filius non sit fons deitatis, manifestum est, quod neque spiritus causa est filius, nam deitas supernaturalis, que originatur, est spiritus sanctus et sic, cum pater existat solus fons deitatis et per hoc a filio et spiritu distinguitur, solus erit et productor et inspirator, ut est solus pater et sic nostra est opinio nec colligitur a doctoribus vestra, sed nostra, sicut expresse et aperte dictum est.

25 Eadem dicit magnus Athanasius in sermone huius, cuius titulus est. *De eterna subsistentia filii et spiritus* ; nam dicit : ‘ Separamur ab his, qui iudaizant et ab his, qui depravant christianismum, qui deum, qui est de deo, negantes | unum deum ut iudei dicunt, non solum, quia solus est, non genitus, et solus fons deitatis pater, propter hoc dicentes solum deum, sed tamquam infecundum filii, et infructuosum viventis verbi.’ Hic etiam magnus doc-  
30 tor solum non genitum et solum fontem deitatis patrem dicit, et quemadmodum non genitura non potest fieri communis utraque duarum aliarum personarum, sic fons deitatis nequaquam communicari potest filio, ergo filius non est fons deitatis, et propter hoc neque spiritus causa. Videtisne per omnia consonantiam veritatis et sanctorum ad invicem concordiam, denique afferimus sententias ycomenicorum conciliorum, que eadem contestantur nobiscum.

35 Dicit igitur sanctum et primum ycumenicum concilium per episcopum Cesariensem [Leontium], qui talia scribit ad quendam Iohannem dubitantem : ‘ accipere unam deitatem patris, qui genuit filium ineffabiliter, et filii, qui natus est ex ipso, et spiritus sancti, qui procedit ex ipso patre, propriu[s] est filii, sicut dicit divinus apostolus : *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eiusdem* ’. Conficienda est hec intentio sanctorum patrum, quia dum  
40 tractarent de spiritu, unde procedat et causam habeat, esse deitatem causam dixerint spiritus san-

109r

2 sussistentiam V.	3 aperuit V    diversa figura V.	4 sussistentiam V.
6 impossibile V.	7 sussistentiam V.	13 inter mixta V.
6 confunditatis V.	17 circha V.	25 hius V.
36 Leontium] Neosium V.	38 proprium V.	29 hic repetit V.
		30 genitura V.
		40 dixerit V.

11 Ps.-DIONYSIUS Areop., *De divinis nominibus*, c. II, § 5 = MIGNE PG 3, 641 D.      26 Ps.-BASILIUS, *Contra Sabellianos*, c. 2 = MIGNE PG 23, 97 B-C.      30 non genitura id est ingenitum (ἀγέννητον).  
36 cf. GELASIUS Cyc., *Acta concilii Nicaeni*, lib. II, c. 20 = MIGNE PG 85, 1288 C.      38 Rom. 8, 9.

cti, qui ab ipso procedit, addiderunt statim patrem, ne quis putaret ad filium referri processionem, quia de proximo de illo egerunt memoriam. Insuper

CARDINALIS. Transgreditur formam datam, in qua fecimus, ut de auctoritate in auctoritatem procederemus.

EPHESINUS. Magister iste respondens ad unam auctoritatem per nos productam tantum sumpsit tempus, ut totum tempus ceperit, quod et in precedenti fecit. Ideo nos videntes hoc putavimus ita faciendum esse, ut una et simul omnes rationes nostras adduceremus, ut saltem coactus ad unumquodque respondeat. Insuper infirmitate impediti non possumus singulis respondere.

PROVINCIALIS. In precedenti nostra disputatione ex mutua conventionem inter dominum nostrum et imperatorem conventum est et conclusum, quod de capitulo in capitulum et de articulo in articulum procederemus; et ideo primo inchoavimus ab auctoritate Basili, posita in festo pentecosten, et quamquam dicta sint circa illam auctoritatem pro investigatione intelligentie Basili, <multa>, in ea numquam exivimus propositam auctoritatem. Expedita illa venimus ad auctoritatem Basili; in hac ergo aliquantulum fui prolixus in expositione ipsiusmet textus, non exeundo textum, quia si volebam facere rationem ex ipso textu, oportebat ut sacer cetus haberet noticiam textus; numquam introduxi aliam auctoritatem nisi verba textus. Et quia argumenta sumebantur ex antecedentibus et sequentibus, oportuit illa dicere, et facta declaratione textus formavi duas rationes ad probandum de necessitate, quod textus non poterat stare cum illo verbo dubitativo, ita quod quantum natura rei requirebat, non poteram esse brevior. Modo ad rationes, que fuerunt ultime in nostro recessu, si debuisset servare optimum ordinem, debebat respondere: unum ex duobus sequitur, aut quod vidit rationes meas concludere <et> quod non potest respondere, et hoc nobis placet, si fateatur, aut quod voluit fugere, intravit aliam materiam, nec eciam pace eius diximus: | si volebat evitare argumenta, que concludunt, non debebat transire ad auctoritates Athanasii, que 2<sup>o</sup> fuerunt producte, que ita necessario concludunt ut auctoritas Basili. Modo non respondet argumentis nec tenet ordinem; de auctoritatibus Athanasii transit ad auctoritates evangelii ac si prime auctoritates non fundarentur in textu evangelico. Numquid auctoritas Basili <non> fundatur <in verbis> *de meo accipiet et annuntiabit vobis*. Nonne verbum pietatis et baptismi fundantur in verbo dei, cum dicit: 'in nomine patris et filii et spiritus sancti'? Modo verbum Christi quid dicit? 'Qui a patre procedit'. Ille idem dicit in medio XVI cap. declarans, quomodo debeat intelligi 'qui a patre procedit', dicens: 'omnia, que habet pater, mea sunt, ideo dixi: qui de meo accipiet'. Ex quo ergo auctoritas divine scripture Yhesu Christi est primo posita in medio per sanctos doctores et ducta in vim argumentationis, valde absurdum est et indecens in tanto auditorio, quod dimissa hac magna auctoritate indiscussa, nulla facta responsione rationibus, que convincebant, transeamus ad alias. Modo dico sic: dicat prolixo, quia non habeo sibi imponere legem, sed imperator. Ego servabo honestatem et ordihem disputationis nec unquam respondebo sibi ad quecumque dixerit, donec responderit per ordinem, prout inchoavimus disputationem. Modo videatis, si vultis consumere tempus in vanum. Requiro eum ex debito honestatis et disputationis, ut respondeat meis rationibus, quia ex illis

109v

3 Trasgreditur V.      7 advemus V.      8 cohactus V.      12 inchoamus V.  
13 pentecosten cum signo compendii in fine || circha V.      14 eximus V.      36 convincenbant V.  
40 mis cum signo abbreviationis supra V.

3 cf. GILL 370<sub>1-4</sub>.      10 cf. GILL 370<sub>9</sub>-373<sub>4</sub>.      29 Io. 16, 15.      30 Mt. 28, 19.      32 Io. 16, 15.

habebimus clare intentionem Basili, nisi sanctissimus dominus noster aliud mihi mandet. Dixi alias et dico, quod in [3<sup>a</sup>] synodo hoc firmatum est, ut dixit Cirillus, et hoc debet esse regula tibi et mihi, ut dic[i]t: 'sequentes sanctorum patrum confessiones, quas fecerunt, loquente in eis spiritu sancto, et intelligentias investigantes dicimus'; ita debent duci testi-  
5 monia, ut investigemus intentiones sanctorum.

ANDREAS. Collocuti sunt Greci ad invicem.

EPHESINUS. Nos modum disputationis, sicut ad invicem convenimus, nullo modo reliquimus, sed cognoscit paternitas vestra, quod pr[o]ponentibus nobis duas aut tres auctoritates, consummavimus super his omnes precedentes disputationes; ideo, ne hoc semper fieret  
10 per nominat<a>s semper responsiones vestras <ad> nostros sermones, visum est nobis omnes nostras rationes adducere, non de aliquibus libris latentibus et non omnibus cognitis neque ex dubiis et corruptis, sed ex ipsis scripturis sacris, et ab his sententiis, que ab omnibus patribus profitentur. Nam si semper circa eandem auctoritatem discernemus tempus, dum vos queratis <ad> meas argumentationes et rationes vos respondere, esset ad  
15 infinitum processus. Propterea quia responsum dedimus aperte et manifeste de additione illa dubitationis, que invenitur apud nostros libros, visum fuit illa auctoritate omissa, ne semper in infinitum progrediatur, nostras rationes adducere; deinde voces Basili, que omnibus his sunt conson[e], ut ex omnibus his appare<a>t librum vestrum esse corruptum. Postea potestis assumere unamquamque auctoritatem, ut volueritis disputative inquirere, si deus  
20 concesserit et tempus paciatur.

110r IMPERATOR. Intentio nostra non est, ut ordo disputationis mutetur, et si voluissetis expectare usque ad finem sermonum, ipse venisset ad propositum dimisse auctoritatis, quia intentio nostra et nostrorum non est, | ut divertamus a disputation[is] modo, et quod vobis respondeatur. Ego hoc ordinavi, quia vos dicebatis et nostri pauca respondebant et non poteramus  
25 dicere, que volebamus, ideo visum est pretermittere has auctoritates, ut ad conclusionem veniremus auctoritati[s] pr[o]posite. Propterea si placet, permittatis dicere dominum Ephesinum, quia pauca supersunt.

PROVINCIALIS. Hic modus non est utilis, quia si habet redire ad propositum et multa dicere, quibus non debet fieri responsio, ista videntur superflua ad dicendum, quia si vult habere  
30 responsionem illis, melius est, ut deducantur de auctoritate in auctoritatem quam quod omnia simul adducantur, quia homines obliviscuntur et non potest fieri bona responsio. Ipse deberet primo respondere pr[o]positis per me, et postea ego dicerem.

ANDREAS. Cardinalis ivit ad papam et postea rediit.

CARDINALIS. Licet urbanus esset et iustus, ut modus inceptus servaretur de auctoritate  
35 in auctoritatem, tamen postquam Ephesinus vult multas auctoritates cumulare, placet domino nostro, cum hoc, ut nostris quesitis respondeatur.

IMPERATOR. Placet.

EPHESINUS. Redeamus ad consequentiam eorum, que dicebamus, quod sanctum primum concilium ycumenicum respondit ad philosophum dubitantem per episcopum Leon-  
40 tium hec: 'Suscipe unam deitatem patris, qui genuit filium ineffabiliter et qui natus est ab

2 2<sup>o</sup> V.            3 dicet V.            7 ivicem V.            8 preponentibus V.            10 nominatos  
V.            13 circha V.            26 auctoritati preposite V.            32 prepositis V.

3 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola 'Salvatore nostro' ad Nestorium* = MIGNE PG 77, 109 B.  
7 cf. GILL 373<sub>5-32</sub>.            21 cf. GILL 373<sub>33-37</sub>.            38 cf. GILL 374<sub>134</sub>-375<sub>9</sub>.            40 cf. GELASIUS  
Cyc., *Acta concilii Nicaeni, lib. II, c. 20* = MIGNE PG 85, 1288 C.

ipso, et spiritus sancti, qui procedit ex ipso patre, proprii autem existentis filii, sicut dicit apostolus : si quis spiritum Christi non habet, non est sui'. Ita quidem se habet auctoritas, sed est considerandum, quod timentes isti beati patres, quod nedum quis audiret de spiritu, qui procedit ex ipso, putaret ipsos dicere filium, quia de proximo erat filii memoria facta, adiecerunt ex ipso patre, modo est dicere; non ex filio, sed ex patre, statim iterum propri[i] existentis filii, nam inquit : et si non procedit ex filio, non tamen est alienus a filio, propriu[s] autem substantie eius et consubstantial[is] ei et ad hanc intentionem inquit apostolus : si quis spiritum Christi non habet, ipse non est eius. Hoc sentit Cirillus : 'etsi procedit spiritus ex deo patre, sed non alienu[s] est a filio', hoc ipse inquit, cum responderet ad Teodor[et]um, sicut diligentius dicemus, si tempus permiserit, qui ei criminabatur dicens spiritum procedere etiam a filio. His patribus magnus Basilius inquit consonum, dico autem patribus primi concilii, qui post ipsos statim fuit, ita dicit in XVIII cap. ad Amphiloichium : 'spiritus Christi dicitur tamquam accommodat[us] secundum naturam eius', hoc est ut consubstantialis. Si autem scivisset ipsum accipere esse a filio sicut in libro vestro corrupto iacet, non dixisset: tamquam accommodatus sibi secundum naturam, sed ut ab ipso procedens et esse accipiens modo fuisset consequens, cum non dixit; ergo liber vester non bene stat. Dicit ipse in sermone contra Sabellium <et> [Arium] talia : 'Ego cum patre quidem novi <spiritum, sed> non patrem spiritum'.

PROVINCIALIS. Habetis librum ?

EPHESINUS. Non hic.

PROVINCIALIS. Oportet adducere.

EPHESINUS. 'Ego cum patre quidem scio <spiritum>, non patrem, spiritum et cum filio accep[i], non filium nomina[ri], sed familiaritatem, que est in patre', intelligo, qui[a] ex patre procedit, ad filium autem, quia audio : si quis spiritum Christi non habet, non est eius. Videtis etiam consona sibi ipsi et patri[bus] videlicet illis ? Non eandem proprietatem familiaritatis dicit spiritus ad patrem et ad filium, sed ad patrem, quia ab ipso procedit, ad filium autem, quoniam apostoli dicit auctoritas, quod 'si quis spiritum Christi non habet, non est eius' | videlicet, quod ita simpliciter est sibi familiaris secundum naturam, sicut in preallegata auctoritate dicitur, non quod ex ipso procedat. Hiis quidnam albius fieret vel clarius de intentione huius ? Eratne verisimile ipsum hoc scripsisse, si sciret spiritum a filio procedere ? Iudicate vos patres, ut veritate utamur. Hec sunt prima concilia, quibus ostensis est consonus magnus Basilius. Ipsa denique prima synodus in simbolo sic spiritum sanctum ordinavit cum patre et filio secundum traditionem illam baptismatis traditam per dominum, et intulit <post> [o]mologiam patris et filii 'et in spiritum sanctum'. Secundum autem concilium, quod post ipsum factum est, volens hanc vocem explicare et quomodo coordinetur cum patre et filio spiritus clarius ostendere [ad] eversionem illorum, qui contra spiritum pugnant, talia dicit in simbolo : 'Credimus in spiritum sanctum dominum vivificantem, qui

5 proprie V.                      6 proprium V.                      7 consubstantiale V.                      9 alienum V.                      9 Theodosium V.                      13 accommodate || consubstantialem V.                      15 procedente V.                      15 accipiente V.  
 17 Fabelium V.                      22 reum talium V.                      23 acceperit || nominat V.                      23 qui V.  
 24 aut quia V.                      25 patri V.                      28 familiare V.                      29 albior V                      30 clarior || hius V.  
*postea spatium vacuum duorum fere vocabulorum*                      33 traditionem V.                      34 ethymologiam V.

2 Rom. 8, 9.

12 BASILIUS, *Liber de Spiritu sancto ad Amphiloichium*, c. 18 = MIGNE PG 32,

152 B.

17 BASILIUS, *Contra Sabellianos*, c. 4 = MIGNE PG 31, 609 A-B; in graeco :

ἐγὼ μετὰ πατρὸς μὲν οἶδα, οὐχὶ δὲ πατέρα τὸ πνεῦμα.

22 *ibidem*.

22 cf. GILL 375<sub>11</sub>-382<sub>26</sub>.

24 Rom. 8, 9.

34 cf. GILL 376<sub>3</sub>-377

ex patre procedit, qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur'. Hec speculanda est intentio divinorum patrum, quia propositum fuit illis theologiam explicare et modum unionis spiritus ad patrem et filium. Concilium hoc clare voluit exhibere, et videte, quomodo differenter et ipsum exhibet familiaritatem spiritus ad patrem et ad filium, nam quia et ipsum  
 5 dicit, quod coordinatus est spiritus sanctus cum patre et filio ab illis patribus ut 'ex patre procedens', 'simul vero cum patre et filio adoratur et glorificatur', hoc est eiusdem honoris et consubstantialitatis. Verum si ab utroque scivisset procedere, cuius gratia dum memoriam fecit de utroque concilium illud non prius di[x]it; qui ex patre filioque procedit, <et> postea <non> intulit: qui cum illis simul coadoratur et conglorificatur? Hoc consequens fuisset, si ta-  
 10 lem habuissent sensum, et hoc faceres olemus, quando aliquid ad duo referimus et maxime, cum illud dicimus causam ab illis ipsis habere, prius exponentes ambas causas, tunc et commune inferimus, et postremo, si opus fuerit ut puta: qui simul conglorificatur et adoratur. Cum autem patres [preter]miserint in primo memoriam filii, cum voluerint addere causam spiritus, in 2<sup>o</sup> autem contulerunt consubstantialitatem et honoris ydempnitatem exhibere voluerunt, non  
 15 ergo spiritum a filio procedentem cognoverunt, nam hoc <non> pretermisissent maxime quando faciebant expositionem, [et quod] expositio sit perfecta et non defectuosa, ut dicitis, nec causarum alteram tacuerit, manifestum est, quia nullam post concilium aliam expositionem ab illa fecerunt nec addiderunt a filio procedere, ymo omnia concilia prohibuerunt hoc et evitarunt per suas diffinitiones, ut presciverunt profecto etiam, quod per vos facturum erat. Huius concilii pro-  
 20 pugnator et dux et huius simboli conscriptor ut dicitur magnus Gregorius fuit, cuius cognomen proprie attribuitur a theologia, dicit ipse scribens consona sibi et ceteris patribus in sermone, cuius intitulatio 'de navigatione episcoporum de Egipto': 'omnia, que sunt patris <sunt> filii excepta causa'. Inspiciendum est hoc, quod et ipse filium a patre distinguit *causa*, sicut magnus Dyonisius *fontem*. Si ergo filius *causa* distinguitur a patre et nullo modo  
 25 est causa, liquet ipsum nec patrem esse nec productorem et propter hoc neque causam spiritus; nam hoc aperte doctor edit. His omnibus consona et tertium concilium dixit; nam primum cum advenerit symbolum Nestorii productum per quendam presbiterum Carisium, in quo continebatur 'spiritus sanctus neque filius est neque per filium subsistentiam habet',  
 IIIr ita huius | modi theologiam laudat tanquam familiarem patribus, et consonam scripture,  
 30 ut non eum accusaverit, neque magnum, neque parvum, neque consequens est de Nestorio de sermonibus in theologia, ymo approbans tale symbolum, in suo simbolo talia dicit: 'Si deprehenderentur aliqui aut scientes aut docentes ea, que continentur in expositione adducta per Carisium de humanitate unigeniti filii dei, hoc est scelerata Nestorii dogmata, subiaceant sententie huius sacri et sancti ycumenici concilii'. Videtene, patres, exinde, qui dicunt 'scel-  
 35 erata dogmata Nestorii', ea dicunt, que sunt 'de humanitate unigeniti filii dei'; liquidum est, quod ea, que <de> theologia erant, verissima erant et sancta nec aliquam occasionem tradentia querele, unde nec de illis conquesti sunt; hoc autem non est parum quid ad approbationem, quod communis sensus ecclesie est, nullo modo spiritum a filio procedere; nam liquet, cum patres acceperint et habuerint ut propriam eorum opinionem agnoverunt. Ita  
 40 etiam a 3<sup>o</sup> ycumenico concilio hoc approbatum est. Sed cum beatus Cirillus opponens se Ne-

4 ipsa V.                      5 cohordinatus V.                      7 consubstantialia V.                      8 dicit V.                      15 per-  
 miserint V.                      16 Ex hoc expositio V.                      17 tacuit V.                      19 Hius V.                      21 dicitur V.  
 29 theogia || laudant || consonum V.                      34 hius V.

8 cf. GILL 376<sup>27-31</sup>.                      22 GREGORIUS NAZ., *Oratio 34* = MIGNE PG 36, 252 A.                      24 Ps.-DIO-  
 NYSIUS, *De divinis nominibus*, c. 2 = MIGNE PG 3, 641 D.                      28 cf. *concilium Ephesinum, actio VI* =  
 MANSI IV, 1364.                      31 DENZINGER 125.

storio de processione spiritus, occasionem quandam dedit, ut putaret hunc etiam a filio subsistentiam habere, reprehendit ipsum Theodor[et]us ut ex persona Orientalium, ita dicens: 'Proprius filii spiritus, si quidem ut eiusdem nature et a patre procedentem dixit, sicut confitebimur et ita suscipiemus vocem. Si vero tanquam a filio aut per filium subsistentiam habentem, ut blasphemum excuciemus. Credimus domino dicenti: spiritus veritatis, qui a patre procedit. Etiam apostolus: 'vos vero non spiritum mundi accepistis, sed qui est a deo'. Ad hanc querelam dicit Cirillus 1<sup>o</sup> calumniari de his, que scripsit ad quendam Euoptium episcopum, et accusari a Theodor[et]o, qui contra ipsum invehebatur propter inimicitiam, et amicitiam Nestorii. Dicit autem sic scribens ad Euoptium: 'Accepi ad certificationem [dispositionis] inherenti<s> tue parvitati tomum illum, qui missus est, quem dicunt composuisse Theodor[et]um Cirensensem, nam ita dicunt vocari <oppidulum>. Cum autem videri[m] ea, que inerant, reddidi deo gratulationis cantus nec defeci illud dicens: 'Domine eripe animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa', nam invenio me ubique calumniari et in quolibet capitulorum tolero hoc'. Si igitur in quolibet capitulorum dicit calumniari, liquet etiam <in> illo ipsum calumniari, cum blasphemum illum, et illam impiam opinionem Theodor[et]us dixerit. Non ergo opinionem istam ut habentem Theodor[et]us calumniabat, ymmo illam secundum quam Theodor[et]us profitebatur cum ipso <tenebat>, et ut illam susciperet vocem 'hoc est proprius illi spiritus sanctus ut eiusdem nature cum eo, tamen a patre procedens'. Hoc idem etiam in defensionem querele ille adiecit: nam dicit sic: 'etsi ex patre procedit spiritus, tamen non alienus a filio, omnia nam habet a patre'. Videsne, quomodo in illa parte concordat in qua dicebat Theodor[et]us et ut suam suscipere vocem? Post hoc facta unione cum Orientalibus scribit ad Iohannem Anthiocenum episcopum beatus Cirillus eadem causa de processione spiritus sancti simul vero et ut symbolum maneat inmutatum, | sic dicens: 'Nullo modo moveri toleramus fidem eam, que terminata est a patribus, hoc est fidei symbolum neque permittimus nobis ipsis vel aliis aut dictionem mutare eorum, que posita sunt vel unam sillabam, memorans dicente[m]: Noli transgredi terminos eternos, quos patres tui posuerunt, non erant, qui loquebantur, sed spiritus patris, qui procedit ex ipso, est autem non alienus a filio secundum rationem essentie'. Videtisne etiam hic, in qua parte divisionis Theodor[et]i beatus Cirillus comprehendit? Nam dicit proferens sermonem per figuram divisivam: 'procedit quidem patre ex deo, non alienus a filio, hoc est spiritus secundum rationem essentie ut consubstantialis, hoc autem et ipse sic dicebat quod si tanquam consubstantialem et a patre procedentem dixit. Suscipiamus vocem ut [piam]'. Hanc epistolam cum acceperit [Theodoretus] cum aliis Orientalibus et invenerit theologiam sibi ex scripturis consonantem, talia dicit etiam ipse in epistola ad Iohannem Anthiocenum: 'Ea, que missa sunt a Cirillo, evangelica nobilitate adornantur, nam deus perfectus et homo perfectus

1 hoc || subsistentiam V.      2 Theodoricus V.      3 prius (?) filius (?) V.      4 habentem] hbtet cum signo compendii super duas primas litteras V.      5 excuciamus V.      7 Eutobium V.  
 8 Theodorico V.      9 Egobium V.      9 post ad certificationem ... spatium vacuum duorum fere vocabulorum V; in graeco: δεδεγμαι εις πληροφοριαν της ενουσης διαθεσεως τη ση θεοσεβεια.      11 Theodoricum V.      11 ante Cum spatium vacuum duorum fere vocabulorum || viderit V.      12 reddid V. || defecit V.      16 Theodorus V.      17 quem      18 procedentem V.      23 manere V.      28 alienum V.      29 Theodorici V.      30 ex deo repitiur || alienum V.  
 33 Theodoretus] beatus Cirillus V.

2 cf. epistola Cyrilli Alex. ad Euoptium, infra citata, attamen citatio Theodreti habetur in anathematismis Cyrilli; cf. MANSI V, 114 A-B.      5 Io. 15, 26.      6 1 Cor. 2, 12.      9 CYRILLUS Alex., Epistola Euoptio = MANSI V, 84AB; MIGNE PG 76, 388 A.      12 Ps. 119, 2.      24 CYRILLUS Alex., Epistola Ioanni Antiocheno = MIGNE PG 77, 180 D.      26 Prov. 22, 28.      34 THEODORETUS CYRENSIS, Epistola 172, ad Io. Antioch. = MIGNE PG 83, 1484 B-C.

dominus noster Yhesus in his dicitur, spiritus autem sanctus non ex filio seu per filium subsistentiam habens, sed a patre, [proprius] autem filius ut consubstantialis vocatur, nominatur, hanc rectitudinem cum concesserimus, laudabimus eum ... linguas sanantem et absonam resonantiam in verum sonum transmutantem. Videtisne, in quibus Theodor[et]us cum aliis  
 5 Orientalibus convenerit cum Cirillo, quod spiritus sanctus non habet subsistentiam ex filio neque per filium, sed a patre procedit, spiritus autem filii ut consubstantialis nominatur? Quod autem super his convenerint et unio illa facta fuerit, testis est beatus Cirillus scribens ad Iohannem Anthiocenum episcopum: 'Has vestras cum inspexerimus sacras voces, sic etiam inveniētes vos sentientes nobiscum, unus enim dominus, una fides, unum baptisma,  
 10 glorificavimus salvatorem deum invicem gaudentes, quoniam scripturis a deo inspiratis et traditione sanctorum patrum convenientes habent fidem nostre et vestre ecclesie.' His consona etiam expositione evangelii secundum Lucam beatus Cirillus dicit, 'ut digitus pendet a manu, qui non est alienus ab ipsa, sed naturaliter ab ipsa, sic spiritus consubstantialitatis ratione nectitur ad unionem cum filio, licet a deo et patre procedat', hoc autem idem est dicere, licet  
 15 ab ipso non procedat, coniunctus illi, dicit, secundum consubstantialitatem, licet ex ipso subsistentiam non habeat, sed a deo patre. Per hec omnia nosmet ostendimus consona divinis scripturis sentire et divinis nostris patribus et doctoribus et nullum de divinis dogmatibus, que tradita sunt nobis a principio, mutare vel adulterare, nichil addere, nichil detrahēre, nichil innovare. Obsecramus vestram caritatem et reverentiam: velitis concedere nobiscum et  
 20 cum sanctis patribus doctoribus et nil in ecclesiis dicere et contentos his tantum esse eadem dicentes et sentientes et uno corde glorificemus patrem et filium et spiritum sanctum, cui decet | omnis gloria in secula seculorum.

112r

CARDINALIS. Restat post sermonem longum factum, ut respondeat argumentis iuxta premissa.

25 EPHESINUS. Quoniam nos putamus ostendisse satis additionem libri nostri illam merito a magno Basilio adiectam et ita pro nobis omnes presentes habere, tanquam satis ostenderimus, quia nullam impingit maculam magno Basilio illa adiectio, ut nos assignavimus, interpretantes auctoritatem, nullo modo vacabimus rationibus dictis per vestram paternitatem ad commendationem libri vestri, cum multe fuerint et cum viderentur extra propositum fa-  
 30 cere et ut respondendo hinc procederemus ad infinitum, propterea illis omissis et nulla super his cogitatione habita, hoc tantum habemus dicere nec habemus nec volumus aliter quod liber noster verus sit, attestatur et multitudine antiquitatis librorum et consequentia eorum, que dicta sunt, et plura his de illa auctoritate dicere nec habemus nec volumus alia.

PROVINCIALIS. Quia dominus Ephesinus in fine dicit, quod non habet memorie rationes  
 35 ultimo dictas, ego reducam sibi de parte in partem ad memoriam, ut ipse possit satisfacere voluntati imperatoris, qui dicit, quod debet respondere.

EPHESINUS. Dicatis breviter.

PROVINCIALIS. Omnibus dictis per eum de capitulo in capitulum sibi satisfacere et si p[ro]mittit acquiescere veritati, cum maiori alacritate accedam ad ea, que dixit. Ipse dixit

1 dicatur V.	2 proprius] prius V.	3 linguis sanabit V.	4 transmutatam V.
4 Theodoricus V.	7 convenerunt V.	9 vos] te V.	10 glorificabimus V.
11 traditionem V.	14 licet — consubstantialitatem <i>repetit</i> V.	25 aditionem V.	29 comendationem V.
	33 is V.	39 permittit V.	

8 CYRILLUS Alex., *Epistola Ioanni Antiocheno* = MIGNE PG 77, 180 D. 9 Eph. 4,5.  
 12 CYRILLUS Alex., *In Lucam* = MIGNE PG 72, 704 B. 23 cf. GILL 382<sub>27-29</sub>. 25 cf. GILL 383<sub>1-22</sub>.  
 34 cf. GILL 383<sub>23-29</sub>. 38 cf. GILL 383<sub>30-396</sub>.



in principio, quod cum reperimus varietatem in libris, debemus illos libros dimittere et procedere ad argumenta solidiora, hic esset malus et perversus modus, quia cum reperimus varietates in libris, debemus dimittere libros; hoc non fit per sapientes viros, si querunt ex antecedentibus et sequentibus veritatem, ita est hic faciendum. Ego feci sibi istam rationem, quod si illa conditio dubitativa poneretur, ubi replicatur exemplum, duo inconvenientia sequerentur. Primo quod ex antecedente vero et necessario faciente necessitatem scriptura sacra, sequeretur consequens dubium, quod est falsum. Ita arguebat Basilius. Si ita est in angelis, quod qui est secundus ordine et dignitate, non tamen est tertius natura, ita profecto est in personis divinis scilicet in spiritu, de quo loquitur; sed ita est, quod in angelis, prout probat manifeste. Ergo consequens debet esse sine dubitatione. Dedi exemplum de consequentia: 10 si homo [currit], movetur, et do exemplum in materia proposita per Augustinum, dicit sic in XV<sup>o</sup> de trinitate: 'Si enim quicquid habet, de patre habet filius, de patre habet utique, quod de illo quoque procedat spiritus'. Hec est una conditionalis | que non ponit in esse non consequens nisi fiat una minor, prout ipse dicit in scriptura sacra, et cum sit minor conditionalis, maior est conditionalis, minor pr[o]positio est antecedens conditionalis, ideo 15 sequitur [consequens] necessarium. Dicit Augustinus: 'si quicquid habet, de patre filius <habet>, de patre habet, quod ex illo procedit spiritus. Sed omnia que habet pater, habet filius, de hoc est scriptura evangelii, cum dicit: omnia que habet pater etc. Ergo sequitur necessario, quod filius habeat a patre, ut ab ipso procedat spiritus sanctus sine ulla conditione, quia dicit Basilius: 'si in angelis ita est, ita profecto est in personis divinis'. Modo ponit minorem absolute, quod in angelis ita est, igitur sequitur absolute conclusio. Non dubitatur, an esset ignarus Basilius et ex suo antecedente vero voluisset dubitationem inferri. Respondeatis.

EPHESINUS. Quod libri producti a vobis ambigui et varii sint, [non ut] quid certum est dictum ex me, nec opinio mea talis est, sed per concessionem est, quia volebamus transgredi 25 ad alia et non semper illis insistere, nam ego diligentissimam certificationem habeo.

PROVINCIALIS. Respondeatis ad argumentum.

EPHESINUS. Presertim de hoc certus sum, cum sciam in civitate Constantinopoli ultra mille conformes nostris.

PROVINCIALIS. Unus est falsus et centum milia sunt falsa. 30

EPHESINUS. Ex multitudine et antiquitate approbantur in conciliis.

PROVINCIALIS. Nostri sunt duo et vester unus. Dicatis ad argumentum, ibi est veritas.

EPHESINUS. Ad argumentum ita dico: non est mirandum, si conditionaliter quid magnus Basilius voluit concedere ex his, que erant concessa, nam et nos ea, que per concessionem concessa sunt ut ita approbamus. Hoc idem fecimus circa questionem discussam in civitate Ferrariensi, quia concedentibus nobis per suppositionem veram esse opinionem vestram de processione spiritus, super hoc omnes sermones contulimus, quod si etiam erat et certa, opinionem essentie non debebatis in simbolo addere. Magnus Basilius cum supposuerit verum esse, quod spiritus sit 3<sup>s</sup> dignitate, nequaquam prius suscepit, ymmo instetit per multa, 35

11 currit ] t.r V. 15 prepositio V. 16 sequitur genus V. 19 conditione V. 20 post Basilius habetur .s. (= scilicet) propter distractionem scriptoris V. 24 numquid quid V. 25 transgredi V. 34 vos V. 35 ideo || circa V.

14 GIUSTINIANI hanc emendationem proponit; nec consequens nec antecedens. 6 sensus in graeco melius habetur: πρότον ότι εκ του ήγουμένου αληθούς όντος και αναγκαίου, λαμβανομένης της ανάγκης έξ έξείνον. ή ζείνται έν τη ιερή γραφή είλετο άν άκόλουθόν τι άμφίβολον ότεσ έστι παντάλασιν άνεπιτήδειον; cf. cf. Gill 384<sub>19-23</sub>. 12 cf. AUGUSTINUS, De Trinitate, lib. XV, c. 47 = Migne PL 42, 1094. 16 ibidem. 17 Io. 16, 15. 20 est magis explicatio ideae S. Basili quam eius citatio. 24 cf. GILL 386<sub>3-9</sub>. 28 cf. GILL 386<sub>11-13</sub>. 33 cf. GILL 386<sub>6-387</sub><sub>22</sub>.

ut ostendimus, intulit ad probationem ad hoc, quod per concessionem datum erat, quod etsi verum esset 3<sup>m</sup> esse dignitate spiritum, color iste dicendi apud oratores oppositio dicatur, non necessario etiam 3<sup>m</sup> esse natura. Nam etiam angeli, cum differant ordine et dignitate, non propterea alterius sunt nature, ac stella differt a stella claritate, non tamen differens est stellarum natura et multe sunt mansiones apud patrem, sed non natura <diverse>, sic spiritus etiamsi dare[mus] 3<sup>m</sup> dignitate, quod concessimus per suppositionem, non est necesse 3<sup>m</sup> natura. Quid autem ad hoc id, quod vos dicitis, quod ex certis datur ambiguum ? Dubium <non> affirmat, sed id quod per suppositionem concessum est. Necesse est consequens se habere, ut predictum est. Si hoc latet vestram paternitatem, quod ea, que semel conditionaliter concessa sunt ut certa approbamus | ymo de necessitate eadem ostendimus, ergo non est mirandum, si per ea, que dicta sunt, ostendimus.

PROVINCIALIS. Vos presupponitis unum, quod est contra rationem, videlicet quod unum sit conditionale et non conditionale ; de natura conditionalis propositionis secundum omnes teneo et secundum rationem naturalem ex modo dicendi numquam ponit in esse nec antecedens nec consequens ut si dicam : Iohannes est homo, Iohannes est animal, ex hoc modo loquendi nullo modo possum intelligere, quod Iohannes sit homo nec animal. Ita in aliis non est possibile secundum intellectum, quod antecedens : si homo currit, ponatur in esse, sic bene sequitur in consequentia, quod consequens ponatur in esse per antecedens, et contrarium dicere est ignorare proprias naturas conditionalis. Quia allegastis etiam conditionale factum Ferrarie, hoc non est solvere, sed allegare inconueniens, quia nostri steterunt ut primo videretur veritas processus, qua habita sequebatur aliu[d], [scilicet] quod nos et Romana ecclesia poterat facere explicationem ; consequentia quia si daretur, quod non procederet a filio quod factum est Ferrarie, nil valeret, et ideo apud vos, quia non concedebatis, processum nisi sub conditione, sed apud nos, qui habemus hanc claram veritatem declaratam per omnes doctores Grecos et Latinos, hoc quod factum est Ferrarie, est probatio necessitatis. Unde allegare inconueniens, non est solvere. Dico ergo, quod presupposita conditionali Basilius ponit antecedens sine ulla conditionali absolute, scilicet in materia de angelis, mansionum et stellarum. Ergo si non fuit ignorans Basilius, qui fuit lumen orbis, oportet necessario secundum suum modum procedere, quod quicumque libet habet illam conditionem appositam, sit contra mentem Basili et denigret famam suam et quod tota probatio sua de spiritu omnino iudicetur invalida, nisi ex consequentia tum ibi sunt posita ad confirmationem veritatis, non ad inducendam dubitationem in consequenti.

EPHESINUS. Id quod a nobis dictum est, quod id quod conditionaliter dicitur, non necessario capi debet, ita debet haberi ; nam prius in precedenti congregatione dixi, quod assumptio est illa, que affirmat conditionem, sed manifestum est, quod datum conditionaliter in consequentia necessario sequitur, et si id, quod per condicionem datum est, non est necessarium ad id, quod sequitur, illud ex ordine necessitatis habet se ; nam si homo currit, necesse est moveri, licet non sit manifestum, an homo currat, sic hic per condicionem concesserit Basilius 3<sup>m</sup> esse dignitate.

PROVINCIALIS. Addas in argumento, cum dicis ; si homo currit, ergo movetur, sed subiungas : sed homo currit, ita facit Basilius, quia ponit illam 2<sup>m</sup> certam.

EPHESINUS. Dico, quod neque in exemplo necessarium est ; nam non est necessarium hominem currere, sed contingenter sibi inest currere, ergo si datur hominem currere, neces-

6 daret V.	7 quid autem repetit V.	8 post est spatium vacuum duorum fere vocabulorum V.
13 conditionale V.	13 conditionalis preposita (?) V.	19 conditionalis V    conditionale V.
21 scilicet ] sed V.	22 consequentie V.	24 conditione V.
29 quicumque libet V.	29 conditionem V.	26 conditionalis V.
		35 conditionem V.
		44 contingenter V.

sitate datur illum moveri. Redeo ad propositum, quod si per hanc condicionem daretur '3<sup>m</sup> dignitate', non est necesse '3<sup>m</sup> natura'.

PROVINCIALIS. Ad quid posita sunt exempla ?

EPHESINUS. Ideo vero sunt data exempla per condicionem, quod licet differant dignitate et ordine, non tamen illa differunt natura. Est autem in exemplis vere assumptum | et 5 113v non per conditionem datum.

PROVINCIALIS. Consequens debet sequi absolute ex absolutis exemplis.

EPHESINUS. Condicionaliter datum est 3<sup>m</sup> esse dignitate, sed si hoc daretur, non necessario sequitur, quod sit 3<sup>m</sup> natura. Ego credo hec liquida esse omnibus, sicut est certum hic orandum esse.

PROVINCIALIS. Non respondetur obiectis per verbum *credit*. 2<sup>o</sup> facit argumentum Basilius inconvertibile, quod tollitur, si apponitur conditio; volens probare spiritum 2<sup>m</sup> a filio dignitate et ordine, facit similiter filii ad patrem, cum incipit: 'quemadmodum', dicens, 'quod sicut est in filio respectu patris, ita in filio respectu spiritus', et ponit causas huiusmodi, quod quidem erat sibi notum et manifestum ex duobus libris precedentibus, in quibus ostendit 15 contra Eunomium, quod si filius est 2<sup>s</sup> ordine et dignitate a patre, non tamen est 2<sup>s</sup> natura, ut dicebat Eunomius, et Ariani. Modo volens hoc de spiritu probare in argumento a simili, ponit hoc, quod probatum est de filio; modo regula universalis, cum sit argumentum a simili, et vocatur maxima, quia de similibus idem est iudicium, et hoc est unum fundamentum, ubi fundatur et argumentum a simili et per omnes theologos firmandum, si debet esse idem iudicium 20 in argumento assimili, et in hac propositione dicit, quod sicut filius se habet ad patrem, et ponitur absolute sine conditione, quod filius est 2<sup>s</sup> ordine et dignitate, ergo si debet esse bonum argumentum a simili, oportet, ut consequens sine conditione ponatur, alias non argueret a simili. Videat, que facere intendit. Item ego miror de eo, quod beatus Basilius <in> Antirresi facit similem disputationem. Incipit capitulum, quod 'ut filius se habet ad patrem, 25 ita spiritus ad filium', et probat quod ut filius est verbum patris, ita quod pater est causa filii, ita dicit, quod spiritus est verbum filii, quod pro quocumque manifeste fundans ex illa auctoritate 'portans omnia verbo virtutis sue', ergo oportet, ut habeat se ad filium ut causa a filio, nec propter hoc sequitur, quod spiritus sanctus sit a patre et filio ut a duabus causis vel a duobus principiis, quia forte videtur michi, quod timeat confiteri veritatem, prout est 30 in libro antiquo isto, quia, <si> in isto dicitur, quod filius est causa spiritus, sequatur ex isto spiritum habere duas causas, non oportet, quod dubitet in isto, quia nec Basilius hoc intendit nec aliquis doctor Latinorum, ymo ecclesia Romana, 'que semper immaculata perman- sit', a talibus erroribus domino operante et beato Petro, ista sedes dudum et antiquissima profitetur, quod spiritus eternaliter est a patre et filio et procedit a patre et filio, non ut ex 35 duobus principiis, sed ex uno, non ex duabus causis, sed ab una, ymo anathematizat quos- cumque | dicentes duas causas, quia hoc esset impossibile, et hec est ratio evidentissima; nam pater est principium filii et spiritus, secundum coessentialiam divinam, et est in patre ut communicabilis filio et spiritui, et ideo communicando essentialiam filio filius accipit essen- tiam non ut communicabilem filio, sed acceptam, sed bene ut communicabilem spiritui, quia 40

4 licet non V.    6 conditionem CV.    12 conditio V.    17 assimili V.    19 iudicium V.  
20 iudicium V.    22 conditione V.    24 antirephis V.    26 a patre V.    27 post verbum  
filii *spatium vacuum duorum fere vocabulorum*    31 isto filio dicitur, quod filius V.    40 com-  
mutabilis V.

25 cf. Ps.-BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. V = MIGNE PG 29, 732 A.  
33 cf. p. 234<sub>39</sub>.

28 cf. *Hebr.* 1, 3.

- non repugnat <filio> es[se] principium, quo producitur spiritus et quia est unum numero principium sicut est una essentia, est unicum numero, et ab hoc principio provenit ut spiritus producat, sic sequitur ex hoc scriptura testante: 'nam que habet pater, mea sunt', et dixit: 'de meo accipiet'. Hoc unum principium numero facit non posse esse duo. Contradicens  
 5 igitur Eunomio et arianis secum, qui sequebantur duo principia, vult unum esse principium in duobus et anathematizare contrarium dicentes. Et hoc ponit Basilius dicens: 'Ut se habet filius ad patrem ordine et dignitate, non sequitur, quod sit 2<sup>a</sup> natura', quia natura eadem est in utroque, et quia est eadem numero in utroque, nec pater est causa spiritus nisi ratione essentie nec filius nisi ratione essentie, que est communicabilis, et illa est una numero, dato  
 10 quod sit accepta a filio, a patre. Ita sequitur, quod nullo modo sint duo principia, et hoc volui dicere incidenter, ut confidentius confiteatur veritatem libri [no]stri. Beatus Gregorius in dialogo dicit, qualiter nos debemus habere, cum est diversitas in libris. Quidam Narses patricius Constantinopoli erat devotus Gregorii, et cum esset ipse, qui fuerat ibi legatus longo tempore, scripsit sibi sic: Quod in tertia synodo invenerat certos damnatos et rogat, ut quid de  
 15 eis illis disponat. Beatus Gregorius respexit ad synodum, que erat Rome, et non reperit illa, et dicit sic: 'Dubito, quod factum sit in hac 3<sup>a</sup> synodo prout factum fuit in quarta synodo, quia post illam | quidam Thimotheus et Acacius reversi sunt ad opinionem cum hereticis contra concilium Calcedonense, et primum quod fecerunt, raserunt de Calcedonensi synodo, quod erat contra eos, et facta est dissensio usque ad <Vigilium> papam, quo tempore  
 20 fuit reperta corruptio. 'Consideret caritas vestra vetustos codices tertii synodi, et videatis, si quid tale reperitur, et si quid inveneritis, transmittatis, que mox transmittam vobis cum codicibus.' Passim non credatis modo in hac controversia, etiamsi essent mille volumina falsa, ut essent aliqua pauca antiquissima, ut nostri libri sunt, debemus dare fidem huic antiquitati.
- 25 **CARDINALIS.** Quantum ad librum, si est corruptus vel non, auditum est; tres libri sunt, duo antiquissimi pro nobis, unus pro vobis. Satis pro nunc, quia dominus Ephesinus fuit longus in responsione.
- ANDREAS.** His finis extitit huius concertationis.

<COLLATIO XX (FLORENTINA VII), 21 MARTII 1439>

- 115r** 30 | <ANDREAS>. Die XXI martii cepta est disputatio, qua respondendum est dictis Gregorum. Incepit imperator.
- <IMPERATOR>. Serenitas nostra et nostri non eramus parati, et dominus Ephesinus ex suo casu non potuit venire, nec potui loco illius deputare. Quia dictum fuit mihi, feci, ut venirent alii omnes, ne viderer fugere responsiones; quicquid placuerit dicere, dicatis, quia nostri  
 35 non sunt parati, et non respondebitur hodie.
- CARDINALIS.** Dominus provincialis prosequetur.
- IMPERATOR.** Placet.

1 impugnat V.                    1 post repugnat spatium vacuum trium fere vocabulorum.                    5 vult cum signo compendii super tres ultimas litteras V.                    11 vestri V.                    12 Quidam Nartius V.                    15 repiit V.                    17 illud V.                    17 ante quidam: illud || Acasius V.                    19 post ad spatium vacuum duorum fere vocabulorum.                    20 correptio V.                    28 post concertationis spatium vacuum paginae dimidiae cum nota marginali: Nil deficit V.

3 Io. 16, 15.

11 cf. GREGORIUS I, *Epist. lib. V, 13* = Migne PL 77, 806 C, 807 A.

INTERPRES. Placeat plane dicere, ut scriptores possint scribere.

PROVINCIALIS. Optassem supra modum isto die, ut dominus Ephesinus esset presens, ut satisfaceret duabus auctoritatibus sibi propositis et ut audiret responsa proposita per eum, sicut serenitas domini imperatoris et ipse promisit. Sequendo ordinem inter me et ipsum inchoatum, quia intraveram inducere testimonia ad probandum hanc veritatem, ita procesiss- 5 sem per omnia testimonia usque ad finem. Et quia interceptam viam meam, inducendo, que habebat, placuit dominis meis, ut ego sequerer primum ordinem et postea venirem ad solutionem, ut primo inducantur testimonia singularia pro parte nostra pro hac veritate, quibus ut veris fundamentis accederem ad confutationem dictorum per eum, et hic est debitus ordo processus in hac materia. Primo secundum quod inchoavit, inchoabimus a fundamentis sacre 10 scripture. Secundo inducentur quedam testimonia certorum nostrorum Latinorum doctorum, qui fuerunt cum magna veneratione recepti in antiquis sinodis. 3<sup>o</sup> inducemus testimonia magnorum doctorum Grecorum, quorum auctoritas fuit recepta in sinodo 4<sup>o</sup>, et respondebo ad obiecta, que per eum deducta sunt.

Quo ad 1<sup>m</sup> reperimus in sacris scripturis, quod spiritus dicitur 'spiritus filii' iuxta illud 15 'misit deus spiritum filii sui in cordibus vestris' et alibi 'si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius' et in actibus apostolorum 'temptaverunt ire Bitiniam, et non permisit | 115v spiritus Yhesu' et multa alia consi[mi]lia in scripturis. Ex his arguitur sic. Spiritus filii dicitur; spiritus filii spiritus, et importat habitudinem et quendam respectum, nec potest dici, quod sit spiritus filii secundum humanitatem tantum, sed prout Christus est divina persona; 20 ratio, quia si diceretur secundum humanitatem 'spiritus Christi', non haberet in se spiritum nisi ut alii homines sancti; hoc autem falsum est, quia non solum fuit plenus spiritu secundum humanitatem, ymo ut deus dedit spiritum aliis. Et hoc apparet ex scripturis sacris iuxta illud Iohannis 'de spiritu suo dedit nobis' et alibi in actu apostolorum 'dedit spiritum sanctum timentibus se'. Modo nullus unquam sanctorum reperitur, qui dederit spiritum sanc- 25 tum, sed dicitur, quod illi 'imponerent manus et illi accipiebant spiritum'. Non ergo potuit dare spiritum nisi ut deus. Cum ergo dicitur 'spiritus filii', oportet, ut importet habitudinem et respectum ad personam divinam, aut ergo hic respectus est originis aut dicitur absolute spiritus filii sine ista habitudine. Istud secundum non potest dici, quia nihil dicitur esse alterius absolute nisi ut eius possessio, quod scilicet habet dominium super illam rem, sicut 30 dicitur de servo absolute, quod est domini sui; secundum quid bene potest aliquid esse alterius absque hoc quod ille habeat auctoritatem super eum, sicut dicimus: iste est amicus meus, iste est frater meus. Sed quod dicatur absolute: iste est meus, non dicitur nisi de his, que habentur ut possessa. Hoc autem non potest intelligi in divinis, quia nulla persona est serva alterius nec altera habet dominium super alteram; ergo hec habitudo est originis, ita ut dica- 35 tur 'spiritus filii', quia est secundus a filio dignitate et ordine et filius est principium et 2<sup>s</sup> spiritus. Et hec est prima ratio ex scriptura, supra quam fundantur testimonia omnium sanctorum doctorum tam Latinorum quam Grecorum, ut apparebit in testimoniis allegandis.

Hec est secunda ratio. Reperimus in sacris scripturis maxime in evangelio Iohannis, quod spiritus mittitur a patre iuxta illud 'paraclitus, quem mittet pater in nomine meo'. 40 Invenitur, quod mittitur a filio ibi, cum venerit 'paraclitus, quem mittam vobis'. Ex his

3 prepositis V. 11 post doctorum erat prius scriptum quorum auctoritas fuit recepta in sinodo  
4<sup>o</sup> V. 18 consilia V.

2 cf. GILL 393<sup>25-26</sup>. 16 cf. Gal. 4, 6. 16 cf. Rom. 8, 9. 17 cf. Act. 16, 7.  
24 1 Io. 34, 13. 24 Act. 5, 32. 26 Act. 8, 17. 40 Io. 14, 26. 41 Io. 15, 26.

116r fundatur hec ratio : nullus potest mitti ab alio, nisi mittens habeat auctoritatem super illum. Discurrendo per | omnia exempla : quia si dominus mittit unum famulum, apparet, quod dominus habeat potestatem super familiarem. Item consiliatores mittunt ad prelium dominum et in hoc apparet auctoritas maioris sapientie et maioris notitie, quia de consilio 5 illorum dirigitur. Invenimus arbores, que emittunt flores et fructus, et in hoc apparet origo, quia arbor emittendo producit sibi simile, quia ex illis seminibus generantur similes arbores. Primi duo modi nullo modo reperiuntur in divinis, quia una persona non est potentior altera nec sapientior altera. Sed bene una persona originatur ab altera, cum dicatur, quod persona spiritus mittitur, oportet, quod hec temporalis missio de necessitate presupponat originem 10 ab illa persona, a qua mittitur. Et hec est secunda ratio, fundata in hoc textu scripture et super hac ratione multa testimonia sanctorum doctorum ponuntur Grecorum et Latinorum.

3<sup>a</sup> ratio scripture est : nos reperimus, quod per spiritum configuramur ipsi filio dei ; ista configuratio habetur in verbis apostoli in 2<sup>a</sup> epistola ad Corinthios : ‘ Signavit nos et unxit nos et dedit nobis pignus spiritus ’ secundum quod facit nos spiritus filios adoptivos. Modo 15 ex hac auctoritate sumitur talis ratio. Illud, per quod aliquid alteri configuratur, oportet, ut habeat esse ab eo, cui configuratur. Et de hoc <est> exemplum in naturalibus, ut melius capiatis : nos dicimus sic, quod semen animalis <est> id, <per> quod generatu[m] efficitur simile ipsi generanti ; modo illud semen de necessitate est, ut sit decisum ab illo, cui assimilatatur res producta, et propter hoc semen hominis non producit asinum, sed solum hominem, 20 a quo est decisum. Hec sunt exempla quo ad hoc, non tamen satis similia, ut solum hoc intelligamus, quod id, per quod assimilatur, est decisum ab eo, cui assimilatur. Cum ergo spiritus habeat hoc, quia per ipsum configuramur filio, necesse est dicere, quod spiritus habeat a filio, et super hac ratione multum fundantur quidam doctores Greci, videlicet Basilius et Athanasius dicentes, quod sicut filius est ymago patris ut existens naturaliter a suo exemplari, ita 25 spiritus dicitur ymago filii. Et hoc apparet in antiretis ex Basilio clare, et ex Athanasio in prima epistola ad Serapionem.

116v Quarta ratio, que sumitur ex scriptura, cum dicit : ‘ ille me clarificabit, quia de meo accipiet ’ ; nam si spiritus accipit a filio, necesse est, ut procedat ab eo. Non potest dici, quod spiritus accipiat aliquid, | quod prius non habuerit, quia esset indigentis et mutabilis 30 nature, quod omnino absurdissimum est dicere. Oportet, ut quicquid spiritus accepit a filio, ab eterno acceperit. Ex ista auctoritate si ab eterno spiritus accepit a filio, tunc sequitur, quod ab eterno processit ab eo. Rationem huius dicti assignat Christus dicens (sequitur) : ‘ Omnia que habet pater, mea sunt ’ ; propterea dixi : ‘ de meo accipiet ’. Ex hoc dicto habemus, quod omnia, que filius habet, accepit ab eterno a patre, ergo naturam divinam et virtutem 35 spirativam secundum quam spiratur spiritus, quia hec virtus spirativa nullo modo repugnat filiationi, sicut una est natura patris et filii. Si ab eterno spiritus est de substantia patris sive de natura patris, necesse est omnino dicere, quod sit de natura et substantia filii, nec est intelligibile oppositum, quia dicit : ‘ omnia, que habet pater, mea sunt ’, et hec est causa, quia ‘ a me accipit ’ spiritus et omnia, que non repugnant proprietati sue, quia relationes solum 40 multiplica[n]t in divinis et non alias. Ex hoc verbo habetur, quod prima radix huius proces-

6 quod V.  
36 filiationem V.

10 testu V.  
40 multiplicavit V.

13 Chorinthios V.  
40 hius V.

17 generatur V.

32 hius V.

13 2 Cor. 1, 22.  
16, 15.

27 Io. 16, 14.

32 Io. 16, 15.

33 Io. 16, 14.

38 Io.

sus est pater, et filius non habet ex se, ut producat spiritum, sed a patrē. Propter hoc doctores dicunt, quod principaliter procedit a patre, quia filius ex se non habet nisi a patre, et hoc beatus Augustinus declarat in 4<sup>o</sup> de trinitate cap. XX: 'Cum venerit paraclitus, quem mittam a patre'; dicit Augustinus, 'quare dicit: a patre', et tamen supra dixit: *paraclitus, quem mittet pater in nomine meo*, non dixit: a me, ut in alio dixit; et declarat Augustinus hanc causam, quare pater est principium et fons totius deitatis, et propter hoc illa persona, que procedit a patre et filio, quandoque refertur ad patrem, a quo est filius, nulla facta mentione de filio, quia ex hoc satis intelligitur, quod procedat a filio, cum pater sit primum principium et origo totius divinitatis; non habet ab alio, quod producat personam in divinis, sed ex se habet, quia a nullo est, filius autem ex se non habet, quia est persona, que est ab alio; modo pater, in quantum est pater, non dicitur principium spiritus, sed in quantum inest in eo natura divina, est virtus spirativa, et ideo communicando naturam divinam et virtutem spirativam filio non potest communicare paternitatem, secundum quam distinguitur a filio, sed omnia illa, secundum que est principium spiritus | et finis et origo totius divinitatis, illa communicantur filio, sed non potest communicari filio, ut sit prima radix divinitatis, quia repugnat proprietati filii, et sic est clarum, quare spiritus dicatur principaliter a patre, non quod sit plenius aut perfectius a patre quam a filio, quia habet eandem naturam divinam et virtutem spirativam, secundum quam sunt unum principium, nec alio modo intelligi nunc, ut sint unum principium, patet ex his, quia spiritus accipit a filio, ex hoc, quod filius accipit a patre, quia unum et idem est numero, quod habet pater et filius, hoc nisi excepto, quod pater a nullo habet et filius a patre, quod unum et idem principium sit spiritus, debet intelligi. Et tamen dicitur per Basilium, quod 'filius est secundus ordine et dignitate', et 'spiritus 2<sup>a</sup> dignitate a filio'; non debetis intelligere, ut sint due cause aut duo principia, quia illamet dignitas, qua pater producit spiritum sanctum est, qua filius producit spiritum, et hoc sufficit quoad hanc quartam rationem.

Quinta ratio ex scriptura est hec. Invenimus, quod filius operatur per spiritum iuxta illud epistole ad Hebræos: 'obtulit semetipsum per spiritum sanctum', et ita invenietis in testimoniis adducendis, quod per spiritum operatur filius. Modo formatur hec ratio ex hac auctoritate. Quandocumque aliquis per aliquem dicitur operari, oportet, ut operans vel det virtutem operativam ei, per quod operatur, vel e contra, verbi gratia: Rex operatur per baylivum; clarum est, quod rex dat virtutem operativam baylivo vel e contra, quando dicimus: baylivus operatur per regem, denotatur enim, quod id per quod baylivus operatur, det virtutem ipsi operanti scilicet baylivo, et hoc est una maxima in philosophia naturali. Modo ex quo scriptura dicit, quod filius operatur per spiritum, <quia> multa miracula in virtute spiritus faciebat filius, oportet dicere, quod aut spiritus dat virtutem operativam filio vel e contra, et cum virtus operativa non sit aliud quam essentia divina, prout omnes doctores volunt et ratio hoc necessario concludit, idem est dicere dare virtutem operativam et essentiam. Nullus doctorum dicit, quod filius accipit essentiam a spiritu, sed e contra; sic ergo ex hac ratione, prout Christus est persona divina, necesse est dicere, quod si operatur per spiritum, quod det virtutem operativam et essentiam divinam spiritui, et accipere essentiam et virtutem est id, quod procedere. Ex hoc sequitur ultima ratio, quod doctores sancti et vestri Greci, cum dicunt, quod spiritus est a patre per filium vel quod ipse spirat | spiritum per filium, necesse

1 et non V.

16 quod si V.

3 AUGUSTINUS, *De Trinitate, lib. IV, c. 20* = MIGNE PL 42, 908.  
*nomium, lib. III, c. 1* = MIGNE PG 29, 656 A.

22 cf. BASILIUS, *Contra E-*  
*27 Hebr. 9, 14.*

- est dicere, quod spiritus accipiat esse a filio, et ratio hec est : semper enim id per quod quis operatur, est principium illius operationis ; sic, si aliquis operatur, id per quod operatur, est principium operationis, ut si rex per baylivum operatur, baylivus est principium et origo illius operationis, licet habeat virtutem operandi et illud operetur a rege, et sic idem erit dicere,
- 5 quod spiritus sanctus sit a patre per filium et quod sit a filio. Et si quis vellet dicere, quod quia filius accipit a patre, quod sit principium spiritus, et pater a nullo accipit, quod non velit concedere, quod spiritus sit a filio, sed a patre tantum, quia minus leviter movetur. Si ego moveo lapidem per baculum medium, nullus dicet, quin lignum vel baculus moveat lapidem, licet baculus moveatur a manu, nec quis dicet, quod Iacob non venit, ac si [t] ab Ysaac, quia
- 10 <Isaac> venit ab Abraam. Si hec sunt in humanis : quod est principium eius, quod ab eo est, quanto magis in divinis, ubi est una et eadem natura et virtus numero, secundum quam pater producit spiritum et filius, sicut ergo verissime dicitur, quod creature sunt a filio, non obstante quod filius sit a patre, ita et spiritus verissime et certissime a sanctis doctoribus et a sacra scriptura dicitur accipere et procedere a filio, non obstante quod filius sit a patre, et
- 15 dicentes esse a patre per filium et negantes non esse ex filio videntur negare propriam vocem. He sunt pauce rationes pro nunc, que fundantur in sacra scriptura, in quibus doctores Latini et Greci se fundant, ut apparebit in testimoniis, ut dicit beatus Thomas in questionibus de potentia dei, volens declarare opiniones sanctorum, ipse format rationes fundatas in scripturis.
- 20 Veniamus ad 2<sup>am</sup> partem, ad testimonia patrum. Inchoabimus a doctoribus nostris Latinis primo, quia alias inchoaveramus a Grecis. Et introducta fuit illa die, et 1<sup>o</sup> a beatissimo Leone papa ratione 4<sup>1</sup> concilii Calcedonensis, ex quo maxima viri huius fuit auctoritas et ut omnes intelligant suam auctoritatem, advertite. Omnes patres Calcedonensis concilii in illa al[lo]cutione habita ad Martianum imperatorem, que incipit : ‘ Et hoc profecto nostrum debebat
- 25 imperium ’, ita dicunt de Leone : ‘ <Invulnerabilem> nobis <contra> huiusmodi errorem propugnatores deus providit, [Romane] ecclesie presulem ad victoriam preparans, doctrinis eum per omnia veritatis <accingens>, ut quemadmodum et Petrus etiam affectu ferventiore <decertans> omnem ad deum sensum intelligentiam ve perducit ’. Et VI<sup>m</sup> concilium hoc dicit de Leone in sermone ad Constantinum | imperatorem : ‘ Leonis ’, inquit, ‘ [tuba]
- 30 ut rugitus leonis viriliter ex Roma rugiens, archimandritam bestiam terruit, et a monastico grege deiecit, omnem suam opinionem reprobavit ’. Hic doctor epistolam fecit, que columna fidei est contra omnes errores ... sanctarum, distinct[a]m per XXIII capitula. Etiam ante concilium Calcedonense, quid dicat de processu spiritus, audite textum antiquissimum ex originali.
- 35 ANDREAS. Lectum est. ‘ Leo episcopus Turibio Auristicensi episcopo yspano. Primo itaque capitulo demonstratur, quam impie sentiant de trinitate divina, qui etiam patris et filii et spiritus sancti unam atque eandem asserunt esse personam, tanquam idem deus [nunc] pater,

118r

9 nequis || sic V.      20 2<sup>o</sup> V.      22 hius V.      23 altercatione V.      24 habiti V.      25 ubi  
in testimonio Leonis papae puncta sunt notata, habetur in Ms. spatium vacuum duorum fere vocabulorum, quat-  
tuor vicibus || huius] hoi cum linea supraducta V.      26 ratione ecclesie ; in margine : actus Leonis  
V.      27 fectu V.      28 producit V.      29 turbula V.      30 et amphyastice V.  
32 ante sanctarum spatium vacuum duorum fere vocabulorum || distinctam V.      36 sentiat V.  
36 quia V.      37 nunc] non V.

17 cf. THOMAS Aq., *Quaestiones disputatae, De potentia, q. X, art. 4, in editione Parmensi, VIII, 210.*  
24 concilium Chalcedonense, allocutio synodi = MANSI VII, 456 C; SCHWARTZ, II, III, 3, 114<sub>17-20</sub> hunc  
textum versionis Rustici praebet : nobis impenetrabilem omni errore propugnatores deus providit, et Romanae  
ecclesie papam ad victoriam preparavit, doctrinis eum per omnia veritatis adstringens, ut quemadmodum Pe-  
trus, et hic affectu ferventiore decertans omnem ad deum sensum intelligentiamque perducit.



[nunc] filius, [nunc] spiritus nominetur neque alius sit, qui genuit, alius, qui genitus est, alius, qui ab utroque procedit, ad blasphemie genus de Sabellii opinione sumpserunt'.

<PROVINCIALIS>. Ex hoc dicit Leo, quod impie sentiunt de trinitate divina, qui dicunt tamquam nec alius sit, qui genuit et alius, qui genitus est et alius, qui ab utroque procedit, et sic hic est expressum pape testimonium, cum dicit, quod est impie sapere, qui hoc non tenet. 5  
Item Leo papa in sermone de Pentecosten: 'Siquidem tum et de patre sit filius unigenitus, et spiritus sanctus patris filiique sit spiritus non sicut quecumque creatura, que etiam patris et filii est, sed sicut cum utroque vivens et potens et sempiternus ex eo, quod est pater filiusque subsistens'.

PROVINCIALIS. Ex hoc testimonio valde notandum est propter sequentia, quia declarat 10  
manifeste ex quo sentit, quomodo debeant accipi auctoritates scripture, cum dicit, quod spiritus est spiritus filii et spiritus patris, quia ponit similitudinem, quia cum filius sit unigenitus, et patris et filii sit spiritus, non debet intelligi ut creatura a deo, sed sicut cum utroque potens et vivens et sempiternus, ex eo quod est patris filiique subsistentis; esse ergo patris et filii est ex eo, quod est pater filiusque subsistens et quod est hoc in divinis est natura divina 15  
quasi dicat, quod spiritus sanctus subsistit ex patre filioque.

2<sup>m</sup> testimonium, quod volumus adducere, ut ab antiquioribus inchoamus, est Damasus papa, de quo sic dicitur in Calcedonensi concilio.

GRECI. Nos admittimus; non commendetis.

PROVINCIALIS. Ego dico propter | hunc librum. Damasus litteris ad Paulinum da- 20 118v  
tis dispensatum sacramentum patefecit. Nos habemus librum, in quo Damasus papa confessionem sue fidei et anathematis omnium heresum, que processerant, ponit. Audiatis ex originali antiquissimo. Confessio fidei catholice, quam papa Damasus misit ad Paulinum Anthiocenum episcopum. 'Credimus in unum deum patrem et filium et spiritum sanctum, visibilium et invisibilium factorem, per quem creata sunt omnia in celo et in terra, hunc benedictum, et 25  
hanc esse unam divini nominis trinitatem, patrem non filium sed habere filium, qui pater non sit, filium non esse patrem, sed filium esse <de patris> natura, spiritum paraclitum esse, qui nec pater sit ipse nec filius, sed a patre procedat et filio. Est ergo ingenitus pater, genitus filius, non genitus paraclitus, sed a patre procedit et filio'.

Item beatus Ilarius, qui fuit tempore Athanasii vestri et magnus propugnator pro fide 30  
una cum Athanasio, qui passus est multa exilia per Arianos. Hic fecit librum de trinitate tempore Athanasii distinctum in XII libros. Quid dicat in hoc libro, audite. Ilarius in VIII libro de trinitate: 'Neque in hoc calumnior libertati intelligentie, utrum ex patre an ex filio spiritum paraclitum putent; non enim in incerto dominus reliquit; nam iisdem dictis ipse locutus est: *adhuc multa habeo dicere, sed non potestis nunc portare. Cum venerit spiritus veritatis, 35  
diriget vos in omnem veritatem; non enim loquetur a semet, sed quecumque audierit, loquetur et futura annuntiabit, ille me honorificabit, quia de meo accipiet, omnia que habet pater, mea sunt; propterea dixi: de meo accipiet et annuntiabit vobis.*' Et nunc rogo, an id sit a filio accipere et

2 Sabelen cum duabus lineis verticalibus supra litteram ultimam n V. 6 Pentecosten cum signo  
compendii super duas ultimas litteras en V. 8 et filiusque V. 17 Damassus V. 20 Da-  
massus || Paulum V. 22 expectaretur precesserunt. 23 chatholice || Damassus V.  
28 Est] et V. 32 dinctum || Ilarius — trinitate sunt sublineata, quasi essent delenda V.  
36 loquitur V.

24 Ps.-DAMASUS = HAHN 275-276.  
10, 250 C - 251 B (aliquibus vocabulis omissis).

33 HILARIUS, *De Trinitate, lib. VIII, c. 20* = MIGNE PL  
35 Io. 16, 13-5.

a patre procedere id ipsum atque unum esse estimabitur. Ipse deus ait : *quod de meo accipiet, hoc, quod accipit, sive potestas sive virtus sive doctrina est, filium a se accipiendum esse dicit, et rursus significat accipiendum esse a patre ; non habet hec unitas diversitatem, nec differt a [quo] acceptum sit ut datum a patre, datum videatur a filio.*

5 PROVINCIALIS. In 2<sup>o</sup> libro dicit : ' de spiritu nec tacere oportet neque loqui necesse est, quia a patre et filio auctoribus confitemur, quod spiratur a patre et filio et ab utroque procedit '.

119r

PROVINCIALIS. Et in fine | libri oratur : ' Conserva hanc, oro, fidei mee incontaminatam religionem et usque ad excessum spiritus mei dona mihi hanc conscientie mee vocem, ut quod in regenerationis simbolo baptizatus in patre et filio et spiritu professus sum, semper obtineam, patrem scilicet te et filium una tecum adorem sanctum spiritum tuum, qui ex te et per unigenitum tuum promerear, qui mihi ydoneus ad fidem testis est dicens : pater, omnia mea tua sunt et tua mea '.

PROVINCIALIS. Item beatus Ieronimus, qui fuit eo tempore, in tribus epistolis ostendit 15 spiritum procedere a patre et filio. In prima epistola ad Damasum : ' Credimus in unum deum patrem omnipotentem et unum dominum nostrum Yhesum filium dei et in spiritum sanctum deum, non tres deos, sed patrem, filium et spiritum, unum deum colimus et confitemur ; non ut unum solitarium, non eundem, qui sibi pater sit ipse et filius, sed patrem, qui genuit et filium, qui genitus est, spiritum vero non genitum, non ingentum, non creatum nec 20 factum, sed de patre filioque procedentem, patri filioque coequalem '.

PROVINCIALIS. Item Ieronimus scribens ad Augustinum et Alipium incipit : ' Credamus ; ex filio enim pater dicitur et qui semper pater fuit, semper habuit filium, credamus in spiritum sanctum deum verum, ex patre filioque procedentem, equalem per omnia patri et filio voluntate, eternitate, substantia '.

25 PROVINCIALIS. Ieronimus in expositione Niceni simboli sic dicit, Ieronimus primo ponit symbolum, postea, cum dicitur de spiritu, exponit et dicit : ' et in spiritum sanctum, qui de patre et filio procedit, qui est deus verus sicut et filius '.

PROVINCIALIS. Hic Ieronimus fuit discipulus Gregorii Naz[i]a[n]zeni vestri, et ab eo habuit doctrinam. Consequenter successit Ambro[s]ius archiepiscopus Mediolanensis, qui 30 fuit tempore Basilii, temporibus scilicet Valentis et Valentiniani et Gratiani, qui pr[e]cesse- runt. Hic pater magnus doctor ad Gratianum tres libros scripsit, primum contra Arianos de trinitate, 2<sup>m</sup> de spiritu sancto contra Macedonianum, 3<sup>m</sup> de questionibus spiritus ad eundem Gratianum imperatorem. Quid autem dicat, audite. Quante reputationis fuit in 3<sup>a</sup> sinodo, gesta sunt amplissima, et cum Theodosius reversus est de Ytalia ad Constanti[nopoli]m, dixit 35 Naz[i]a[n]zeno : ' preter istum ... episcopum vero Ambrosium '. Quid dicat in 2<sup>o</sup> libro de spiritu, audite. Ambrosius X cap. libro 1<sup>o</sup> de spiritu sancto : ' Omni ergo ex loco mittitur spi-

1 post procedere aliqua vocabula praecedentia repetuntur, sed cum sint punctis infra notata, tamquam delenda considerantur V. 1 extimabitur V. 2 filius V. 3 nec ] ne 4 a p<sup>e</sup> V. 6 ante quod spatium vacuum trium fere vocabulorum. 10 profertur V. 28 Nazazeni (cf. lin. 35) V. 29 Ambrosius (cf. lin. 36) V. 30 post processerunt spatium vacuum trium fere vocabulorum V. 34 Constantiam V. 35 parat cum signo compendii in fine V || istam postea spatium vacuum unius vocabuli V.

5 HILARIUS, *De Trinitate lib. III, c. 29* = MIGNE PL 10, 69 A - 70 A. 8 HILARIUS, *De Trinitate, lib. XII, c. 57* = MIGNE PL 10, 471 A - 472 A. 15 Ps.-HIERONYMUS = HAHN 275-6. 21 non invenitur inter epistolas S. Hieronymi. 25 non invenitur apud S. Hieronymum. 31 cognoscitur solum unus tractatus S. Ambrosii de Spiritu sancto et Gratiano imperatori dedicatus. 35 Nectarius, non Gregorius Nazianzenus. 35 cf. THEODORETUS, *Historia ecclesiastica, lib. V, c. 17* = MIGNE PG 82, 1237 B. 36 AMBROSIUS, *De spiritu sancto, lib. I, c. 11* = MIGNE PL 16, 732 C.

ritus a[ut] quasi ex loco procedit, cum procedit ex filio, sicut cum filius dicit : *a patre processi et veni* '. Et infra eodem capitulo : ' Spiritus quoque sanctus cum procedit a patre et a filio, non separatur | a patre, non separatur a filio. Quemadmodum separari potest a patre, qui *spiritus oris* eius est' ?

119v

PROVINCIALIS. Hoc est testimonium satis clarum et accipit fundamentum ex scriptura, 5 cum dicit : *spiritus oris sui* sicut et Basilius et alii sancti ex hac auctoritate scripture *spiritus oris sui omnis virtus eorum* et, spiritu oris id est filii et aliis auctoritatibus concludunt, quod procedit a filio. Item qualiter debeat intelligi hic textus Iohannis : ' non loquetur a semetipso, et que habet pater, habet filius ', sed illuminet ordinem, prout Basilius contra Eunuomium fecit, ita declarat in hoc textu. Item dicit Ambrosius 2º libro ad Gratianum de spiritu, XI cap. : ' Quid est ergo : non enim a se loquetur, hoc est non sine me loquitur, quia loquor veritatem, sapientiam spirat ; non sine patre loqu[itur], quia dei spiritus est, non a se audit, quia ex deo omnia accepit patre fili[us], quia ipse dixit : *omnia tradita sunt a patre meo*, omnia patris habet filius, quia dicit *omnia, que habet pater, mea sunt* et que accipit ipse per unitatem nature ex ipso filio per eandem unitatem nature accepit spiritus sanctus, sicut 15 Iohannes de ipso filio declarat, cum dicit : de spiritu propterea dixi, quia *de meo accipiet et annuntiabit vobis* '.

PROVINCIALIS. Hic advertite, quia dicit : non a se audit, quia ab eo omnia accepit, ponit ordinem a patre filii et que filius accepit per unitatem nature, per eandem unitatem accepit et filius, et sicut filius habet se ordine et dignitate absolute, quia accepit, ita dicit hic magnus 20 doctor, dicit, quod spiritus absolute accipit a filio, non est credendum, quod aliter loqueretur spiritus in Basilio et Ambrosio, cum eodem tempore fuerint. Item Ambrosius dicit de fonte spiritus, hoc dicit Ambrosius libro 1º ad Gratianum de spiritu sancto, cap. XVIII : ' Accipe nunc, quia sicut pater fons vite est, ita filius fons vite est, eo quod apud te, inquit, deus omnipotens, filius tuus fons vite sit, hoc est fons spiritus sancti '.

PROVINCIALIS. Hic clarus doctor in 2º opere de spiritu sancto et in 1º libro etiam hoc clare ostendit sic dicens, quod enim de interioribus dei progreditur, non dei creatura, sed dei probatur esse substantia. Legatis verba. ' Cum interrogas, quomodo sit socius et equalis regi, quem regü constat esse honoris et generis ? Ergo, quia spiritus ex utroque procedit, ideo dicit : ' Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius ', et alio loco : ' et insufflavit et 30 dixit : Accipite spiritum ' etc.

PROVINCIALIS. Ex hac auctoritate unum debemus capere, quia assignando causam, quare ab utroque procedit, hoc solum dicit, quia scribitur : ' si quis spiritum Christi non habet ' etc. et hec habitudo spiritus, quia dicit[ur] : ' spiritus filii ', dicitur ex hoc, quia ab utroque procedit, et hec dixeram in prima ratione. Item eodem libro, ultimo capitulo. Quid est autem, 35 quod ex deo filius nasci dicitur, et spiritus procedere significatur ? Si requiras, quid inter nascentem et procedentem differat, evidenter hoc interest, quia iste ex uno nascitur, ille ex utroque progreditur, et in eodem cap. mitti a patre et filio dicitur, ut de ipsorum substantia procedere et unum cum eis opus agere dignoscatur.

1 an quasi V.  
fere vocabulorum V.

12 loquor V.  
27 ne dei V.

13 filii V.

19 post nature spatium vacuum trium

4 Pa. 32, 6.      8 Io. 16, 13 ; 16, 15.      11 AMBROSIUS, De Spiritu sancto, lib. II, c. 12 (non 11) n. 133-4 = MIGNE PL 16, 771 B-C.      13 Mt. 11, 27.      14 Io. 16, 15.      16 Io. 16, 14.  
23 AMBROSIUS, De Spiritu sancto, lib. II, c. 15 (non 18), n. 152 = MIGNE PL 16, 739 A-B.      30 Io. 20, 22-23.

120r PROVINCIALIS. Ex hiis duobus unum est advertendum. Primo, quod volens ponere differentiam | geniture filii et processionis spiritus sancti, assignat hoc pro ratione, quia filius ab uno nascitur et spiritus ab utroque. In 2<sup>o</sup> dat nobis unum notabile documentum, quod omnis missio temporalis presupponat processionem eternam a persona, que mittit. Unde  
5 dicitur mitti a patre et filio, dicitur ut de ipsorum substantia procedere et unum cum eis agere dignoscatur. In eodem libro Ambr<osi>us exponens, quomodo dicitur *spiritus filii*, dicit in ea parte, ubi exponit: 'Vos autem non estis vestri', dicit Ambrosius: 'Eundem dicit spiritum dei et spiritum Christi. Adverte, quia hanc personam Christi sub dei nuncupatione significat. Etiam hic spiritus per unitatem substantie et patris et filii et spiritus decla-  
10 ratur, et merito procedere ex utroque dignoscitur, et hunc dignitate distinctam personam et dignoscatur ex hoc fundamento, quia spiritus est spiritus patris, ut concludit Ambro-  
<si>us.

Sequitur Augustinus regeneratus in Christo ab Ambrosio, et volo dicere duo verba Ieronimi ad Augustinum in una epistola dicens: 'catholici te convictioni antique reversum fidei  
15 venerantur et suscipiunt omnes catholici, et quod signum glorie est, omnes catholici detestantur, et me persequuntur odio, ut quos gladio nequeunt, voto interficiant', et fuit tempore Celestini et Cirilli et vocatur ad 3<sup>am</sup> synodum a Theodosio imperatore; littere invenerunt eum mortuum. Quid dicat audite, et primo ad Petrum de fide, 1<sup>o</sup> cap.: 'Eternum quippe et sine initio est, quod filius de patris natura existat, extitit et eternus ac sine initio est, quod [spiritus] de  
20 natura patris filioque procedat', et in eodem cap. 'Unus est deus pater, qui solus essentialiter de se ipso unum filium genuit et unus filius, qui de uno patre solus est essentialiter natus et unus spiritus, qui solus essentialiter de patre filioque procedit', et infra, eodem cap.: 'Nec in illa trinitate proprium esset solius patris, quod non est generatus ipse, sed unum filium genuit, et non genuit spiritum, sed de patris essentia, nec proprium spiritus, quia nec natus  
25 est ipse nec genuit, sed solus de patre filioque procedit'. Item eodem libro, VIII regula: 'de fide firmiter tene et nullatenus dubites eundem spiritum, qui patris et filii eiusdem spiritus est de patre filioque procedere; dicit filius: Cum venerit *spiritus veritatis, qui a patre procedit*, ubi suum esse spiritum docuit, quia ipse veritas est, de filio procedere spiritum prophetica doctrina commendat. Ysaïas dicit de filio: 'Percutiet terram virga oris sui et spiritu labio-  
30 rum interficiet impium', de quo apostolus: 'quem interficiet dominus Yhesus spiritu oris sui', quem unus dei filius spiritum oris sui esse significans post resurrectionem insufflans ait: 'Accipite spiritum'; de ore Yhesu ait Iohannes in apocalipsi: Quia 'gladius utraque parte acutus procedebat', ipse spiritus oris eius procedit'. Item Augustinus ad Orosium de questionibus: 'Spiritum sanctum nec ingenitum nec genitum fide certa declarat. Quia si dix-  
35 rimus ingenitum nos patris affirmare videbimur. Si genitum, duos filios credere causabimur, sed ut fides certa tenet, nec ingenitus nec genitus, sed ut ait: a | patre filioque procedit. Item Augustinus libro 2<sup>o</sup> contra Maximum hereticum: 'Queris, an si de substantia patris est filius, de substantia patris est etiam spiritus, cum unus filius sit et alius non sit filius,

4 ante omnis in margine duo puncta. V. 10 hunc dignitate repetitur V. 14 catholici V  
|| reversus V. 15 chatolici V. 16 persequitur V. 18 filius de V. 30 spiritu  
oris V. 33 spiritu V. 35 videbimus V. 36 a repetitur ante patre V.

7 cf. AMBROSIUS, *De Spiritu sancto*, lib. I, c. 4, n. 56 = MIGNE PL 16, 718 B || cf. Rom. 8, 9.  
14 HIERONYMUS, *Epistola 141* = MIGNE PL 22, 1180. 18 Ps.-AUGUSTINUS (= FULGENTIUS), *De fide ad Petrum*, c. 1 = MIGNE PL 65, 674 A. 27 Io. 15, 26. 29 Is. 11, 4. 30 2 Thess. 2, 8.  
32 Io. 20, 23. 32 Apoc. 1, 16. 34 non invenitur citatio in tractatu S. Augustini ad Orosium apud MIGNE PL 42, 669 sqq. 37 AUGUSTINUS, *Contra Maximum*, lib. II, c. 14 = MIGNE PL 42, 770-1 (aliquibus vocabulis exceptis).

etiam respondeo : sive capias sive non, de patre est filius, de patre est spiritus sanctus, sed ille genitus, iste procedens, ideo iste filius patris est, de quo est genitus, iste spiritus utriusque, quoniam de utroque procedit. Et Iohannes : filius dicit : *de patre procedit*, quoniam pater processionis est auctor et genuit et gignendo fecit, ut ex ipso procedat spiritus, quia nisi procederet ex filio, non diceret discipulis : *Accipite* et insufflasset aperte ostendens flando, 5 quod spirando dabit occulte, et infra : ‘ Satis est nobis, quod non est a se, sed ab illo, a quo natus est, non est a se spiritus, sed ab illo, de quo procedit, et quia de utroque procedit, sicut iam ostendimus, unde et spiritus patris et filii est dictus ’ etc. Item idem in libro super Iohannem, 2<sup>a</sup> parte sermonis super illa parte : *ipse me clarificabit* ; querit hoc modo : ‘ hic aliquis forte quereret, utrum et a filio procedat spiritus sanctus. Filius solus patris est filius et pater 10 solus filii est pater. Spiritus sanctus non est unius eorum spiritus, sed amborum ; habens ipsum dominum dicentem : *Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris, qui loquitur vobis* ; habens apostolum <dicentem> : ‘ *Misit deus* ’, inquit, ‘ *spiritum filii sui in corda vestra* ’. Cum ergo sicut unus pater et unus spiritus filius, ita sit ipse spiritus sanctus profecto amborum est, quando dicit ipse dominus Yhesus : spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, 15 et apostolus dicit : ‘ *Misit deus spiritum* ’ oris sui ‘ *in corda vestra* ’, cur non credamus, quod etiam de filio procedat spiritus, cum filii quoque ipse sit spiritus ; si enim non ab eo procederet, non post resurre[ot]ionem se representans discipulis insufflasset : ‘ *Accipite* ’ etc. Quid illa insufflatio nisi, quod procedat spiritus etiam de ipso ? Ad hoc etiam illud, quod de muliere, que fluxum paciebatur, tetigit me aliquis, ego sensi virtutem ex me exisse ; virtutis nomine appellari spiritum ex eo clarum est, ut angelus dicente Maria : Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, respondit : ‘ Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi ’, et infra : Si ergo etiam de patre et filio procedit spiritus, cur filius dicit : ‘ a patre procedit ’, cum putas nisi quemadmodum solet ad eum referre etiam quod ipsius est, de quo et ipse est. Unde et illud est, quod ait : ‘ *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui 25 misit me* ’. Si hic intelligitur eius doctrina, quam dicit non suam ; sed patris, quanto magis intelligendum est de ipso procedere spiritum, ut ait : ‘ *de patre procedit* ’, ut non diceret : de me procedit. A quo habet filius, ut sit deus ? Ex his, quid deinde ? Ab illo habet, ut de illo spiritus procedat et per hoc spiritus ut etiam de filio procedat sicut procedit a patre, ab ipso habet patre. Item Augustinus de trinitate cap. XX eiusdem : Sicut emanatum esse est filio 30 a patre esse, ita mitti ex filio, cognosci, quod ab illo est et sicut spiritum unde dei esse est a patre procedere, ita mitti est cognosci, quod ab illo procedat, nec possumus dicere, quod spiritus a filio non procedat ; neque enim frustra idem spiritus patris et filii idem dicitur, nec video, quid aliud signi | ficare voluerit, cum insufflans ait : ‘ *Accipite spiritum sanctum* ’ ; neque flatus corporeus cum sensu corporali agendi procedens ex corpore Christi substantia fuit spiritus, sed demonstratur per congruas significationes non tantum a patre, sed a filio procedere spiritum sanctum ; et primo, quod ait dominus : ‘ quem mittam a patre ’, ostendit spiritum et patrem et filium, qui cum dixisset : quem mittet pater, addit : ‘ in nomine meo ’, non dixit : a me, ut dixit : ‘ ego mittam a patre ’ videlicet ostendens, quod to-

121r

5 post discipulis repetitur non diceret V.      9 post sermonis spatium vacuum trium fere vocabulorum V.      16 cur] cum V.      18 resurrexionem V.      30 est] ex V.

3 Io. 15, 26.      5 Io. 20, 23.      6 AUGUSTINUS, *ibidem*, 771.      9 Io. 16, 14.  
9 AUGUSTINUS, *Super Ioannem c. 16, tractatus* 99 = Migne PL 35, 1888-9.      12 Mt. 10, 20.  
13 Gal. 4, 6.      15 Mt. 10, 20.      16 Gal. 4, 6.      20 Lc. 8, 46.      21 Lc. 1, 34.      22 Lc. 1, 35.  
25 Io. 7, 16.      30 AUGUSTINUS, *De Trinitate, lib. IV, c. 20* = Migne PL 42, 908.  
34 Io. 10, 23.      37 Io. 15, 26.

tius divinitatis vel melius deitatis principium pater est ; qui enim ex patre procedit et filio, ad deum refertur, a quo natus est filius. Item idem XIII<sup>o</sup> de trinitate : ‘ Si ergo et quod dat principium habet eum a quo datur, quia non aliunde accepit illud, quod ab ipso procedit, fatetur patrem et filium principium esse spiritus, non duo principia, sed ut pater et filius unus  
 5 deus et ad creaturam relative unus creator et dominus, sic relative ad spiritum unum principium, ad creaturam [vero] pater et filius et spiritus unum principium sicut unus creator’. Item idem XV de trinitate cap. XXVII cap. : ‘ Demum in illa summa trinitate, que deus est, intervalla temporum nulla [sunt], per que possit ostendi aut saltem requiri, utrum prius de patre natus sit filius et postea de ambobus processit spiritus, quoniam scriptura sancta spiritum dicit amborum. Ipse est de quo dicit apostolus : quoniam autem estis filii dei, misit deus spiritum filii sui in corda vestra’, et in alio loco : ‘ quem mittet pater in nomine meo ’ de utroque procedere, sic docetur, quia ipse filius ait : ‘ de patre procedit’ et cum resurrexisset a mortuis et apparuisset insufflavit et ait : ‘ Accipite spiritum’, ut de se ostenderet et infra. Quapropter qui potest intelligere sine tempore generationem filii de patre, intelligat processionem spiritus de utroque et infra atque ita dictum est spiritum sanctum de patre procedere ut intelligatur, quod etiam procedit de filio, de patre ... quicquid habet, de patre habet filius, de patre habet utrumque, ut de illo procedat spiritus.

PROVINCIALIS. Post beatum Augustinum ante tempora Gregorii Dialogi fuit [Hormisda] papa, qui fuit tempore Iustini imperatoris, qui precessit magnum Iustin[ian]um, illo tempore erat turbata ecclesia Constantinopolitana propter Achacium patriarcham hereticum. et nonnullos sequaces Eutic[i]s post concilium Calcedonense. Unde succedens Iohannes Constantinopolitanus dans operam concordie illius ecclesie cum ecclesia Romana, fecit tractatus magnos, quos habemus hic, et convenit Iustinus cum Iohanne, ut tota illa ecclesia caperet fidem, quam [Hormisda] mitteret, ut ex conventionem fidei fieret conventio obedientie. Fecit [Hormisda] tomum fidei mittens Iohanni et Iustino et tota illa ecclesia et alii patriarche per eum  
 121v tomum fidei [Hormisde]. Hec verba sunt ex epistola ad Iustinum : | ‘ Magnum est quantum et incomprehensibile misterium trinitatis. Deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus, trinitas indivisa, et tamen notum est, quia proprium est patris, ut generaret filium, proprium est filii dei, ut ex patre patri nasceretur equalis, proprium est spiritus, ut de patre et filio procederet sub una substantia deitatis’. Incipiunt interea, que ad unitatem ecclesie. Nunc sequuntur auctoritates Gregorii Dyalogi, qui fuit post V<sup>am</sup> synodum tempore Mauricii imperatoris. Quid dicat, audite. In pastoralis, in symbolo : ‘ Credo in deum unum, oro patrem et filium et spiritum sanctum, nec genitum nec ingenitum, sed coeternum de patre et filio procedentem’. Item 2<sup>o</sup> libro moralium, cap. XXVII Unum quoque ‘ ipsa veritas, ut fidem auget, discipulis dixit : *Si non abiero, paraclitus non veniet ad vos*’. Cum constet paraclitum ex patre et filio procedere, se filium recessurum dicit, ut ille veniat, qui a filio non recedit. Item Gregorius libro 1<sup>o</sup> moralium : ‘ Paratisque conviviis holocaustum Iob pro filiis exhibuit,

1 vel] al *cum signo compendii* = aliis V.      2 datur V.      6 vero] non V.      8 sunt] fuit V.      16 *post patre spatium vacuum trium fere vocabulorum* V.      18 Honorino papa (cf. *lin. 24, 26*) V.      19 Iustinum V.      21 Utoces V.      36 procedere] procedetu *cum signo compendii* V.      37 exhibuit V.

2 AUGUSTINUS, *De Trinitate*, lib. V, c. 14 = Migne PL 42, 921.      7 *ibidem*, lib. XV, c. 25, 1092.      10 *Gal.* 4, 6.      10 *ibidem* || *Io.* 14, 26.      13 *Io.* 20, 32.      26 HORMISDA papa, *Epistola* 79 = Migne PL 63, 514 B.      32 *Symbolum apud IOANNEM DIACONUM, Vita Gregorii Magni*, lib. II, c. 2 = Migne PL 75, 87 B - 8 A.      34 GREGORIUS I, *Dialogi (non liber Moralium)* lib. II, c. 38 = Migne PL 66, 204 B.      35 *Io.* 16, 7.      37 GREGORIUS I, *Liber moralium I*, c. 22 = Migne PL 75, 541 B.

quia <pro> apostolis de predicatione redeuntibus redemptor oravit, bene autem mittendo sanctificare dicitur, quia dum spiritum, qui ex se procedit, discipulorum cordibus tribuit, quicquid culpe inesse potuit, emundavit'. Item idem 2<sup>o</sup> libro moralium: 'In cunctis fidelibus spiritus venit, sed in solo mediatore semper singulariter permanet, ipsum de humanitate non deseruit, ex cuius divinitate procedit'. Item XXX libro moralium: 'Venit hora, cum iam 5  
in proverbiiis <non> loquar, sed palam de patre nunciabo; palam de patre adnuntiare asserit, quia per patrem patefaciet tunc maiestatis sue speciem, a quo ipso gignente non impar oritur et quomodo ab utroque spiritus utriusque coeternus procedat, ostendit'.

PROVINCIALIS. Nunc autem, quia temporibus Iustini imperatoris floruit quidam doctor Boetius, qui scripsit libros in theologia de trinitate contra Arrianum, alium de duabus natura- 10  
ris in Christo contra Nestorium et Euticem, et unum de fide catholica, et multa alia in philosophia et theologia Graece linguae et Latine doctoribus. Dicit hic in libro de fide et trinitate: 'Hec autem religio una, que vocatur christiana ac catholica, hiis fundamentis nititur, asserens ex eterno id est ante mundi constitutionem, ante esse videlicet, quod temporis potest retinere vocabulum, divinam patris ac filii ac spiritus sancti exitisse substantiam, ut deum dicat pa- 15  
trem et filium, deum spiritum sanctum, non tamen tres deos, sed unum, patrem habere filium ex sua substantia genitum nota sibi ratione coeternum, | quem filium et alterius con- 122r  
fitemur fides, ut ipse sit, qui pater est nec patrem fuisse filium, ne rursus <in> infinitum humanus animus divinam progenerationem cogitaret, neque filium in eadem natura, qua patri coeternus est, aliquando fieri patrem, ne rursus in infinitum divina progenies tenderet, spiritum 20  
neque patrem neque filium ac ideo in illa natura neque genitum neque generantem, sed a patre et filio procedentem'. Item in libro de trinitate in fine: 'Ac si meminimus omnium in prioribus de deo sententiarum, ita cogitemus processisse quidem ex deo patre filium et ex utroque spiritum'.

PROVINCIALIS. Etiam tempore beati <Gregorii> Dialogi theologi floruit Ysidorus nomine in 25  
Yspania, qui multa volumina in scripturis sacris edidit, sed unum eius testimonium dicam. Fecit librum ethymologiarum divisum in XXII libros. In XII<sup>o</sup> libro et cap. III<sup>o</sup> sic ait: 'Hoc autem interest inter nascentem filium et procedentem spiritum, quia filius ab uno nascitur et spiritus ab utroque procedit. Ideo dicitur: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius'. Ex hoc dicto et omnibus premissis testimoniis potestis concludere, quod omnia testimonia, 30  
que dicunt spiritum procedere a filio, faciunt fundamentum in auctoritatibus scripture dicentibus, quod est filii, intelligentes illam <auctoritatem?> esse habendam spiritus.

Et quia modicum post istum doctorem tota patria Yspaniarum cum tribus... cum rege Ricardo, qui fuerat arianus cum predecessoribus suis, tota illa patria confutata heresi arianorum et ea anathematizata receperunt fidem et fuit necesse plura concilia in suo loco fieri, ut 35  
illa gens ex frequenti celebratione conciliorum facilius imbuerentur in fide, et hec concilia fuerunt magne auctoritatis, quia ante VI<sup>am</sup> synodum et I<sup>am</sup> tempore Leonis, et ut scribitur, quod concilium Calcedonense acceptavit concilium Sardicense contra reliquias Arii, in quo tempore fuit Osius Cordubensis, ipsius Osii papa, et Calcedonensis particularis contra Apollinarem, in

4 ipse V.                      7 patefactam V.                      11 Euticum || pylosophia V.                      13 cha-  
tholica V.                      15 divinum V.                      25 floruit repetitur V.                      33 post tribus spatium vacuum  
duorum fere vocabulorum.                      39 ipsi V.

3 *ibidem*, lib. II, c. 56, 598 B.                      5 Io. 16, 25 || GREGORIUS I, *Liber moralium* XXX, c. 4 = M-  
IGNE PL 76, 533 D-4 A.                      12 BOETIUS, *De Trinitate*, c. 1 = MIGNE PL 64, 1249 C, 1254 C.  
22 *ibidem*, 1254 C.                      27 ISIDORUS, *Etymologiae*, lib. VII, c. 3 = MIGNE PL 82, 268 C.

quibus aliqua de fide dicta sunt contra hereticos. Ita ecclesia Romana sedes apostolica et tota ecclesia universa Greca et Latina cum magna veneratione receperunt illa concilia, et ibi fuit factus tomus fidei hoc modo regula fidei catholice, quam episcopi Terraconensis, Cartaginensis et Lusitani et <Betici> fecerunt et cum precepto pape Leonis urbis Rome ad Balco-

5 num episcopum Galicie miserunt: 'Credimus in deum verum et patrem et filium et spiritum sanctum visibilium et invisibilium factorem, per quem creata sunt omnia in celo et in terra, unum deum patrem, unum esse filium, sed habere spiritum, qui pater non sit, filium non esse patrem, sed filium de patre natum, spiritum, qui nec pater sit nec filius, sed a patre filioque procedens'. Item in 3<sup>o</sup> concilio: 'Hic dicitur spiritus sanctus... confitendus est a patre et

10 filio procedere et cum patre et filio unius esse substantie'. Item in alio concilio, ubi anathematizantur heretici, dicunt: 'Quicumque spiritum | non credit a patre et filio procedere eumque non dixerit unum esse patri et filio et consubstantialem, anathematizetur'. Item in alia synodo: 'Credimus spiritum sanctum vivificantem ex patre filioque procedentem et consubstantialiter unum, qui ab utroque procedit; patrem a nullo factum, filium a patre non

15 factum, sed genitum, spiritum nec creatum nec genitum, sed procedentem ex patre filioque profiteamur'. Item in sequenti synodo: 'Spiritum sanctum neque genitum neque creatum, sed a patre filioque procedentem et consubstantialiter unum, qui ab utroque procedit'. Item in alia synodo: 'Credimus spiritum sanctum vivificantem ex patre filioque procedentem, cum patre et filio adorandum et glorificandum'. Item in XII<sup>a</sup> synodo Toletana: 'Fons est

20 pater totius divinitatis, ipse quoque pater, qui de ineffabili substantia sua filium ineffabiliter genuit, nec aliud quod ipse est genuit, spiritum quoque sanctum, qui est 3<sup>a</sup> in trinitate persona, non tamen genitus vel creatus, sed ab utroque procedens'. Item in XIII synodo: 'Credimus spiritum sanctum vivificantem a patre et filio procedentem, cum patre et filio conglorificandum'.

25 PROVINCIALIS. Omnes iste synodi ante VI<sup>am</sup> synodum fuerunt cum magna veneratione suscepte, et si ecclesia in his, que fidei sunt, dat auctoritatem doctoribus particularibus, ut apparet in multis collocationibus 4<sup>a</sup> synodi, a fortiori dedit talibus synodis auctoritate sedis apostolice congregatis, et per eandem sedem firmatis, in quibus magni doctores fuerunt, sicut dicitur de... ut de concilio Cartaginensi ante 3<sup>am</sup> synodum, que damnavit Pelagium, ita concilia declarantia contra errores que insurgunt, approbantur. Multi sunt in ecclesia nostra doctores, qui clare hanc materiam declararunt, quos pro nunc omittimus, ut omnes conveniamus in illis notoriis tam Grecis quam Latinis, qui fuerunt ante VII<sup>am</sup> synodum. Sic 2<sup>a</sup> pars est expedita, in qua dixeramus, quod aliqua testimonia Latinorum doctorum adducerem pro veritate. Dixeram, in 3<sup>o</sup> loco intrare doctores Grecos, etiam eorum, qui sunt in magna veneratione, qui

35 ut fulmina hanc veritatem declarant, et ideo intrabimus hanc terciam.

3 tonus V.                      4 post et spatium vacuum unius fere vocabuli V.                      9 post sanctus spatium vacuum trium fere vocabulorum V.                      10 anatemathizantur V.                      12 ante non repetitur spiritum V.  
 || post dixerit spatium vacuum duorum fere vocabulorum V.                      14 consubstantiali || pater V.  
 15 procedentemque spiritum V.                      19 Toletana V.                      27 in multis in locutionibus V.  
 27 tallibus synodum V.                      28 firmate V.                      29 post dicitur de spatium vacuum quattuor fere vocabulorum V.

5 concilium Toletanum I = MANSI III, 1003 A = ALDAMA 30.                      9 concilium Toletanum III, MANSI IX, 978 D.                      11 concilium Toletanum III, MANSI IX, 985 A = HAHN 233.                      13 concilium Toletanum IV, MANSI X, 615 D.                      16 concilium Toletanum VI, MANSI X, 662 A.                      18 concilium Toletanum XII, MANSI XI, 1027 D.                      19 concilium Toletanum VI (non XII), MANSI XI, 661 E (citatio imperfecta).                      22 concilium Toletanum XIII, MANSI XI, 1062 D.



|<ANDREAS>. Die XXIII martii facta est conventio alia, VII publica; inchoavit provincialis. 123r

PROVINCIALIS. Insequentes ordinem primo institutum, transimus ad auctoritates sanctorum Grecorum, ut ex illis testimoniis innotescat veritas sanctorum Latinorum et Grecorum. Post auctoritates pridem allegatas magni Basilii sunt et alie eiusdem magni Basilii, quibus ostendit, quod idem est ordo spiritus ad filium, qui est filii ad patrem; nam in libro dicto *De antiretici*, in cap. *Qui participant creatori, sunt ad ymaginem*, dicit, quod 'ymago dei est filius et quod ymago filii est spiritus et qui participes illius sunt, filii conformes <sunt>, iuxta illud apostoli: *Quos predestinavit fieri conformes ymagini filii*'. Ex hoc habetur, quod <sicut> filius dicitur ymago patris, ita spiritus filii; ymago iuxta doctrinam omnium sanctorum patrum importat processionem in similitudine alterius, et hoc constat ex textu divine scripture, ubi sapientia vel scriptura loquens de sapientia divina, Sap. VIII cap. <VII> ita dicit: 'Emanatio quedam est claritas omnipotentis dei et ymago bonitatis illius emanantis', et importat processionem. Ergo impossibile est aliquem esse ad ymaginem, quin procedat ad eius similitudinem; id a quo procedit ymago, vocatur exemplar; non potest esse filii ymago in divinis, nisi naturalis, ergo accipit per hoc naturam a patre; quia accipit naturam, ergo dicitur ymago eius. Cum ergo spiritus etiam naturaliter procedat, quia natura divina sibi communicatur et datur et dicitur ymago filii, ergo oportet, quod accipiat naturam, esse a filio. Et cum Basilius hic nullam ponat contradictionem, sequitur manifeste, quod nec in primo libro debuit poni conditio. Item Basilius in [anti]reticis in alio cap.; sed legatur in Greco auctoritas prima. 5  
10  
15  
20

ANDREAS. Lecta fuit in Greco.

PROVINCIALIS. Incipit capitulum, de quo proxime dicebam, quod 'ut filius ad patrem <se> habet, ita spiritus ad filium'; idcirco sequitur statim: 'et filius dicitur verbum patris et spiritus filii, iuxta illud apostoli: *portans omnia verbo virtutis sue*'. Cum autem verbum patris procedat ab ipso et accipiat esse ab eo ut a causa et principio suo, et hic ponit, quod eodem modo se habet verbum filii ad ipsum filii, quia spiritus est verbum filii, ut ipse probat, nec ponit hic aliquam contradictionem; si hoc concedamus, ergo concedit, quod spiritus a filio procedat et quod filius sit causa. 25

ANDREAS. Fuit lecta hec auctoritas in Greco. 30

PROVINCIALIS. Multa alia essent testimonia magni Basilii, sed quia alii multi sunt, sufficiant hec de Basilio. Et quia in principio nos fecimus mentionem de illo sancto patre Epyphanio, et duo adduximus testimonia, restat, ut adducamus duo alia eiusdem testimonia in illo An[co]rato, quod alias allegavimus. Post illa testimonia hec infert: 'Itaque et pater erat semper, et filius | erat semper, et spiritus sanctus ex patre et filio spiratus'. Modo cum spiratio spiritus in divinis non sit aliud quam processio spiritus, ymo est actus notionalis respectu spiritus, et hic dicat, quod spiratur a patre et filio, sequitur, quod procedat ex patre et filio. 35 123v

ANDREAS. Fuit lecta in Greco hec auctoritas.

PROVINCIALIS. Item iste pater Epifanius in quodam libro, qui intitulatur *Contra here-* 40

1 lege VIII.            20 conditio V.            20 empireticis V (in graeco: ἀντιρετικὰ).            24 idcircho  
V.            31 magna V.            34 Anthyrato V.

6 liber de antireticis (ἀντιρετικὰ) est intelligendus || Ps.-BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. V = MIGNE PG 29, 724 C.    9 Rom. 8, 29.    13 Sap. 7, 25.    24 Ps.-BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. V = MIGNE PG 29, 724 C.    25 Hebr. 1, 2.    34 EPIPHANIUS, *Ancoratus*, c. 73 = MIGNE PG 43, 153 B.

*ticos*, ita inquit : ' Si autem Christus ex patre creditur deus ex deo et spiritus ex Christo, sive ab utroque, ut Christus ait : *qui a patre procedit et hoc de meo accipiet* '. Ex hoc apparet clara similitudo ad dicta Basilii sine ulla conditione penitus, ut nil clarius esse poterit, dicit : *quod si Christus creditur ex patre deus ex deo*, omnes hoc credunt, nec aliud est dicere quam quod  
 5 procedat deus ex deo ita dicit : ' oportet credamus spiritum ex ipso, ita ut sit deus ex deo sive ab utroque ', dicit Epiphanius. Quia item est dicere apud deum, quod spiritus sit ex ipso deus ex deo et quod sit ex utroque, et quod hoc sit, probat duabus auctoritatibus sacre scripture, primo quod sit ex patre deus ex deo, quia illud ' qui ex patre procedit ' ; 2<sup>o</sup> quod sit spiritus ex ipso deus ex deo, probatur ex illo : ' et de meo accipiet ' et cum ponat sine conditione, et  
 10 hic sanctus pater bene debuisset vidisse beatum Basilium, aut si precessit Basilium, Basilium debuit eum vidisse ; ergo de necessitate oportet dicere, quod illa conditio non potest stare in libro illo.

ANDREAS. Fuit lecta in Greco.

PROVINCIALIS. Ut nos procedamus secundum ordinem temporum, cum multe alie pos-  
 15 sent adduci auctoritates ex sancto Epiphanio, credimus hec sufficere de eo, et transeamus ad alia. Habemus apud Latinos translatum per beatum Ieronimum librum magni Didimi de spiritu sancto. Hic Didimus fuit preceptor Ieronimi et istemet Ieronimus de eo dicit in epi-  
 20 stola ad Amachium et Pomatum, quod iam canis spargebat[ur] caput, et magistrum magis decebat esse quam discipulum, tamen perrexit Alexandriam, ut Didimum audiret ; et vestri istorici videlicet Theodor[et]us, Socrates immensam laudem de scientia sua dicunt. Iste sic  
 25 dicit : ' Spiritus quoque sanctus, cum sit spiritus veritatis spiritusque sapientie, non potest filio loquente audire, que nescit, cum hoc sit quod profertur a filio ' ; et modicum infra ita dicit : ' Neque aliud quid est filius exceptis hiis, que ei dantur a patre, neque alia substantia est spiritus sanctus preter id quod datur a filio '. Ex hac auctoritate primo apparet, quod  
 30 talis est habitudo spiritus ad filium, qualis filii ad patrem, quia dicit, quod filius nil aliud est exceptis hiis, que dantur sibi a patre, modo nil datur filio a patre nisi eternum, quia aliter daretur ex tempore, et esset mutabilis, et hoc habetur in sancto Iohanne evangelista declarans, quid est, quod datur filio a patre ; dicit in cap. X : ' Oves mee vocem meam audiunt et se-  
 124r quuntur me, et ego vitam eternam do eis, et | nemo non potest rapere < eas > de manu  
 35 mea. Ego et pater unum sumus '. Id autem, quod est maius omnibus, ratione cuius nullus potest rapere oves suas neque < a se, neque > a patre, et secundum quod unum sunt patris et filii, non est aliud quam substantia et essentia divina, ut omnes sancti doctores exponunt ; ubi dicit hic sanctus Didimus, quod filius non est aliud quam quod datur sibi a patre, et spiri-  
 40 tus non est alia substantia preter id quod datur sibi a filio. Sic ergo nulla sit conditio ; hoc et credendum est Basilium etiam vidisse hoc opus de spiritu sancto, ergo non debuit poni illa conditio dubitativa. In prima auctoritate dicit, quod non potest audire filio loquente, que nescit, cum hoc subsistat spiritus, quod profertur a filio ; ex quo apparet, quod audientia spi-  
 ritus ab infra nil aliud est quam acceptio scientie, et cum scientia in deo et essentia sint unum, hec audientia et scientia erunt unum, et ideo Christus dicebat humanitus in evangelio : ' non  
 40 enim loquebatur a se ', quia non est a se ; ergo oportet, ut capiat ab illo, a quo audit ; ab illo

3 condicione V.            9 condicione V.            30 malus V.            31 post primum neque duo puncta  
 V.            34 conditio V.            36 conditio V.

1 EPIPHANIUS, *Adversus haereses*, lib. III, haeresis 74 = MIGNE PG 42, 493 B.            2 Io. 15, 26 ;  
 16, 14.            8 Io. 15, 26.            9 Io. 16, 14.            18 cf. HIERONYMUS, *Epistola* 84 = MIGNE PL 22,  
 745.            21 DIDYMUS, *De Spiritu sancto*, c. 36 = MIGNE PG 39, 1064 C.            23 *ibidem*, c. 37, 1065  
 D - 6 A.            28 Io. 10, 27-30 (*exceptis aliquibus particulis*).            39 Io. 16, 13.

audit, a quo procedit, secundum Augustinum, et dicit: 'Audire illius est scire et scire idem est quod esse', ut disputavit Augustinus; ex quo sequitur: ab illo, a quo audit, ab illo habet esse, sed a filio audit, ut hic et primo concessum fuit per vos, ergo a filio accipit esse. Illa scientia sempiterna est et illa audientia sicut essentia, ut Augustinus exponit. Quia tempore huius Didimi floruit Athanasius, ideo veniam ad testimonia magni et beatissimi Athanasii. 5  
Dicit in III<sup>o</sup> libro contra Arianos de filio loquens: 'Ipse, ut dictum est, spiritum dat, et quemcumque habet spiritus, hoc a verbo habet', et cum non habeat nisi eternum, et istud habet spiritus a filio, ergo sequitur necessario, quod procedat a filio.

ANDREAS. Fuit lecta auctoritas Athanasii.

PROVINCIALIS. Hic doctor Athanasius in primo libro contra Arianum ita dicit: 'Nam- 10  
que alia quidem omnia spiritus participantia sunt, ipse autem secundum vos cuius erit particeps filius? (loquens Arianis), ac ipse spiritus magis a filio accipit, et [ir]rationabile est dicere hunc ab illo sanctificari'; ergo apparet, quod spiritus accipit a filio et quod nullo modo filius potest sanctificari a spiritu, quia ipse filius est deus et producit spiritum sanctum et quicquid spiritus sanctus operatur, operatur ut productus a filio, et hoc est, quod dicit. Legatis. 15

ANDREAS. Fuit lecta hec auctoritas in Greco.

PROVINCIALIS. Item hic doctor Athanasius in quadam epistola, in qua exponit illa verba: *Quicumque dixerit verbum contra spiritum sanctum*, ita dicit: 'Docuit enim, quod omnia, que habet pater, filii sunt et ex filio spiritus accipiet, ille enim inquit: *de meo accipiet et ipse clarificabit filium* et, non filio spiritus dabit, | sed spiritum filius discipulis prebet'. 20 124v  
Ex hac auctoritate colligitur, quod debet intelligi: ex filio accipiet, et ita aperte exponit. Legatis.

ANDREAS. Fuit in Greco lectum.

PROVINCIALIS. Item iste doctor in quarta epistola ad Serapionem, cuius initium est: *Fortasse miraberis*, ita dicit: 'etsi filii est spiritus et a filio accipit omnia, ut ipse ait: *et in-* 25  
*sufflans dedit eum discipulis*', tria dicit. Primo, quod est spiritus filii, et ex illa habitudine dicit, quod accipit omnia a filio, ut omnes doctores Latini dicunt; et ex hoc, quod accipit omnia a filio per processionem eternam, quia alio modo nil potest accipere. 2<sup>o</sup> dicit, quod temporaliter dat eum discipulis, ergo omnis processio temporalis presupponit processionem eternam. Le- 30  
gatis.

ANDREAS. Lectum fuit in Greco.

PROVINCIALIS. Item iste doctor Athanasius in 3<sup>a</sup> epistola ad Serapionem circa principium, cuius initium est: *Legi et nunc*, ita dicit: 'quia ut dicit dominus, *non loquitur a se para-*  
*clitus, sed quemcumque audiverit, loquetur, quia de meo accipiet et annuntiabit vobis*, et *insufflans hunc discipulis dedit*, sic illum effudit pater super omnem carnem iuxta scriptu <ra>m, et idcirco 35  
igitur de ipso filio dei merito primum dictum et scriptum est, ut ex cognitione filii agnitionem

5 hius V      12 a spiritu accipit V.      12 rationabile V.      20 spiritum V.      32 circha  
V.      35 idcircho V.      36 merito 1<sup>m</sup> V.

1 cf. AUGUSTINUS, *De Trinitate*, lib. II, c. 3 = MIGNE PL 42, 848 (allusio).      6 ATHANASIUS, *Oratio III contra Arianos*, c. 22 = MIGNE PG 26, 376 A.      10 ATHANASIUS, *Oratio I contra arianos*, c. 50 = MIGNE PG 26, 118 A-B (allusio).      12 magis id est potius.      18 Mt. 12, 32.      19 Io. 16, 15 || locum S. Athanasii non inveni in ulla epistola eius ad Serapionem, sed solum allusiones, verbi gratia in epistola III (MIGNE PG 26, 625 B).      24 non epistola IV, sed III ita incipit; cf. MIGNE PG 26, 624 C.      25 ATHANASIUS, *Epistola IV ad Serapionem*, c. 2 = MIGNE PG 26, 640 A; haec incipit: 'Legi et nunc'.      25 cf. Io. 20, 22-23.      32 ibidem, sed epistola III ad Serapionem = MIGNE PG 26, 625 A-B.      33 Io. 16, 13-14.      34 cf. Io. 20, 22-23.

quoque ipsius spiritus recte habere possimus'. Et in hoc videtis, qualiter Basilius imitatur formam Athanasii, quia Athanasius dicit hiis verbis, quod prius tractandum erat de filio propter causas dictas, ut ex veritate eorum, que de filio essent dicta, clarescerent, que dicta essent de spiritu. Ita fecit Basilius contra Eunomium, et ponit comparationem valde notabilem: 'quam enim novimus proprietatem filii ad patrem, hanc habere spiritus ad filium inveniemus', et postea declarat, quomodo debent intelligi he habitudines, dicens: 'Quomodum filius dicit: *omnia que habet <pater>, mea sunt*, ita inveniemus hec omnia esse per filium; ecce quomodo comparationem acceptionis ostendens filium omnia capere a patre, et est 2<sup>o</sup> ordine et dignitate; hec omnia non possunt esse in spiritu nisi per filium, quia apud deum ex filio vel per filium accipere idem sit, licet sit varius modus loquendi; ponit aliam comparationem: 'Sicut pater ostendit filium dicens: *hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, ita spiritus filii est, ut ait apostolus: *Misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem abba pater*'. Unde omnes doctores Latini, ut audistis, dicunt, quod ex quo dicitur *spiritus filii* habetur habitudo spiritus naturalis sicut per hoc, quod dicitur *filius patris* im-

15 portatur habitudo originis naturalis a patre, et hoc idem dicit hic Athanasius. Legatis.

ANDREAS. Lecta est in Greco auctoritas.

125r PROVINCIALIS. Hic beatus Athanasius in prima epistola ad Serapionem, cuius initium est: *Littere sacre dilecti | onis tue*, ita dicit: 'Spiritus autem a filio accipit, ait enim: *de meo accipiet et [filius] in nomine patris venit; spiritus <sanctus>*, inquit, *quem mittet pater* 20 *in nomine meo*'. In his auctoritatibus fundat ordinem sequentem; hic dicit tria. Fundamentum est, quod accipit spiritus a filio. Postea dicit, quod filius non venit in nomine suo; hoc est verum, quia filius dicit in scriptura: 'non enim a me ipso veni'. Postea dicitur, quod spiritus in nomine filii mittitur. H[e]c est modo similitudo in hoc *venire*, quia sicut filius venit in nomine patris, ita spiritus in nomine filii, et sicut spiritus veniendo nomine filii accipit a filio, ita filius veniendo in nomine patris accipit a patre. Modo ex hoc ordine scripture infert Athanasius: 'Cum igitur talem ordinem et naturam habeat filius ad spiritum, qualem filius ad patrem, quomodo qui h[u]nc creaturam dicat, non idem de filio necessario sentiat'. Ergo tota ratio ordinis et nature pendet ex illis auctoritatibus scripture, et ita debent intelligi et non aliter, cum dicitur: *talem ordinem habet et naturam*. Debet intelligi, quia spiritus 30 venit in nomine filii et accipit a filio, qualiter habet filius ad patrem, quia etiam filius venit in nomine patris et accipit a patre. Modo unam personam accipere ab alia nil aliud est quam unam personam habere ordinem originis naturalis ab alia, quia per hoc, quod originatur ab alia, datur sibi natura divina et communicatur, et illa accipit, nec possumus dicere aliter in divinis, quin ponendo originem secundum relationes, habeamus dicere his terminis *dare et* 35 *recipere*. Quia Christus in evangelio dedit nobis formam, quia non communicatur nec datur nisi eadem natura, ideo oportet, ut accipiatur et detur; ergo ex hoc videtur, quod talis est ordo spiritus ad filium, qualis filii ad patrem. Legatis.

ANDREAS. Lecta fuit in Greco.

PROVINCIALIS. Athanasius paulo ante hanc auctoritatem in eadem epistola dicit: 'Unus 40 enim cum sit filius vivens verbum, unam esse oportet perfectam et plenam sanctificativam illu-

6 hec V.                      19 et spiritus V.                      20 tria cum linea supraducta V.                      23 Hic V.  
27 hanc V.                      39 una, sed compendium vocabuli sequentis etiam vocabulum praecedens includere videtur V.

5 cf. BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. V = MIGNE PG 29, 732 A.                      7 Io. 16, 15.                      11 cf. Ps.-BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. V = MIGNE PG 29, 725 A.                      11 Mt. 3, 17; Lc. 3, 23.                      12 Gal. 4, 6.                      19 Io. 16, 14; 5, 43.                      19 cf. Io. 14, 26.                      27 Io. 8, 42.                      26 ATHANASIUS, *Epistola I ad Serapionem*, c. 21 = MIGNE PG 26, 580 B.                      39 *ibidem* c. 20, 580 A.

minativamque vitam, que est operatio ipsius et donum ; que etiam procedere a patre dicitur, quoniam a verbo, quod ex patre fatemur, fulget, mittitur et datur'. Ecce ex hac auctoritate, quia dicit nobis aperte, quod ex filio est ipsa operatio et donum, procedit a patre, ex hoc capite et ratione, quia effulget et mittitur ab illo verbo, quod habet esse a patre. Ergo apparet, quod non potest esse a patre nisi a verbo. Legatis.

5

ANDREAS. Lecta fuit in Greco.

PROVINCIALIS. Item Athanasius in eadem epistola : 'Cum dicit Paulus : *Testificor coram deo in Christo Yhesu*, sciebat non esse divisum a filio spiritum, sed in Christo erat ipse, ut filius in patre' ; modo filius est in patre, ut in principio, causa sui, ergo spiritus est in Christo ut in principio et causa sui. Legatis.

10

ANDREAS. Lecta fuit in Greco.

PROVINCIALIS. Item iste doctor in libro de incarnatione verbi ita dicit : 'Ideirco David | psallens canebat : *Quoniam apud te est fons vite et in lumine tuo videbimus lumen*'. Sciebat apud patrem esse filium spiritus sancti fontem ; sicut fluvius procedit a fonte, et spiritus, qui vocatur filii, procedit a fonte Christo, quia ita dicit aperte Athanasius et magnus Ambrosius, ut pridie allegatum fuit. Ultro dicit Athanasius, quem alias in hoc ego allegavi. Legatur primo auctoritas prima in Greco.

125v

ANDREAS. Lecta fuit in Greco.

PROVINCIALIS. Ita dicit in dyalogo habito in Nicea contra Arium : 'Si enim non est de substantia patris et filii spiritus, cuius gratia connumeravit <eum> deus simbolo in sanctificatione dicens : *Euntes baptizate in nomine patris et filii et spiritus sancti ?*' Ergo ex hac auctoritate habetur manifeste ; et ex his, que diffuse sequuntur, quod spiritus est de substantia patris et filii. Et pridem dominus Ephesinus ita respondebat : *est de substantia patris et filii id est unius substantie cum patre et filio*, et sic volebat excludere ordinem originis naturalis, et solum in verbis ponere ordinem. Hec expositio nullo modo potest stare, quia si dicimus, quod spiritus sanctus est de substantia patris et filii, quia est unum in substantia, pariformiter possemus dicere, quod [pater] est de substantia spiritus sancti, quia est unius substantie cum spiritu, ita et quod filius sit de substantia spiritus, quia est unius substantie cum eo ; modo hoc esset absurdissimum et omnes doctores ab[h]orrerent, nec umquam fuit receptum, quod quis diceret patrem esse de substantia spiritus aut filium. Hec prepositio de importat principium et consubstantialitatem, et tantum est dicere de substantia filii, quantum est de filio substantialiter vel quod filius substantialiter producit eum. Legatis auctoritatem.

20

25

30

ANDREAS. Fuit in Greco lectum.

PROVINCIALIS. Multa alia testimonia possent induci de beato Athanasio, et ex his libris antiquissimis et vetustis, sed ut alii doctores locum habeant, succedat beatus Cirillus, qui meo iudicio fuit valde elevatus ingenio ; ut inchoemus a sua epistola, quam fecit in synodo Alexandrino, et postea in synodo Ephesino fuit approbata, ita etiam in Calcedonensi fuit recepta, cuius initium est : *Salvatore nostro* etc. Hec epistola tota est contra Nestorianos ; in duobus maxime peccabant, primo circa incarnationem filii, quia non dicebant unam personam divi-

35

40

5 post Legatis spatium vacuum duorum fere vocabulorum. V.      12 ideircho V.      15 filius V.  
17 1º V.      20 melius simbolo sanctificationis V.      22 secuntur V.      30 dicere V.  
40 circha V.

7 ibidem, c. 14, 565 B.      7 2 Tim. 4, 1.      12 ATHANASIVS, *De incarnatione Verbi* = PETAVIUS, *De Trinitate*, VII, c. 4, pag. 373.      13 Ps. 35, 10.      19 non habetur apud Gelasium Cyzicenum.  
21 Mt. 28, 19.      39 CYRILLUS Alex., *Epistola 'Salvatore nostro'* = MIGNÉ PG 77, 105 C sqq.

nam in duabus naturis, 2<sup>o</sup> in spiritum peccabant, qui, ut apparet in simbolo transformato, ubi dicebant, quod spiritus non esset filii nec acciperet essentiam a filio, et cogeant ad sic dicendum, quia id per quod apparet in mundo, quod Christus esset deus, fuerunt magna miracula super omnem potentiam naturalem, et ideo isti Nestoriani, qui dicebant purum hominem, dicebant, quod faciebat aliena virtute, et per consequens, quod <spiritus> non caperet essentiam a filio, quia si cepisset essentiam a filio, tunc filius non fuisset operatus per virtutem alienam, sed per suammet, que ex ipso procedebat, iuxta quod dicit evangelium: 'virtus ex illo exhibat et sanabat omnes'. Hic Cirillus nedum fecit unum capitulum ex illis XII<sup>tim</sup> contra opinionem Nestorii de spiritu, ut apparebit in solutionibus rationis ultime Ephesini. Sed in epistola *Salvatoris nostri* multum fortiter argu[i]t contra Nestorium et inchoat de spiritu et dic[i]t, quod | recte intelligentes non debemus intelligere glorificatum a spiritu ut *aliena virtute*, quia spiritus nec potior filio est nec ultra, qu[am] erat essentia sua. Postea declarat, quomodo debeat intelligi, confutans opinionem Nestorii dicens, quod ad demonstrationem sue divinitatis utebatur suo spiritu in magnis, ut si quis diceret de hiis, que apud nos insita fortitudine vel disciplina vel de quolibet glorificaret se. Nam si quis glorificaretur in mundo ex fortitudine insita sibi naturaliter, ita debemus intelligere, quod spiritus erat virtus insita naturaliter ipsi filio et ab eo naturaliter exiens, secundum quam glorificatur Christus faciendo miracula, et dicit quod quamvis in sua subsistentia sit spiritus et intelligatur prout spiritus, non fili[us], non tamen est alienus ab eo. Et notandum est, quod in alia epistola quam scripsit Iohanni Anthioceno, cuius initium est: *Exultent celi* ita dixit: 'Est a filio non alienus secundum unius essentie rationem'. Modo beatus Cirillus non intendit solum hoc dicere, quod non sit alienus per hoc, quod est unius essentie cum eo, prout Ephesinus visus est exponere, sed annexit statim, quomodo est principium spiritus, assignans causam, quare non est alienus ab eo, dicens: 'Spiritus veritatis' nominatur et Christus est veritas, ergo ex hoc dicitur non alienus, quia dicitur spiritus veritatis, et intelligit hanc habitudinem genitivi casus pro origine naturali a patre, prout doctores Latini; statim subdit: 'et profluit ab eo, prout ex deo patre', quia non alia causa spiritus veritatis nisi quia ab eo profluit ut a patre; et hoc est ita clarum testimonium, sicut posset esse in mundo, quia profluit a Christo ut a patre, et sic non modo procedit a patre naturaliter, ymmo mittitur temporaliter, ita a filio mittitur temporaliter, et illo modo necessario procedit ab eo spiritus eternaliter; et ne quis dicat, quod intelligere *profluere* non est idem cum *procedere*, non debetis ulli credere quam Cirillo magis, quia ipsemet declarat, quod *profluere* idem est quod *procedere*, et hoc ipse ostendit in quodam opere super simbolo concilii Niceni, ubi et in verbo *et in spiritum*, dicit sic: 'Peracto de Christo sermone, beatissimi patres de spiritu meminerunt credere in ipsum dixerunt, ut in patrem et in filium; consubstantialis est et profluit quidem, videlicet procedit veluti ex fonte ex deo et patre'; declarat ergo *procedere* et *profluere* idem est et <cum> hic dicat *profluere* a filio, necessario oportet dicere secundum hanc opinionem *Salvatoris*, que fuit a 3<sup>a</sup> synodo recepta et Calcedonensi, quod spiritus ita procedat a filio sicut a patre. Legatis.

ANDREAS. Fuit lecta in Greco.

10 arguunt || inchoant || dicunt V.      12 quia V.      19 filii V.      23 anexit V.  
25 intelligat V.      27 nisi qui V.      34 ipso V.

7 Lc. 6, 19.      10 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola 'Salvatore nostro'* = MIGNE PG 77, 105 C sqq.  
20 cf. CYRILLUS Alex., *Epistola 'Exultent' Ioanni patriarchae* = MIGNE PG 77 173 C sqq.      20 *ibidem*,  
181 A.      24 Io. 14, 17.      26 CYRILLUS Alex., *Epistola Ioanni patriarchae* = MIGNE PG 77,  
173 A.      33 CYRILLUS Alex., *Epistola 55 (de simbolo Nicaeno)* = MIGNE PG 77, 316 D.      37 Cy-  
RILLUS Alex., *Epistola 'Salvatore nostro'* = MIGNE PG 77, 105 C sqq.

PROVINCIALIS. Ex hoc iterum dico, quod si sancti patres Niceni. Legatis auctoritatem *Salvatore nostro*.

CARDINALIS. *Spiritus veritatis* nominatur et est Christus veritas, et profuit ab eo ut a deo patre.

PROVINCIALIS. Modo facio hanc conclusionem. Patres ita concluderunt contra heresim Nestorii, qui dicebat, quod spiritus | non capiebat essentiam a filio. Modo in Calcedonensi concilio habetis testimonium patrum illorum, quod magnus Leo papa per omnia fuit instructus doctrinis veritatis et in illa *columna fidei* contra Priscillianistas dicit: 'Alius, qui genuit, et alius generatus, alius, qui ab utroque procedit', et totum concilium Calcedonense approbavit doctrinam Leonis, approbavit hanc epistolam Cirilli contra errorem Nestorii. Ergo possumus concludere ut verum per duas synodos ycumenicas sit stabilitum et firmatum, quod spiritus accipiat essentiam a filio et quod procedat ab utroque, quia idem est procedere et capere essentiam a filio, ut dixi sepius. Item Cyrillus in opere ad [Hermiam], ubi ostendit processionem divinarum personarum ab intra, in primo libro, sic dicit: 'Supremam denique radicem, ultra quam nemo videlicet, patrem intelligas, eum vero, qui ex suprema radice procedit, filium accipies, qui in omnibus quibusque pari mensura prepo[[let] preter gignere solum; hoc est proprium et particulare ipsius dei patris. Spiritum sanctum dices eum, qui ex patre per filium naturaliter profuit ac velut in figura respirationis ex ore propriam substantiam nobis insinuat'. Legatis.

<ANDREAS>. Lectum est in Greco. 20

<PROVINCIALIS>. Modo in hac notabili auctoritate, cum ponit productionem filii, dicit, 'quod in omnibus quibusque pari mensura prepolleat preter gignere solum'; modo in patre sunt duo, est spiratio, que spirat spiritum, et est generatio. Modo dicit Cirillus, quod in omnibus est equalis patri et in eadem mensura respectu cuiuscumque, excepto hoc, quod sit generare. Cum ergo sit aliud relatio processus, et generationis, ergo necessario tenet, quod spiratio communicatur filio, et quod sit omnino equalis patri in spiratione spiritus. Item 2º dicit, quod hic spiritus sanctus profuit naturaliter a patre per filium, et iam dudum monstratum est, quod impossibile sit procedere per filium, quin procedat ex filio, ymmo omnes nostri doctores et vestri rarissime vel numquam dicunt *per filium*, sed semper *ex filio*, et est ratio, quia licet sit idem in significatione, est differentia in modo significandi, et ne aliquis unquam posset credere ex hoc, quod filius <sit> organum, per quod pater produceret spiritum, ut Ariani dicebant; ideo cavent doctores, nisi occurrat aliqua declarationis necessitas, ut tunc temporis contra Arianos ipsum erat necesse; modo profluxus hic est naturalis, sed secundum viam omnium sapientum et theologorum id, quod procedit naturaliter ab aliquo, procedit in similitudine nature ab eo et accipit ab eo naturam, et sic hic terminus *profuit* sumitur pro eterna processionem, secundum quam spiritus accipit naturam a filio et a patre. Item Cirillus in 2º libro ad Ermiam volens ostendere, quod opera divinitatis ab extra sunt indivisa et quod opere spiritus in creatura operetur et filius et pater, inducens auctoritatem: 'omne datum optimum' | et hanc aliam Christi, cum dixit discipulis: 'Sanate infirmos, mortuos resuscitate',

11 et verum V || post per duo puncta V.  
19 post Legatis spatium vacuum unius fere vocabuli V.  
vocabulary.

13 Ferruam V. 16 preponerem V.  
20 post Greco spatium vacuum duorum fere

2 *ibidem*. 3 Io. 14, 17. 7 concilium Chalcedonense, allocutio synodalis = MANSI VII, 456 C. 8 LEO I, *Epistola Turribio episcopo*, c. I = MIGNE PL 54, 680 C, 681 A. 10 *epistolam scilicet 'Cum Salvator noster'*. 14 CYRILLUS Alex., *Ad Hermiam*, lib. II = MIGNE PG 75, 721 D. 36 CYRILLUS, *Ad Hermiam*, lib. III = MIGNE PG 75, 841 C-D. 38 *Iac. 1, 17*. 39 *Mt. 10, 7*.

ita inquit: 'confessus est Iohannes: *de plenitudine eius nos omnes accepimus*, modo subdit ad [Hermiam]: *datum optimum et donum perfectum* erit aliud quidquam iuxta quod tibi, videtur quam participatio spiritus'? Respondit [Hermias]: 'nequaquam'. Dicit Cirillus: 'inspice nobis, amice, filium ex plenitudine sua producentem proprium ipsius et immobiliter  
5 insitum spiritum sanctum, per quem omne datum optimum'. Legatis.

ANDREAS. Lecta est in Greco <per> generalem Camaldulensium, qui has omnes auctoritates hoc die actitatas in Greco legit.

PROVINCIALIS. Modo si producit filius spiritum ipsius, nescio, que auctoritas possit magis esse, quod spiritus procedat ab eo. Item Cirillus in thesauris suis per multa testimonia  
10 approbat hanc rem, ex quibus pauca dicam propter temporis brevitatem. Dicit quodam loco sic: 'Dicit spiritus: *segregate michi Paulum et Barnabam ad opus ad quod assumpsi eos*, signo vocante ipsos spiritu ad apostolatam, vocante se a Christo, dicit aperte: docetur non esse alienum in substantia spiritum scilicet a filio, sed in ipso et ex ipso venit operatio quedam naturalis omnia implere valens, que ipse vult'. Ex hac auctoritate habetis unum singulare contra  
15 expositionem domini Ephesini, quia hic dat intelligere, quod non est alienu[s] a substantia, quia vult dicere: *sic non est alienus a substantia*, et infert, quod est principium cum dicit: et in ipso et ex ipso manifestum est ipsum esse et sic, cum Cirillus ponit, quod *non est alienus a filio* in substantia, semper intelligit sic, quia est ex ipso filio substantialiter, et hoc dictum est in multis supra, et hoc apparet. Legatis.

20 ANDREAS. Legit in Greco.

PROVINCIALIS. Idem sic dicit in eodem opere in thesauris: 'Quoniam igitur vita secundum naturam est filius, vivificat spiritus, qui ex ipso largitur, necesse est fateri ipsum de substantia filii esse ac omnem ipsius dei virtutem et operationem habentem, sicut enim ex aqua vapor ascendit'. Legatis.

25 PROVINCIALIS. Ex hac auctoritate duo sunt singulariter notanda, quia per hoc, quod spiritus largitur a filio, necesse est fateri, ipsum de substantia filii eo modo, quo declaratum est supra, et ponit unum notabile exemplum, quod in scriptura ponitur. Nam divina scriptura volens ostendere processionem eternam sapientie divine et eternaliter a patre, utitur hoc  
30 verbo *vapor*, dicens: 'vapor est enim virtutis dei et emanatio quedam claritatis', ad ostendendum eternitatem, quod est vapor, ad ostendendum cum naturalitate, quia vapor, qui ascendit ex eius nature aqua et procedit ab aqua. Et ideo hic magnus doctor notabilis facit hanc comparisonem, quod ut filius est vapor virtutis dei, ita sit spiritus vapor filii et ex ipso procedat. Item idem doctor in eisdem thesauris volens ostendere, quod genitivus filii importat  
127v  
35 *Ego sum veritas*. Iohannes vero et ex patris substantia et ex filii substantia spiritum esse docens in evangeliiis dicit: *spiritum veritatis, qui a patre procedit*, colligit ex verbo *qui a patre procedit* dicit spiritum de substantia patris. Et quia dicit *spiritum veritatis*, colligit spiritum de substantia filii' Legatis.

1 post Iohannes *repetit* ita inquit V.  
13 ipsum V. 22 filius vivi V.  
*repetit* V.

2 Errunam V.  
28 divinum V.

7 attitatas V.

12 eum V

37 ex verbo qui a patre procedit

1 Io. 1, 16.  
dem, 844 A.

1 CYRILLUS Alex., *De S. Trinitate dialogus III* = MIGNE PG 75, 844 A.

3 ibi-

6 Ambrosius Traversari.  
PG 75, 581 C. || Act. 13, 2.

11 CYRILLUS Alex., *Thesaurus, assertio 34* = MIGNE

29 Sap. 7, 25.

21 CYRILLUS Alex., *Thesaurus, assertio 33*

= MIGNE PG 75, 573 C.

30 Io. 14, 6.

31 Io. 15, 26.

34 CYRILLUS Alex., *Thesau-*

*rus, assertio 34* = MIGNE PG 75, 589 A.

35 Io. 14, 6.



ANDREAS. Lecta est auctoritas in Greco.

PROVINCIALIS. In eisdem thesauris dicit, quod 'deus sit spiritus', ostendit apostolus: *lex spiritus vite*, ut non solum inveniatur legem ponens spiritus sanctus, sed iam est vite existens spiritus, et que non est hec vita nisi Christus, qui ait: *Ego sum veritas et vita*? Christo igitur legem ponente, spiritus ipsius, ut in ipso et ex ipso naturaliter existens, legem ponit. 5 Legatis.

ANDREAS. Lecta est in Greco.

PROVINCIALIS. Hec auctoritas est multum clara de illa habitudine, quia ex eo, quod dicitur *spiritus vite* ut cum dicitur *spiritus veritatis*, concludit necessario habitudinem originis naturalis, ideo subdit: 'Spiritus ipsius ut in ipso et ex ipso'; et modo hoc est verissimum, 10 quod id, quod est naturaliter ab aliquo, necessario accipit naturam et esse ab illo. Item in eisdem thesauris: 'Cum ergo spiritus sanctus adventu suo conformes nos efficit dei', prodiit autem ex patre et filio, liquet manifeste, quod ipsius substantie sit ut in ipsa et ex ipsa naturaliter prodiens. Ecce quomodo manifeste ponit, quod spiritus naturaliter prodiit a filio, cum adventu suo nos conformes efficit dei; et hoc *prodire* habet intelligi substantialiter, ut ipse 15 hic ponit. Legatis.

ANDREAS. In Greco legit.

PROVINCIALIS. Modo, quod *prodire* idem sit quod *procedere* probo. Dicitur in divina scriptura de sapientia eterna, que procedit a patre: 'Ego ex ore altissimi prodii, primogenita tuli ante omnem creaturam'. Ita interpretatus est Ieronimus in biblia nostra. Ex hoc, quod 20 prodiit ab eterno filius, accipit esse nec potest intelligi nisi procedere, ita quod Cirillus ponit, quod spiritus procedit ex patre et filio. Ergo necesse est, ut accipiat esse substantiale, quia dicit: 'ex ipso et in ipso substantialiter procedens'. Ultimo dicit Cirillus in his thesauris: 'Quoniam igitur renovantes nos Christo, spiritus renovare dicitur iuxta illud, quod in [psalmo] tangitur: *Emitte spiritum tuum et creabuntur et renovabunt faciem terre*, necesse est fateri 25 ipsum de substantia filii, ut ex ipso naturaliter existens et ab ipso ad creaturam missus renovationem operatur complementum sancte trinitatis existens'. Legatis.

ANDREAS. Legit in Greco.

PROVINCIALIS. Ex hac auctoritate sunt aliqua multum notanda. Primo quod cum dicit quod spiritus mittitur ad renovationem creature, necesse est fateri ipsum esse de substantia 30 filii, quasi velit dicere, quod non mitteretur ad renovationem creature, nisi habeat *procedere*, et hoc declarat de processione <a> fili[o], quia [mittitur], ait, ex ipso naturaliter existens et ex ipso ad creaturam missus et subdit: 'oportet intelligere, quod naturaliter existat a filio, in hac missione temporali, quia mittitur ad renovationem, a filio, et in hoc | 128r  
existere naturaliter a filio' dicit, quod est 'complementum sancte trinitatis'; ergo apparet, quod sub- 35 sistentiam habet a filio.

Expletis testimoniis Latinis et Grecis, omissis multis rationibus, que possent necessario induci, concludentes hoc quod sancti patres dixere, veniam ad solutionem domini Ephesini; tria dixit. Nam primo videbatur dubitare ex hac propositione, *qui a patre procedit*, et dicebat se habere a beato Gregorio theologo in sermone de pentecosten, quod hec processio erat 40

7 est *repetit V.* 15 conformos V. 24 in sanctis V. 32 processione filii, quia pater mittit V. 31 no V. 39 prepositione V. 40 pentecosten *cum aliquo signo compendii quasi vellet dicere pentecostensi V.*

2 CYRILLUS Alex., *Thesaurus, assertio 34 = Migne PG 75, 600 D.* 3 Rom. 8, 2. 4 Io. 14, 6. 9 CYRILLUS Alex., *Thesaurus, assertio 34 = Migne PG 75, 600 D.* 10 *ibidem*, 600 D. 12 *ibidem*, 585 A. 24 *ibidem*, 603 A-B. 19 Eccli. 24, 5. 25 Ps. 103, 30.

sibi propria, quod nullo modo poterat competere nisi patri et <si> fuisset commun[is] filio non tacuisset. Ad id, quod dicit: 'filius non fecit mentionem de se', ita respondemus, quod propter unitatem nature in tribus personis iuxta regulam omnium theologorum quicquid de una persona dicitur, necessario habet intelligi de alia, ubi non obviat oppositio relativi, quia  
 5 nostri et vestri doctores dicunt: 'substantia continet unitatem et relatio multiplicat, etiam si ponatur ad unam personam dictio exclusiva', ut apparet in scriptura, ubi dicitur: 'Nemo novit patrem nisi filius', sequitur, quod spiritus non noscat patrem nec pater se ipsum? Certe non, et tamen dicit: 'Nemo novit nisi filius'. Ita dicit: 'Nemo novit filium nisi pater', numquid spiritus non novit filium aut filius non novit se? Certe novit. Ita de spiritu sancto  
 10 in 2<sup>o</sup> cap. ad Corinthios, cum dicit: 'Nemo novit, que sunt dei, nisi spiritus dei', et patet, quod loquitur de spiritu sancto, ut statim dicit: 'spiritus, qui ex deo est'; ergo excludit, quod nemo novit nisi spiritus? Volumus dicere, quod pater et filius non cognoscant, que sunt dei? Ita cum dicit: *a patre procedit*, et non ponitur dictio exclusiva, quod est magis, nec potest inferri hec consequentia: igitur non procedit a filio. Et multa alia exempla sunt. Dicit  
 15 Christus: 'Hec est vita eterna, ut cognoscant te solum deum'; numquid filius et spiritus <non> est verus deus? Certe sic. Hec est regula, quod propter unitatem substantie quicquid dicitur de una persona, etiam cum dictione exclusiva, oportet, quod non exclude videantur alie persone nisi sit oppositio relativa, sicut dicimus, quod pater generat, hoc non potest communicari filio, quia solus generans pater est, et filius generatus. Modo activa spiratio nullo  
 20 modo repugnat filio, bene repugnat spiritui, qui est dictus ut procedens, pater et filius sunt unum principium spirationis, sic non sequitur, quod hec spiratio non communicetur filio, ut textus declarat, quare dixit de patre tantum, quia non tacuit filium et se esse principium spiritus, cum dixit: 'Cum venerit paraclitus, quem mittet pater, spiritum veritatis, qui a patre procedit', dixit se principium, cum dixit *spiritum veritatis*, et cum dixit *mittet*, expressit pro-  
 25 cessionem a patre, quod ostenderet quod principium est a patre et se esse principium spiritus sancti habet a patre, et hoc declarat ibi, cum dicit: 'quem mittam vobis a patre', ad denotandum, quod pater est principium spiritus et sicut semper consuevit patri referre omnia, quia omnia habet a patre et 'doctrina mea non est mea' ideo dixit de patre, sicut dicit Augustinus  
 128v | in illo exemplo: 'doctrina non est mea'. Si ergo in his verbis, licet non dicat suam,  
 30 sua intelligitur, quanto magis dicens spiritum de eo procedere per illa verba *procedit a patre*, cum non dicat: non procedere a filio. Ad id, quod dicebat de proprietate, nescio, ubi ipse inveni-  
 35 rit in sermone Gregorii, quia semper facit consequentiam, quandocumque reperit *procedit a patre*, ipse infert: ergo non procedit a filio; quantum valeat ista consequentia, quilibet patrum potest iudicare, quin ymmo nullus nec Grecus nec Latinus ausus est dicere, quod non procedat a filio, et tamen Ephesinus semper intulit: ergo non a filio. Cum beatus Gregorius tradit noticiam proprietatum, ita dicit in dicto sermone pentecosten: 'omnia que pater est, hec et filii, propter hoc, quod innatus est patre; omnia que et filius est, hec et spiritus, preter hoc quod natus est filii'. Nonne videtis, quomodo bene ordinat has proprietates? Si spiritus non haberet ordinem ad filium, postquam dixit: 'omnia que pater est, hoc et filius', statim

1 commune V.      2 respondens V.      9 post certe tria puncta in forma trianguli V.      10 Cho-  
 rinthios V.      15 spiritum V.      22 *expectaretur forte filius*      24 sed expressit V.      25 on-  
 deret signo compendii omissio V.

5 cf. THOMAS Aq., *Summa theologica*, I, q. 32, art. 3, in editione Leoniniana, IV, 355.      6 Mt. 11, 27.  
 10 I Cor. 2, 11.      15 Io. 17, 3.      23 cf. Io. 15, 26 (ego mittam); 14, 26.      28 Io. 7, 16.      28 cf.  
 AUGUSTINUS, *De Trinitate*, lib. I, c. 3 = Migne PL 42, 848 A.; citatio non est accurata.      31 dicebat  
 scilicet Ephesinus.

dixisset : 'omnia que pater est, hoc et spiritus', tamquam accipiens a patre, et non a filio. Modo, quia ab[h]orrui hunc ordinem, posuit ordinem conformem aliis doctoribus, et eo modo comparavit spiritum ad filium ut filium ad patrem sine ulla ambiguitate. Modo de proprietate numquam dixit, quod esset ita proprium spiritus sancti, quod non procederet nisi a patre, ymmo apparet, quod proprium est spiritus procedere a patre et filio, et hoc proprie proprium est spiritus sancti, quod procedat a patre et filio, sed illa proprietas, que est in patre et filio respectu spiritus, que dicitur spiratio vel vis spirativa, illa non est ita proprie proprium patris, quin conveniat filio, et si bene studuisset in theologia, dixisset sic, quod est differentia inter proprietates personales et proprietates persone, quia proprietates personales sunt, quibus constituuntur persone, non sic proprietates persone. Sic esse ingenitum, et non est proprietas, qua constituatur pater, nec vis spirativa, tamen dicitur proprium large, modo hoc est in comparatione ad aliud, sicut dicimus, quod rationale est proprium hominis in comparatione ad animalia irrationabilia, sed in comparatione ad angelos non, qui sunt creature intellectuales, et hoc oportet ponere in divinis, quia omnes doctores dicunt, quod esse ab alio competit filio et spiritui filii, et tamen nullo modo competit patri. Ita dicimus, quod vis spirativa competit patri et filio et non spiritui sancto, et est proprietas quedam.

Introducitur 2<sup>o</sup> aliam auctoritatem, ubi adducit, quod spiritus dicitur *ex deo* iuxta Paulum, et quod nullo modo est a filio, cum dicit : 'Nos accipimus spiritum, non qui ex mundo, sed qui ex deo est', et ad probandum hoc induxit auctoritatem Dyonisii et Athanasii, quod pater est *fons deitatis*, et si bene considerasset intentionem auctoritatis apostoli, invenisset solutionem. Nam primo dicit apostolus, quod est *spiritus dei*, et volens hoc ostendere dixit, quod *ex deo est*. Ita omnes doctores per hoc, quod dicitur *spiritus filii*, semper concludunt secundum modum apostoli, quod est ex filio. Certe non sequitur, quod non sit a filio, | per rationes iam dictas. Nec secundum Athanasium et Gregorium tenendo patrem *fontem deitatis* sequitur, quod dicit Ephesinus. Est prima radix pater non ab alio et est pater et principium; principium non producit spiritum, in quantum est pater, sed in quantum habet vim spirativam, et hanc communicat filio, et secundum hos ita est fons spiritus sancti filius sicut pater, nec sunt duo fontes, sed unus, quia fons secundum quem est fons spiritus sancti, communicatur filio, et hoc dicit Athanasius, quod 'filius est fons spiritus'; sed ideo dicitur prima radix pater, quia hoc, quod filius sit fons spiritus, habet a patre. Postea intrat materiam ibi concilii Niceni et dicit, quod ibi fuit quidam episcopus, qui respondit cuidam phylosopho, quod spiritus procedebat a patre et erat proprius filii. Quid sequitur ex isto? Concedimus, quod procedit a patre et est proprius filii, et omnes doctores concludunt, quod procedat a filio, quia est spiritus filii; et si produxisset librum originalem, diffusius fuisset responsum. Sed nos habemus auctoritatem primi Niceni concilii et non habemus originale, prout et vos in vestra auctoritate dicitis sic : 'spiritus filii et ex ipso scaturiens'. Quicquid sit in facto, ego relinquo, quia non vidi originalia, ymmo in Greco habemus. Legas in Greco verba originalia.

<ANDREAS>. Legit in Greco originali.

<PROVINCIALIS>. Secundo adducit auctoritatem Cirilli in epistola, que incipit : *Exultent*, ad ostendendum, quod non sit ex filio, cum dicit : 'Meminimus dicentis : *Noli transgredi*

2 aborruit V.      7 i respectu V.      13 forte melius quia.      14 quia V.      15 spiritum V.  
30 vocabulum postea non est clare expressum V.      37 originalia cum signo compendii quasi deberet legi originaliam, id quod non habet sensum V.      38 originalis V; forte debet suppleri originalia verba; ante legit et post originalis spatium vacuum binorum vocabulorum V.

8 cf. THOMAS Aq., *Summa theologica*, I, q. 32, art. 3, in editione Leoniniana, IV, 355.      17 Introducit scilicet Ephesinus.  
18 I Cor. 2, 12.      40 CYRILLUS Alex., *Epistola 'Exultent'* = Migne PG 77, 173 C sqq.

terminos' etc. Postea dicit, 'quod illi patres loquebantur <de> spiritu sancto, qui ex patre procedit, et a filio non alienus secundum unius essentie rationem' et ex hoc, volebat dicere, quod Cirillus intendebat hoc, quod esset solum unius essentie cum filio, et quod nullo modo esset ab eo. Sed ego patenter supra ostendi, quod ubicumque dicitur *non est alienus secundum*  
 5 *unius essentie rationem*, semper subdit, quod filius est principium spiritus sancti, et patet, quia subdit duas auctoritates Pauli apostoli. Postea adducit auctoritatem Basilii dicentis spiritum accomodatum filio secundum naturam. De hac accomodatione non potui reperire quia idem est dicere: est accomodatum quod est datum filio, quia pater producendo naturaliter filium, dedit sibi, ut ex eo procederet spiritus sanctus. Postea adducit auctoritatem Ba-  
 10 silius contra Sabellium, ubi dicebat 'proprietaem familiaritatis spiritus ad patrem, intelligo, cum ait: *ex patre procedit*'; 'proprietaem spiritus ad filium, cum audio: *si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius*'. Hec auctoritas, de qua festum, clarissimum est fundamentum opinionis nostre; hec est proprietatis, quia filius est 2<sup>a</sup> a patre, quoniam voluit intelligere proprietatem spiritus ad filium secundum quam originatur a filio, fundavit se in  
 15 isto, in quo omnes sancti doctores fundant, quia dicit: 'spiritus Christi'. Ita dicunt omnes doctores nostri, ita quod hec auctoritas facit pro nobis, et do sibi gratias, quia ex ore suo protulit veritatem huius rei. Postea introducit 2<sup>m</sup> concilium Constanti[nopolitanum] dicens ibi dictum, quod 'ex patre procedit' et quod Gregorius sanctus theologus ibi fuit et quia vo-  
 129v | erunt intelligere processionem a patre et non a filio, et non adducit aliquam probatio-  
 20 nem, et ea facilitate, qua dixit, eadem facilitate contemnitur, quia non valet consequentia, ut probavi multis auctoritatibus. Adducit demum 3<sup>m</sup> concilium, et dicit, quod patres huius concilii postquam fecerint diffinitionem *nulli alii licere*, et etiam dixerunt in fine simili modo: 'si qui deprehensi fuerint aut episcopi aut clerici aut layci credentes vel docentes, que scripta sunt in expositione, quam protulit Carisius presbyter de incarnatione filii dei, similiter aut  
 25 perversa aut scelerata Nestorii dogmata', que subscripta sunt, sententi[e] etc. Modo ipse fecit mirabilem intelligentiam hec dicens, quod non hic fit mentio nisi de hiis, que ibi scripta sunt in simbolo de incarnatione filii dei, et non fit mentio de illa particula, que est in simbolo transformato, que dicit, quod spiritus non est filius neque a filio essentiam habens, quod propter hoc illi patres reprobaverunt illam particulam. Si bene legisset epistolam illam *Salvatore no-*  
 30 *stro*, quam ego allegavi, bene intellexisset, quomodo illa particula fuit reprobata. Item si intellexisset ex VIII<sup>o</sup> cap. de XII, quod est contra illam particulam, cum dixit: 'Si quis autem Christum quasi aliena virtute glorificatum a spiritu, et ab ipso accipere, posse operari contra immundos spiritus, et adimplere in homines miracula, et non magis proprium eius spiritum dixerit, per quem operatus est, anathema sit'. Hoc dicebat contra illud capitulum,  
 35 quod spiritus sanctus non habebat essentiam a filio, quia dicebat, quod *aliena virtute*, et hoc ponitur in XIII<sup>a</sup> blasfemia et XVI<sup>[a]</sup>, et propter hoc sic apertissime damnatur talis opinio. Et hoc declarat ipsemet Cirillus in apologia contra Theodor[et]um et contra Orientales, qui impugnabant sua capitula, et in ipsamet synodo Ephesina, ubi fuit dictum, ut declararet quomodo intelligebat, dixit in brevi exponens VIII<sup>o</sup> cap.<sup>o</sup>: 'Homo factus unigenitus dei

17 Constantiense V

21 hius V.

24 sententia V.

37 Theodoricum V.

1 *ibidem*, 181 A. || *Prov.* 22, 28.6 cf. BASILIUS, *Ad Amphiloichium*, c. 18 = Migne PG 32,152 B. 9 sibi] *scilicet* ei.10 cf. BASILIUS, *Homilia contra Sabellianos*, etc. = Migne PG 31,609 B. 12 GIUSTINIANI *proponit*: fecit festum.25 *sententie* etc. (*scilicet*: huius sancte synodisubiaceat). 29 CYRILLUS Alex., *Epistola 'Salvatore nostro'* = Migne PG 77, 105 C. sqq.

31 DEN-

ZINGER 121.

39 CYRILLUS Alex., *Explicatio XII capitum, anathematismus IX* = Migne PG 76,

308 D, 309 A.

filius permansit sic et deus', quia Nestorius hoc negabat, et subdit: 'Omnia existens, que et pater, preter solum patrem esse, et proprium habens, qui ex ipso et substantialiter sibi innatum spiritum sanctum, operabatur divina miracula, declarabatque omnia, que patris sunt, in filio <esse> et quod habet proprium spiritum, qui ex ipso et substantialiter sibi innatus', et subdit: 'Qui autem dicunt [ill]um hominem unum ex nostris, operatione per spiritum non ut propria, sed aliena et non divina, utentem, et quasi in gratie parte percipientem, per spiritum ascensum in celum, virtuti anathematis subiaceat'. Legatis. 5

ANDREAS. Fuit in Greco lectum.

PROVINCIALIS. Modo quia hic pater Ephesinus allega | vit, quod sanctus Cirillus 130r  
fecerat quandam revocationem, allegans epistolam <Theodoreti>, concludit, quod magis 10  
debemus credere epistolis Cirilli quam Theodoreti; ipse Theodoretus bene etiam ponebat Cirillo, quod retractaverat XII capitula in epistola, quam scribit Iohanni Anthioceno. Sed ut alias audistis, ipse Cirillus se excusat, ideo scribit ad Acacium in fine epistole: 'sive enim quasi antescripta proferatur epistola, quod penitentiam egerimus de hiis, <que> Ephesi fecimus, videatur et istud; sumus enim per dei gratiam in bono sensu neque extra rationem', quasi 15  
dicat: si revocassem, fuisset extra rationem et sensum. Ita in epistola exinde, cum etiam loquitur Iohanni Anthioceno conquerendo de quibusdam, qui innovabant voces suas. Et in V<sup>a</sup> synodo omnia, que Theodoretus scripsit contra Cirillum, fuerunt damnata, et sic remansit pure veritas Cirilli, prout ipse exposuerat et prout sancta illa ycumenica synodus approbaverat. Modo nil plus pridie produxit Ephesinus, et sic non habeo aliis satisfacere. Ex quo satis 20  
aperte et manifeste ex testimoniis scripture primo, ex testimoniis tantorum patrum Latinorum et Grecorum, qui fuerunt eodem tempore et uno et eodem spiritu illuminati, et quod mirandum est in hoc negotio, quod illamet fundamenta, que habuerunt doctores Latini, illamet patres Greci acceperunt ad probandum, quod spiritus esset a filio ut a patre et quod sint unum principium, et quod nullo modo potest dici contrarium, quin sit unum principium, nisi pone- 25  
retur distinctio in natura inter patrem et filium, ut Ariani dicebant. Et quia quantum spiritus concessit et ut ab hominibus, quales sumus, apertissime declarata sunt omnia, in quibus Ephesinus dubitabat, non restat aliud nisi quod dixit Martianus imperator in decretis, que composuit in Calcedonensi concilio, ubi visa et declarata veritate per Leonem papam et <per> totum concilium Calcedonense suscepta, dixit ita in uno decreto: 'Extreme dementie est, in 30  
medio et perspicuo die <commenticium> lumen querere; quisquis post veritatem repertam aliquid ulterius distulit, mendacium querit'. Nobis videtur, quod hec testimonia rem claram faciant, et si vellemus cum facibus diem clarificare, esset ridiculosum. Ita videtur ad hanc tantam lucem et tam clarorum doctorum allegatorum nil aliud sit quam mendacium querere; quicquid tamen sit, pro mea satisfactione functus officio meo in hac responsione, si quid re- 35  
stat apud aliquem ex vobis, quod sit dubitativum, et velitis declarari, offero me et omnes patres meos paratos ad satisfaciendum de veritate, qua tenemur.

ANDREAS. Hiis expositis silentium maximum perceptum est locu | tione finita; fue- 130v  
rat namque loquente magistro ad verba quis[que] intentus; deindeve his expositis, metropoli-  
tanus Russie hec inquit. 40

5 dicunt unum || operationem V. 14 Ephesim V. 30 susceptum V. 31 post  
die spatium vacuum duorum fere vocabulorum V. 32 mendatum V. 39 quis V. || etiam  
in margine, sed manu posteriore Rus. (= Russie) V.

5 *ibidem*. 13 concilium Ephesinum, epistola Cyrilli ad Acacium episcopum Melitenae =  
MANSI V, 325 E = MIGNE PG 77, 201 A; SCHWARTZ I, III, 1, 203<sub>24-27</sub>. 30 concilium Chalcedonense,  
edictum Marciani = MANSI VII, 476 B. 39 Isidorus Kioviensis; ea quae Andreas de Sancta Cruce  
praebet tamquam verba Isidori (Russiae) alia sunt ab eis eidem in actis graecis attributis (cf. GILL 398<sub>14-22</sub>),  
immo verba apud Andream de Sancta Cruce cardinali (Cesarini) attributa confunduntur cum verbis Isidori in  
actis graecis relatis (cf. GILL 398<sub>14-22</sub>).

Rus. Quoniam autem rev. pater in hiis duabus congregationibus multa dixit et diversa, et adversis patribus et Orientalibus et Grecis Latinis, ac amplificando potius; nam vestra paternitas vere loquebatur in hiis congregationibus per VIII horas et plus, ex quibus omnibus partim erant auctoritates sanctorum, que pro nobis faciebant, partim sue Occidentalis  
 5 <ecclesie> communium, quoniam anima nostra accipit per sensus, presertim ea, que dicuntur per auditum; ea autem, que prolixè dicuntur, adducunt sacietatem ad aures, quia infesta est auribus sacietas verborum, quia sensus auditu leditur posse omnia transmittere ad animum, que prolixè dicuntur; propterea volumus, que per vestram paternitatem dicta sunt, in scriptis etiam ut detis nobis eas auctoritates allegatas in his libris, qui fuerunt Latinorum,  
 10 ut partim nos possimus conferre cum auctoritatibus, que apud nos reperiuntur, partim, ut legamus in his libris, ut melius intelligamus; postea circa ista omnia diligenter considerabimus.

CARDINALIS. Non currit solus in stadio, ut vellet currere sine disputante, ymmo desideravissimus, ut Ephesinus presentialiter fuisset, et nescimus, qua de causa abfuerit. Iustum fuisset sicut provincialis eum audivit, ita ipse audisset; licet dominus Ephesinus non fuerit,  
 15 fuerunt alii socii, et dominus provincialis dixit se paratum satisfacere, et dominus provincialis rogavit imperatorem, ut venire faceret Ephesinum. Quantum ad exhibitionem scripturarum, sui scriptores scripserunt et nostri, cum dominus Ephesinus dixit, provincialis non distulit responsionem propter habendas copias. Ita rogamus, ut responsio non differatur, etsi scrip-  
 20 tores non recollegerunt plene omnia, que nolumus occultare, sed dicere super tecta; sumus contenti, ut nostri scriptores et sui convenient in Sancto Francisco, et portabimus libros, et faciemus fieri copiam de libris nostris, et rogamus, ut ipsi veniant, et die iovis vos expectamus.

ANDREAS. His dissoluta est diei illius conventio.

2 amplificantos V.

11 circha V.

16 sotii V.

18 sui id est vestri.

21 sui id est vestri.

<ACTA FLORENTINA POST COLLATIONES PUBLICAS>

<ANDEAS>. Supervenerunt festa pascalia visumque est, sancto illo tempore disciplinis solemnitatibusque vacandum. In octavis pascalibus, cum per Latinos fieret instantia, ut ad pr[o]posita responderent, instatum est per Grecos, ut media tractarentur concordie; si hoc responsionum defectu actum sit, cogitet qui intelligit. Cepit imperator singulis quasi diebus cum papa et ceteris aliis convenire, multaue ad invicem tractata sunt, que, quia publice gesta non fuerunt, non aliter referenda duxi. Audio ab his, qui interfuere, multa quesuisse remedia, ut absque eorum rubore componeretur conclusio processus spiritus sancti, ut non viderentur a veritate absque colore alienos fuisse. Sic per totum aprilis, et maii menses decursum est. Spe igitur concludende rei diffidentibus Latinis patribus, summus pontifex, ut Latinorum honori consuleret, ut cunctis innotesceret Grecorum causa a veritatis cognitione discessum, separatim ab imperatore, metropolitas aliosve Grecorum patres convocavit prima iunii, patribusve Latinis et Grecis presentibus, his verbis allocutus est.

| PAPA. Venerabiles fratres et dilecti filii. Tot animi corporisve angustiis terre marisve per vestrum quemlibet laboribus superatis, non consideratis sumptibus pro veritatis indagine, dimissa civitate nostra Bononensi ad Ferariense concilium personaliter me contuli, ne quid deficeret; solemnibusque ibidem disputationibus habitis, necessitate suadente, transalpinas ad has Tuscie partes medio hyeme, ut sanctum hoc unionis opus complementum susciperet, venimus, etati, temporis intemperiei, viarum discrimini minime parcentes, hoc demum in loco de processione spiritus sancti gravibus piisve disputationibus auditis miramur, quod res hec conclusionem non capiat. Adducta est statera de scripturis sanctis, ut iusto libramine, privatis seclusis affectibus, veritatem indagaremus, et sanctis auctoritatibus auditis, nulla per vos Orientales patres responsa dantur, nec veritatem sole clarius apparentem profiteamini. Oro per misericordiam dei nostri, ut veritatem amplectamini, et si facere desistitis, ut causas detis, quare hoc facere non intendatis, requiro vos presentibus, et specialiter requisitis notariis nostris, offerentibus nobis, ut si quid responsionum affertis, illas benignissime audire, et eisdem clarissima per nos dare responsa.

ANDREAS. Aderant specialiter accersiti die illa prothonotariorum plurimi, tantaque verbis his Grecorum astantium mentibus reverentia allata extitit, ut ad lacrimas plurim[os] devotione venisse conspectum sit; Russieque metropolita respondit vice Orientalium patrum hoc modo.

RUSSIA. Beatissime pater, audivimus, que vestra sanctitas protulit; cogitabimus in his et providebimus, ut veritati locus sit, et vestre sanctitati responsum dabimus.

ANDREAS. Die proximo irrepsit fama, quod plurimi ex Grecorum patribus, qui hactenus nil expresserant, ad imperatorem Grecorum et patriarcham accesserunt, asserentes, quod postquam deus veritatem eisdem patefecerat, illam sequi intendebant, et quod patriarcha gratis eisdem se hoc optasse professus est. Erat namque pater venerabilis ad hanc sanctam

2 preposita V.      12 post est in margine inferiore vocabulum papa in compendio expressum, dum repetitur idem vocabulum plene scriptum initio paginae sequentis V.      20 Addutta V.      25 responsionis V.      28 plurimi V.

131v

unionem summe intentus; dietim in publicum prodibant patrum sententiae, sicque imperatore id pariter asserente, omnium Orientalium consensu, Ephesino quodam, quem | disputantem adduximus, excepto, accersitis Latinorum patribus in hanc cedula[m] pariter convenere.

## 5 &lt;CONCORDIA INTER LATINOS ET GRECOS DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI&gt;

Quoniam in hoc sacro ycuemico concilio, omnipotentis dei gratia, nos Latini Grecique convenimus pro sancta unione inter nos assumenda, studiose invicem curavimus, ut articulus ille de processione spiritus sancti magna cum diligentia et assidua inquisitione discutetur; prolatis vero testimoniis de divinis scripturis plurimisque auctoritatibus sanctorum 10 doctorum Orientalium et Occidentalium, aliquibus quidem *ex patre et filio*, quibusdam vero *ex patre per filium* procedere dicentibus spiritum sanctum et eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub vocabulis variis.

Nos Greci affirmavimus, quod hoc quod dicimus, spiritum sanctum ex patre procedere, non hac mente dicimus, ut excludamus filium, sed quoniam opinati sumus Latinos dicere spiri- 15 ritum sanctum procedere ex patre et filio tamquam a duobus principiis et duabus spirationibus, abstinuimus a dicendo, quod spiritus sanctus ex patre procedit et filio; nos autem Latini asserimus, quod id quod dicimus spiritum sanctum ex patre filioque procedere, non hac mente dicimus, ut excludamus patrem ut non sit prius atque principium totius deitatis filii scilicet et spiritus sancti, aut quod id quod spiritus sanctus procedit a filio, filius a patre non habeat, 20 sive quod duo asseramus esse principia sive duas spirationes, sed ut unum tantum asseramus esse principium unicamque spirationem spiritus sancti, prout hactenus asseruimus.

In nomine igitur sancte trinitatis patris <et> filii et spiritus sancti, in hac demum sancta ac deo cara unione eodem sensu, eadem anima eademque mente nos Latini et Greci consentimus et concordamus, ut ab omnibus christianis hec fidei veritas credatur et suscipiatur, et 25 ita 'profitemur, quod spiritus sanctus ex patre et filio eternaliter est et ex utroque eternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit'. Declarantes quod id, quod sacri doctores et patres dicunt ex patre per filium procedere spiritum sanctum ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur filium quoque esse secundum Grecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentie spiritus sancti sicut et patrem; et quoniam 30 omnia que patris sunt, pater ipse unigenito filio suo gignendo dedit preter esse patrem, hoc ipsum <quod> spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius a patre eternaliter | habet, 132r a quo etiam eternaliter genitus est.

## &lt;MORS PATRIARCHAE IOSEPH II, 10 IUN. 1439&gt;

<ANDREAS> Letate sunt illico omnium mentes, rem iam desperatam et naufragam ad salutarem veritatis portum deductam dei miraculo pervenisse predicantes. Et vere, frater amantissime, non hominis opus extitit, sed veritatis ipsius. Anelabat pater ille antiquus aspectu venerabilis infirmitate gravatus Constantinopolitanus patriarcha, ut sessio fieret. Sed aderant ex no-

34 re iam desperata et naufraga ad salutarem veritatis portum deducta V.

5 *textus graecus huius formulae concordiae habetur apud Syropulum; cf. CREYGHTON 236-237, Paris. gr. 427, 157r-157v.* 25 *cf. concilium II Lugdunense, DENZINGER 460.*



stris plures, qui asserebant, et primatus dubium et consecrationis et purgatorii dogmata esse primitus profitenda per Orientales patres, antequam ad ecclesie Romane unionem accederent; sicque hac difficultate stante, X<sup>a</sup> iunii post solis occasum dolor maximus patriarcham invasit, quo demum ea nocte decessit. Sed ante obitum cedule pmissae processione spiritus sancti propria manu subscripsit, ac regulis sancte matris ecclesie se humiliter submittere interiiit. Tot tantaque visa sunt totalis reductionis signa, quod summus pontifex sacro Latinarum approbante cetu, ad ecclesie communionem admissum iniunxit. Magnoque cum prelatorum comitatu, adstantibus singulis reverendissimis cardinalibus, Grecis eorum more sacris indutis vestibus funeralibus decantantibus in ecclesia Sancte Marie Novelle, ubi palatium apostolicum est, sepulture conditus est, ubi et hi versus tumulo adscripti sunt. 5 10

ECCLESIE ANTISTES QUI MAGNUS EOE  
 HIC IACEO MAGNUS RELIGIONE IOSEPH  
 HOC UNUM OPTARAM MIRO INFLAMMATUS AMORE  
 UNUS UT EUROPE CULTUS ET UNA FIDES.  
 ITALIAM PETII, FEDUS PERCUSSIMUS UNUM 15  
 IUNCTAQUE ROMANE EST ME DUCE GRAYA FIDES.  
 NEC MORA; DECUBUI, NUNC ME FLORENTIA SERVAT,  
 QUA NUNC CONCILIUM FLORUIT URBE SACRUM,  
 FELIX, QUI TANTO DONARER MUNERE VIVENS,  
 QUI MORERER VOTI COMPOS ET IPSE MEI. 20

Mors hec rem longius protulit, volentibus Latinis patribus dubia cuncta discuti; utve purgatorii doctrinam reciperent, repetiere | eisdem cedulam quandam Ferrarie eisdem 132v  
 deductam, purgatorii normas continentem.

LUDOVICUS. Quis erat tenor cedule?

ANDREAS. Erant sanctorum dicta, quibus purgatorium esse comprobatur. Cedule contentia hec extitit. 25

<CEDULA CONCORDIAE ET SERMO IULIANI CESARINI CARD. DE PURGATORIO>

Quia circa purgatorii videlicet Romane ecclesie fidem exprimi postulastis, in his scriptis breviter respondemus, 'quod, si vere penitentes in caritate decesserint, antequam dignis penitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum anime post mortem purgantur 30 et ad penas huiusmodi relevandas prosunt eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, elemosine et alia pietatis officia. Illorum autem anime, que post sacrum baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, ille etiam que post con-

7 comunem admissus in iunxit V.

10 conditum V.

32 helimosine V.

10 *Andreas de Sancta Cruce eundem fere textum inscriptionis sepulchralis Ioseph II patriarchae Constantinopolitani praebet ac illum, qui nunc adhuc inspicitur, omisit autem titulum finalem graecum; cf. editionem meam in fasc. I vol. III collectionis nostrae Concilium Florentinum, pag. XI.* 27 *textum plenum huius sermonis, die 4 iunii 1438 Ferrariae a Iuliano Cesarini cardinali habiti, edidi in opusculo Concilium Florentinum, I, Erstes Gutachten der Lateiner über das Fegfeuer, in Orientalia Christiana, XVI, 3 (1929) 285-98.* 29 *textus idem fere ac ille in professione fidei Michaelis Palaeologi exhibitus, DENZINGER 464.*

tractam peccati maculam vel in suis manentes corporibus vel ex eisdem exute, prout superius dictum est, sunt purgate, in celum mox recipiuntur. Illorum autem anime, qui in mortali actuali peccato vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendunt, penis tamen disparibus puniende, et nichilominus in die iudicii omnes homines ante tribunal Christi  
5 cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem'. Dicentibus autem illis nobis hoc non esse dogma ecclesie Orientalis et audire cupientibus, quibus auctoritatibus sacre scripture ac sanctorum patrum quave ratione hoc esse fundatum, nos deputati iuxta doctrinam beati Petri 'parati reddere rationem omni poscenti de ea que' in nobis est fide, vestre postulationi, que principaliter de purgatorio esse videtur, hac responsione pro nunc satisfaciendum duximus. Si autem de reliquis per nos modo dictis rationem poposceritis, illis etiam  
10 spiritu sancto nos instruente cum caritate fraterna satisfacere curabimus.

Quod locus vel ignis purgatorius sit, ut prediximus, in alio seculo, declaratur primo ex veteri testamento, libro 2<sup>o</sup> Machabeorum, XII<sup>o</sup> cap.<sup>o</sup>, ubi dicitur: 'Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur'. Sed pro defunctis, qui sunt in paradiso, non opus est orare, quia nullo indigent, nec pro illis, qui sunt in inferno, quia a peccatis  
15 solvi aut purgari non possunt. Sunt igitur aliqui, qui post hanc vitam mundanam | a peccatis solvi seu purgari possunt. Declaratur per id, quod in novo testamento salvator inquit, Mathei in <XII<sup>o</sup>> cap.<sup>o</sup>: 'Si quis dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei nec in hoc seculo neque in futuro'. In qua quidem sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo, quasdam vero in futuro posse relaxari; per apostolum Paulum in prima epistola ad Corinthios, ubi tractans de edificante supra fundamentum, quod Christus est, aurum et argentum, lapides preciosos, lignum, fenum, stipulam; et tunc subdit dicens: 'dies domini declarabit, quod in igne revelabitur, et uniuscuiusque opus quale fuerit, ignis probabit. Si cuius opus mansit, quod superedificaverit, mercedem accipiet; si cuius opus arserit, detrimentum  
20 patietur, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem'. Cum hec verba de seculo et igne futuro intelligi se ipsa declarant, verbum illud *salvus erit, sic tamen quasi per ignem* damnat[i]s congruere non potest, quia salvi non erunt, sed in eternum peribunt, neque de illis intelligitur, qui sine peccato decedunt, quia de hiis proxime dixerat: *si opus manserit*, qui tamen sine peccato moriuntur, nichil est, propter quod igne purgari oporteret. Restat, ut de aliis purgandis in alia vita, qui tamen salvabuntur, intelligatur.

Declaratur consuetudine universalis ecclesie tam Latine quam Grece, que pro defunctis orat et orare semper consuevit, cuius oratio profecto inutilis est, si purgatorium post mortem non ponatur. Frustra enim oraret pro his, qui iam sunt in gloria celesti vel in inferno.

Auctoritate sancte Romane ecclesie docte instructe a beatis apostolis Petro et Paulo et  
35 ab aliis sanctis pontificibus, qui innumeris fulserunt miraculis, quosque tam Greci quam Latini ut sanctos venerantur; ipsa sic semper tenuit, sic semper predicavit, etiam tempore unionis et continue ante presens exortum dissidium.

Declaratur huius fidei nostre veritas auctoritate sanctorum patrum, Grecorum videlicet et Latinorum, et presertim illorum, quos tam Latini quam Greci in universali concilio receperunt, cuius verba sunt hec: 'Sequimur per omnia sanctos patres et doctores ecclesie Atha-

4 iudicii V.            5 reddituri V.            9 postulationem || hac satisfatione responsione pro  
nunc satisfaciendum V.            14 defunctis V.            20 Chorinthios V.            21 edificante V.  
23 Sic cuius V.            24 superedificaverit V || sic cuius V.            26 damnatus V.            35 fulxerunt V.

8 cf. 1 Petr. 3, 5.            13 2 Macc. 12, 46.            18 Mt. 12, 32.            22 1 Cor. 3, 13-15.            40 concilium V, actio I, MANSI IX, 183 A-B.

nasium, Ylarium, Gregorium Niscenum, Ambrosium, Augustinum, Teofilum, Ioannem, Basilium, Iohannem Constantinopolitanum, Cirillum, Leonem, Proculum, et suscipimus omnia, que de recta fide et condemnatione hereticorum exposuerunt'. Ex aliquibus istorum doctorum et quibusdam aliis pauca quedam brevitatis causa referemus. In primis beatus Augustinus in omelia | de igne purgatorii exponens verba illa apostoli: 'fundamentum nemo aliud potest ponere quam id positum est, Christus Yhesus', ita ait: 'Multi sunt, qui lectionem istam male intelligentes falsa securitate se decipiunt, dum credunt, quod etsi super fundamentum Christi crimina capitalia edificant, peccata ipsa per ignem transitorium possint purgari, et ipsi postea ad perpetuam <gloriam> pervenire. Intellectus iste, fratres carissimi, corrigendus est, quia ipsi se seducunt, qui sic de talibus blandiuntur. Illo enim transitorio igne, de quo dicit apostolus: *ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem*, non capitalia, sed minuta peccata purgantur'. Idem Augustinus in 2<sup>o</sup> libro de civitate dei, cap. 14<sup>o</sup>: 'Temporaneas penas alii in hac vita tantum, alii post mortem, alii et nunc et tunc, verumtamen ante iudicium illud severissimum novissimum<que> patiuntur. Non autem veniunt omnes in sempiternas penas, que post illud iudicium sunt future, que post mortem substituent temporales. Nam quibusdam, quod in isto non remittitur, remitti in futuro seculo, id est, ne futuri seculi eterno supplicio puniantur, iam supradiximus'. Et in XX[<sup>o</sup>] cap. inquit: '<non> enim de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remittitur, neque in hoc seculo neque in futuro, nisi essent, quibus etsi non isto, tamen remittetur in futuro'. Idem Augustinus in libro de sepultura ad Paulinum: 'In Machabeorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium; sed etsi nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parva est universe ecclesie, que in hac consuetudine claret auctoritas, ubi in precibus sacerdotum, que domino deo ad eius altare funduntur, locum suum habet commendatio mortuorum'. Idem Augustinus in eodem libro: 'Non sunt pretermittende supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in christiana et catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus eorum sub generali commemoratione suscepit ecclesia, ut quibus ad ista desunt parentes aut filii aut quicumque cognati vel amici, ab una hiis exhibe<an>tur pia matre in communi. Si autem deessent iste supplicationes, que fiunt recta fide atque pietate pro mortuis, puto, quod minime prodesset spiritibus eorum quibus locis sanctis examinata <corpora ponerentur>'. Idem Augustinus in libro de penitentia dicit: 'Penitentia enim, si in extremo hiatu vite advenit, sanat, et liberat ablutione baptismi, ita quod nec purgatorium sentiunt, qui in fine baptizantur, sed ipsis bonis ditati sancte matris ecclesie recepturi sunt multiplex bonum in vera beatitudine'. Et inferius inquit: 'mult | tos solet serotina penitentia decipere. Sed quoniam deus semper potens est, semper in morte vivificare valet, quibus placet. Cum itaque opus sit, non hominis, sed fidei fructifera penitentia, inspirare eam potest, quandocumque sua vult misericordia, et remunerare ex misericordia, quos damnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt, que impediunt et languentem retrahunt, periculo-

1 lege Nyssenenum. 2 Proculum V lege Proclum. || suscipiunt V. 8 hedificant V. 10 se talia V.  
 14 iuditium V. 15 iuditium V. 21 sacrificium V. 22 qui V. 25 chatholica V.  
 V. 25 defunctis V || et iam V. 27 ac una V. 27 exhibitur V. 37 retrahunt V cum linea super tres ultimas litteras.

5 1 Cor. 3, 11-12. 6 Ps.-AUGUSTINUS, De verbis apostoli 1 Cor. 3, 11-15. = MIGNE PL 39, 1946 (Appendix, sermo 104). 11 1 Cor. 3, 15. 13 AUGUSTINUS, De civitate Dei, lib. XXI, c. 13 = MIGNE PL 41, 728. 18 ibidem, c. 24. 20 AUGUSTINUS, De cura pro mortuis gerenda ad Paulinum, c. 1 = MIGNE PL 40, 593. 24 ibidem, c. 4 = MIGNE PL 40, 596. 30 Ps.-AUGUSTINUS, De vera et falsa poenitentia ad Christi devotam, c. 17-18 = MIGNE PL 40, 1127 (Appendix). 33 ibidem, 1128.

sissimum est et interitui vicinum ad mortem protrahere penitentiae remedium. Sed etsi sit conversus, vita vivet et non mori[a]tur, non permittimus, quod vero evadat omnem penam; nam primo purgandus est igne purgatorio ille, qui in aliud seculum distulit fructum conversionis. Hic autem ignis, etsi eternus non sit, miro tamen modo est gravis; excellit enim penam, quam numquam passus est aliquis in hac vita'. Idem Augustinus in quodam sermone de mortuis, qui incipit: *Omnium christianorum spes*: 'Itaque', inquit, 'orationibus vere ecclesie et sacrificio salutari et elemosinis, que pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuvari, [ut] cum eis misericordius agatur a domino quam eorum peccata meruerant. Hoc enim a patribus traditum universa observat ecclesia, ut pro eis, qui in corporis et sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur atque per illos quoque id offerri commemoretur, cum ver[o] eorum commemorandorum causa opera misericordie celebrantur, quis eis dubitet suffragari, pro quibus orationes ad deum non inaniter allegantur? Non enim ambigendum est ista prodesse defunctis, s[ed] talibus, qui ita vixerunt ante mortem, ut possint hec eis esse utilia post mortem'. Sanctus quoque Ambrosius exponens verbum illud *ipse autem erit salvus*: 'per hoc enim', dicit 'illum salvum futurum, sed penas ignis passurum, ut per ignem purgatus fiat salvus et, cum perfidi in eternum pereant, prodest illi ex parte credidisse Christum'. Beatus Gregorius summus pontifex in 4<sup>o</sup> libro dyalogi sui plurima exempla ac revelationes adducit, probans esse purgatorium, et inter alia inquit: 'Qualis hic quisque egreditur, talis in iudicio presentatur; sed tamen de quibusdam culpis esse ante iudicium purgationis ignis credendus est, pro eo, quod veritas dicit, quia *si quis in spiritum sanctum blasphemias dixerit, neque in hoc seculo neque in futuro remittetur ei*. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in futuro posse relaxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen, ut predixi, de parvis minutisque peccatis fieri posse credendum est'. Magnus etiam ac sanctus Basilius in orationibus, <que> in vigilia pentecostes genu flexo dici solent, in una earum, cuius principium est *Eternaliter fluens* etc., sic pro mortuis orat: | 'Exaudi nos deprecantes et da requiem animabus servorum tuorum predormientium patrum nostrorum et fratrum ceterorumque cognatorum omniumque in fide nobis iunctorum'. In sequenti vero oratione, cuius principium illud est *Domine omnipotens deus et pater misericordie*, sic ait: 'Exaudi nos humiles supplicantes vel supplices tuos deprecantes, et da requiem animabus servorum tuorum predormientium in loco lucido, in loco vi[r]jenti, in loco refectionis, unde dolor, mesticia, gemitus longe depulsa sunt, et statue spiritus eorum in tabernaculis iustorum pacis atque remissionis'. In exequiis vero mortuorum sic vice defuncti salvatorem alloquitur: 'Imago sum tue ineffabilis glorie, quamquam terre mestigmata aut punctiones certaminum feram. Miserere figmenti tui, domine, et pietate tua me purga patriamque desideratam largitus meritorum paradisi civem constitue'. Gregorius Nyssenus in dyalogo de consolatione et statu animarum post mortem introducens loquentem et dicentem Siceram mater-

134v

2 moriatur V.                      7 helemosinis V.                      8 misericordias V.                      11 commemorandarum V.  
 15 Ambrosius V.                      19 iudicio V.                      20 iudicium V.                      26 eorum V.                      29 patrem et V.  
 31 viventi V.                      33 vite V.                      34 lege in mestigmata.                      36 aue cum lineola supra totum vocabolum ducta || Nycenus V.                      37 loquentem, omisso signo compendii V.

1 inter remedium et Sed etsi apud S. Augustinum adhuc duae sententiae.                      6 AUGUSTINUS, *Sermo* 172, c. 1 = MIGNE PL 38, 936-7.                      15 1 Cor. 3, 15; AMBROSIIUS, *Commentaria in epistolam ad Corinthios primam*, c. 3, 15 = MIGNE PL 17, 200.                      19 GREGORIUS I, *Dialogi*, lib. IV, c. 39 = MIGNE PL 77, 396.                      21 Mc. 3, 29; Mt. 12, 32.                      26 cf. I. GOAR, *Εὐχολόγιον sive Rituale Graecorum, Venetiis 1730, 600-1.*                      29 *ibidem*, 601.                      33 *ibidem*, 425.                      37 lege sanctam Macrinam sororem.

nam sororem beati Basilii et suam post ipsius Basilii mortem inquit : ' Neque odii aut vindictae studio dolores peccatoribus infert deus pro his, qui male vivendo peccaverunt ', et infra : ' Et quemadmodum immixtam auro materiam expurgantes per ignem non solum, quod adulterinum est, igne liquefaciunt, sed purum quoque aurum necessario una cum mixto liquatur, permanetque, quod purum est, adulterino consumpto, ita cum vitia purgatorio usu consumantur, necesse est omnino, ut illis coniuncta anima in igne sit, donec insita omnis adulterina materia atque commixtio auferatur igne consumpta '. Item Gregorius in libro, quem de his, qui dormiunt, scripsit, sic inquit : ' Donec igitur potestas manet in natura, ut evitetur malu[m], hoc adinvenit sapientia divina consilium, ut hominem sineret in his, que vellet, ut gustatis que cupierat malis expertusque [que] quibus commutasset, sponte ad priorem beatitudinem ac desideranter accurreret, vitiosum atque omne irrationabile veluti grave pondus excuciens, sive in vita presenti summa intentione ac phylosophia expurgatus sive post huius excessum vite per ignis purgatorii confricationem '. Huius etiam purgatorii, de quo nunc nobis est sermo, testis est beatus Dyonisius, qui in cap. VII<sup>o</sup> ecclesiastice ierarchie, ubi de oratione loquitur, quam ierarcha super eo, qui dormit, facit, ita dicit : ' Postea procedens divinus ierarcha orationem sanctam facit super eo, qui dormivit ', et infra : ' Oratione quidem precatur ierarcha <divinam> bonitatem, ut dimittat ei, qui dormi[vi]t, | omnia, que per humanam fragilitatem peccavit, et constituat ipsum in lumen et regionem viventium, in sinibus Abrae, Ysaac et Iacob, unde aufugit dolor, tristitia et gemitus '. Accedat et sanctus Epiphanius contra Aerium blasphemantem ac inter cetera dicentem non prodesse defunctis viventium preces. Is itaque inquit : ' Novique, quod defunctorum recitamus nomina. Quidnam propensius fieri debuit, quid eo opportunius et mirabilius quam si credamus, qui hic summus, eos, qui defuncti sunt, vivere neque eorum interiisse substantiam, sed esse eos et apud dominum vivere ? Quippe docet honestissima predicatio et dic[t]at spem esse his, qui pro fratribus orant quasi in peregrinatione constitutis. Prodest autem, que pro eis fit oratio, licet non omnes culpas abscindat. Sepe enim [dum sumus] in mundo, sponte invitique peccamus, ut exprimatur perfectio maior ; namque et iustorum memoriam facimus et pro peccatoribus oramus ; pro peccatoribus quidem divinam misericordiam imploramus '. Inferius autem dicit sic : ' Verum rursus ad rei consequentiam redeamus dicamusque hoc ecclesiam necessario facere, cum id a patribus acceperit traditum '. Consonat predictis Damascenus in quodam sermone de suffragiis mortuorum dicens : ' Misteriorum conscii discipuli salvatoris et sacri apostoli in tremendis et vivificis misteriis memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierunt, sanxerunt ', quem infert beatus Thomas in 4<sup>o</sup> sententiarum, dist. XLV in primo articulo de suffragiis. Huic purgatorio testimonium perhibet Theodor[et]us episcopus Cirenensis, ut refert beatus Thomas : is dicit : ' Sicut ', inquit apostolus, quod *'salvabitur sic tamquam per purgatorium*

2 doloros V.                      4 adulterium || liquefaciunt || loquatur V.                      5 usui consummi V.  
 9 malus || advenit V                      10 malus || non quibus V.                      11 acurient || omnem  
 irrationabilem V.                      13 Hius V.                      15 ierarchiam V.                      16 divinis ierarchia || Oratio  
 V.                      17 ierarchiam || dormiunt V.                      20 artem V.                      24 dicat B.                      26 dimisimus  
 in || invictique V.                      31 misterium consii V.                      34 Theodoricus V.

1 GREGORIUS Nyssenus, *De anima et resurrectione* = MIGNE PG 46, 97 C.                      3 *ibidem*, 100 A.  
 8 GREGORIUS Nyssenus, *De mortuis* = MIGNE PG 46, 524 B.                      15 Ps.-DIONYSIUS Areopagita, *De ecclesiastica hierarchia*, VII, § 4 = MIGNE PG 3, 560 A.                      16 *ibidem*, 560 A-B.                      21 EPIPHANIUS, *Adversus haereses*, lib. III, haeresis 75, c. 8 = MIGNE PG 42, 513 B-C.                      29 *ibidem*, 515 A.  
 31 IOANNES DAMASCENUS, *De iis, qui in fide dormierunt* = MIGNE PG 95, 249 B.                      33 THOMAS Aq., *In librum IV Sententiarum*, dist. 45, q. 2, art. 1, *quaestiuncula* 2.                      34 THEODORETUS ; cf. MIGNE PG 82, 18.                      35 cf. THOMAS Aq., *In Isaiam prophetam*, in editione P. A. UCCELLI, Romae, 1880, 485, 411 ; 1 Cor. 3, 15.

*ignem* purgantem, quicquid [in]venerit <per> incautelam preterite vite ex pulvere saltem pedum terreni sensus, in quo igne tam diu manet, quamdiu [quicquid] corpulentie et terreni affectus inheserit, purgetur, pro quo mater ecclesia orat et dona pacifica devote offert, et sic per hec mundus et inde purus exiens domino Sabaoth purissimis oculis immaculatus assistit'.

- 5 Septimo declaratur predicta veritas ratione divine iustitie, que nichil inordinate factum impunitum reli<n>quit, que est 'iuxta mensuram delicti', ut inquit scriptura 'constituit plagarum modum'. Cum ergo pro quolibet peccato homo certam mereatur penam, si hanc in isto seculo non solvit, exigit dare iustitie ordo, ut in futuro satisfaciat; alioquin impunitus remaneret. Sed si quis contritus decedat, huiusmodi penam non satisfaciet in inferno, iuxta illud: 'peccator in quacumque hora ingemuerit, vita vivet et non morietur', quod de vita infernali intelligi oportet; in celo etiam talem penam non solvet, quia repugnat mundicie celestis domus; 10 'per eam enim', inquit sapientia, | 'nichil intrat inquinatum', nec iuxta Ysaïam 'quisquam pollutus transit'. Que quidem domus est requiei, non pene; est gaudii, non luctus. Restat igitur, ut preter paradisum et infernum aliquis alius assignetur locus, in quo huiusmodi 15 exerceatur purgatio, qua facta, cum desit esse pollutus et inquinatus, mundusque efficiatur, ad deum videndum et eo fruendum confestim evolat.

- ANDREAS. Hec fuere, que de purgatorio prodita sunt. His diebus certis ad invicem discussis per Grecos, et aliis secretis ad partem auditis, Greci cum Latinis patribus in hanc ceculam convenere. 'Item si vere penitentes in caritate decesserint, antequam dignis penitentie fructibus de commissis satisfecerint et de omissis, eorum animas penis purgatoriis post mortem purgari, et ad penas huiusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes et elemosinas et alia pietatis officia, que a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesie instituta; illorumque animas, qui post sacrum baptismum susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, que post contractam 20 peccati maculam, vel in suis corporibus vel eisdem exute, prout superius dictum est, sunt purgate, in celum mox recipi et intueri clare ipsum deum trinum et unum, sicuti est, licet alius alio perfectius. Illorum autem animas, qui in mortali actuali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, penis tamen disparibus puniendas'.

30 <FORMULAE SIVE CEDULAE DE ADDITIONE AD SYMBOLUM, DE MATERIA SS. EUCHARISTIAE CONFICIENDAE, DE PRIMATU>

- Duabus his conclusis cedulis, quia circa primatum et consecrationem sanctissimi corporis domini nostri Yhesu Christi supererant dubia, et quia questio, an licuerat addere simbolo Romane ecclesie, in suspenso remanserat, Latini patres cedulas has Grecis exhibuere. Prima huius continentie fuerat: Diffinimus insuper explanationem verborum illorum *filiogue* veritatis declarande gratia et insurgentis tunc erroris necessitate, licite et rationabiliter simbolo 35

1 pervenerit V.	2 melius: quicquid corpulentie et terreni affectis inhesit, purgetur.	2 terreni effectus V.	4 dona Sabaothi V.	8 melius: exigit divine iustitie ordo.	9 satisfat V.	10 moriatur V.	17 ante His spatium vacuum duorum fere vocabulorum V.
22 helemosinas V.	31 circha V.	33 exhibuere V.					

6 Deut. 25, 2.      9 Ez. 23, 14-15.      12 Sap. 7, 25.      13 Is. 25, 8.      19 cf. idem fere textus in professione fidei Michaelis Palaeologi, DENZINGER 464.

fuisse appositam. Alia vero hoc modo erat : Item in azimo sive fermentato pane corpus domini veraciter confici ; sacerdotes quoque in altero ipsum domini corpus conficere debere iuxta sue Latine vel Orientalis ecclesie consuetudinem. Alia vero fuerat hoc modo : Item diffinimus sanctam apostolicam sedem et Romanum pontificem | successorem esse beati Petri verticis apostolorum et verum Christi vicarium et totius ecclesie caput et omnium christianorum patrem et magistrum existere et in universum orbem tenere primatum, et ipsi in beato Petro pascendi et regendi et gubernandi universalem ecclesiam a domino nostro Ihesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis ycumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur. Renovantes insuper etiam ordinem traditum a canonibus ceterorum sanctissimorum patriarcharum, ut patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum papam Romanum, tertius vero Alexandrinus, quartus vero Anthiocenus et quintus Ierosolimitanus ; salvis videlicet privilegiis et iuribus eorum. 136r 5

Quibus exhibitis, quia Greci nondum aliqua super his ultimis conclusionibus a nostris senserant, petiere, ut aliquid super his audirent, deputataque extitit dies. Quo die, summo pontifice, imperatore Grecorum, ceterisque Occidentalis Orientalisque ecclesie patribus presentibus, deputati fuere duo, qui super his Romane ecclesia precepta brevi sub sermone dissere- 15 rent, provincialis videlicet, et dominus de Rupecremata, ambo ordinis predicatorum fratres.

ANDREAS. Ut voto Grecorum patrum ex contentis in duabus cedulis <satisfieret et> Romane ecclesie doctrinam susciperent, facta est conventio die ... iunii, ubi papa, imperatore Grecorum, Latinis Grecisque presentibus, papa sic incepit dicere. 20

PAPA. Plures cardinales et prelati alii fuerunt ad tuam maestatem, qui tractarunt de potestate Romani pontificis et de confectione azimi ; et dixistis, quod libenter audiretis aliqua super his verbis. Audiatis a magistris his, que dicent, et postea dicam aliqua. Veniant, qui dicere habent.

ANDREAS. Venit provincialis et dominus Ioannes de Rupecremata, et incepit provincialis | hoc modo. 25 136v

<SERMO PRIOR IOHANNIS DE MONTENIGRO, DE PRIMATU>

PROVINCIALIS. De mandato sanctitatis vestre, pater beatissime, et benedictione, quia iubet sanctitas vestra circa materiam articuli primatus, ut dicam aliqua propter terminos et verba proposita in cedula nostra, ut veritas domino imperatori pateat et alii patres ecclesie Orientalis manifeste intelligant, quod omnia illa verba sunt bene fundata in sanctis doctoribus ab ecclesia approbatis, secundum ordinem illorum verborum in brevibus pertransibo. 30

1 appositis V. 11 Alexandrinus V. 12 post eorum habetur cancellatum, et in margine insuper notatum vacat ; Dignentur domini de quolibet statu deputare IIII<sup>or</sup>, qui convenient cum deputatis Grecorum ad componendum formam decreti et excipiendum hoc sanctissimum opus. Mandantes notariis et aliis, quod non tradant copias istius cedule antequam fuerit redacta in forma debita V. 13 exhibitis V. 17 post fratres manu posteriore est scriptum : Confirmatio Graecorum et imperatoris de potestate et maiestate sedis apostolice examinatur V. 18 ante Ut sunt scripta duo puncta et ex alio margine notatur Andreas V. 29 circa V.

2 in professione fidei Michaelis Palaeologi habetur, DENZINGER 465 : Sacramentum Eucharistiae ex azymo conficit eadem Romana Ecclesia. 4 cf. professio fidei Michaelis Palaeologi, substantialiter cum hoc textu concordans, DENZINGER 466. 25 provincialis Ioannes de Montenegro et Ioannes de Torquemada, ambo ex ordine Fratrum Praedicatorum. 28 hunc sermonem edidi in collectione Miscellanea Historiae Pontificiae, II (1940) 41-47.

Sic in fine cedule dicebatur : *Item similiter diffinimus sanctam sedem apostolicam et Romanum pontificem successorem Petri*. Ista est prima condicio, que attribuitur Romano Pontifici, quia est successor Petri, et quod sibi succedat eadem auctoritate et potestate, sic ostendimus. Nam in VII synodo ycomenica, prout recitatur in 3<sup>a</sup> actione illius synodi, sanctissimus Adrianus papa scribens Constantino et Yrene et toti concilio in ea decretali epistola, ubi inducit plures auctoritates pro veneratione ymaginum, inter cetera de beato Petro sic ait : ‘ Nam ipse princeps apostolorum, beatus Petrus, qui primitus apostolice sedis (!) presedit, sui apostolatus principatum ac pastoralis cure successoribus suis, qui in sua sacratissima sede successuri sunt, perenniter dereliquit, quibus et auctoritatis potestatem, quemadmodum a salvatore nostro, a domino deo ei concessa est, ipseque tradidit divino iussu successoribus suis, quorum traditione Christi sacram ymaginem sancteque genitricis eius apostolorumque et omnium sanctorum venerantur ymagines ’.

Ex quibus verbis evidentissime constat Romanum Pontificem in eadem potestate Petro succedere, quam et Petrus a Salvatore nostro habuit ; et quia multe alie auctoritates circa hoc possent adduci, cum hec sit sufficientissima, venio ad aliam partem.

Sequitur in cedula : *successorem Petri et vicarium Iesu Christi*. Hec particula in se non habet difficultatem, quia clarum est, quod ille dicitur vicarius alterius, qui super aliqua recipit vices eius ; quod Petrus remansit vice Christi in terris, [patet] ex evangeliiis. Nam Christus fundavit ecclesiam super Petrum, que super se fundata erat, [eique] contulit claves universaliter et generaliter, cum dixit : ‘ tibi dabo claves regni celorum ’, neminem excepit de toto mundo ; cum dixit apostolis, non ita generaliter loquutus est, quia hoc 2<sup>o</sup> modo excipiuntur omnes | apostoli respectu aliorum. In primo nullus excipitur a potestate Petri ; ex quo sequitur, quod ipse potest omnes ligare et a nemine ligari. Cum ergo vices Christi habeat in terris, ergo sequitur, quod est vicarius, et cum Romanus pontifex succedat in eadem potestate, ut probatum est, sequitur, quod est vicarius Christi. Ideo dicunt sancti doctores latini : ideo Petrum principem apostolorum constituit, ut ecclesia ipsa unum principalem Christi haberet vicarium, ad quem universa membra recurrerent, si forte inter se dissentirent ; quod si diversa capita essent, unitatis vinculum rumperetur.

Sequitur in cedula nostra : *totius ecclesie caput et omnium christianorum patrem existere diffinimus, nostrum etiam doctorem*. Quod sit caput, ita ostenditur. Et primo hoc probatur ex ipsa VII<sup>a</sup> synodo, ubi dicitur in epistola Adriani ad ipsum Tarasium quod ipse ‘ omnium ecclesiarum caput existit ’, probatur ex quarta synodo Chalcedonensi. In principio synodi, cum Pascasius et Lucensius aperirent mandatum eorum, dixerunt : ‘ Leo episcopus caput omnium ecclesiarum ’. Item in epistola orbiculari, quam totum concilium Calcedonense misit ad papam Leonem, in qua petebant confirmationem eorum, que facta fuerant in concilio Calcedonensi, inter cetera de beato Leone ita dicunt : ‘ dominicam agnitionem, quam dominus salvator contulit ad salutem, ut catenulam auream in [n]os conservasti , vocis Petri omnibus interpret existens, quibus tu ut caput membris prepositus eras per eos, qui tuam continent vicem, rectum consilium demonstrans, principes fideles ad ornatum presidebant ’. Item circa finem ipsius

5 Irenen V.                      18 Petro V || terrisque V.                      19 sibi V.                      22 omnes duabus vicibus V.  
34 in margine posteriore manu scriptum *κυκλικός* epistola, epistola orbicularis Cyrilli V.  
37 voces V.

6 concilium VII, actio II = MANSI XII, 1057 C-D.                      20 Mt. 16, 19.                      31 concilium VII = MANSI XII, 1081 E = MIGNE PL 96, 1240 A.                      33 concilium Chalcedonense = MANSI VI, 579 D.  
36 ibidem, 147 A-D.



epistole ita dicunt : ‘rogamus, honora tuos, sumens nostrum iudicium, et ut nos consensum bonum capiti contulimus, et caput filiis, quod decet adimpleat’. Multe sunt alie auctoritates et plura testimonia sanctorum, quibus hoc idem probari potest, sed brevitatis causa, cum hec probatio concludat, ad alia venio, ex qua auctoritate etiam probata constat manifeste, quod universalis ecclesia quomodocumque consideretur sive sit congregata vel non, habet rationem membrorum respectu Romani pontificis, et semper Romanus pontifex preponitur ut caput membris. 5

Quod sit *omnium christianorum pater*, patet ex Calcedonensi concilio ; nam circa finem V. actus, cum debebat diffinito concludi, cum magnificentissimi iudices instarent pro parte Martiani imperatoris, ut additio fieret secundum sententiam Leonis pape, omnes episcopi synodi clamarunt acceptare, quod dixerant iudices, et quod omnium nostrum patris nostri Leonis sententia | termino data [habet], hoc tenemus et credimus, quod patris omnium Leonis confessio habet. Et sic habetur, quod si erat pater omnium existentium in Calcedonensi, quod sit pater omnium, quia ibidem omnes christiani representabantur. 10 137v

Sequitur in cedula : *atque <e>idem*. 15

ANDREAS. Interposuit sancti Angeli cardinalis, quod Crisostomus in omilia super Iohannem XXIX capitulo super verbo *sequere me* dicit sic : ‘ si autem quis dicat, quomodo Iacobus accepit solus Ierosolimam, dicam, quoniam istum Petrum orbis ordinavit doctorem’. Et in epistola Agathonis synodica recitata in VI concilio dicitur, quod precepto dei habet papa ‘ imbuere et instruere populum christianum’. Et in eadem auctoritate Iohannis Crisostomi sequitur : ‘ quoniam magna predixit dominus, et orbem sibi Petro commisit et martirium predixit’. 20

<PROVINCIALIS>. Quod ipse sit *doctor totius fidei christiane*, ostenditur ex epistola beatissimi Athanasii synodica, quam scripsit beatissimo Felici pape, dicens sic inter cetera : ‘ tu prophanarum heresum atque omnium impetitorum depositor, ut princeps et doctor et caput omnis orthodoxe doctrine et immaculate fidei existis’ ; cum omnes christiani in fide conveniant et convenire debeant, ipse ponitur doctor totius immaculate fidei, propter privilegium concessum Petro, sequitur quod est doctor omnium christianorum. 25

Sequitur in cedula : *atque in beato Petro principe apostolorum*.

CARDINALIS. Omisisti *in orbemque omnem tenere primatum*. 30

PROVINCIALIS. Verum est, et hoc ostenditur. Nam in 2<sup>a</sup> epistola Adriani ad [Tar]asium patriarcham Constantinopolitanum inter cetera, ut patet [3<sup>a</sup>] actione [VII] synodi, sic dicitur : ‘ sedes beati Petri in omnem terrarum orbem primatum tenens refulget et caput omnium ecclesiarum Christi consistit’. Item sanctus Anacletus papa ordinatus presbyter a sancto Petro in 3<sup>a</sup> sua decretali epistola, quam omnibus episcopis scripsit, inter cetera sic dicit : ‘ sacrosancta Romana ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso domino salvatore nostro primatum obtinuit, sicut ipse Petro dixit : *tu es Petrus et super hanc petram* etc. Ex quo patet, quod sedes Petri et Romana ecclesia dicitur habere primatum ratione Petri, quia per hoc, quod dixit : *tu es Pe-* 35

17 in margine manu posteriore quod papa doctor totius fidei christianae, cum signo manus V.

23 Athanasium V.

1 *ibidem*, 154 C.

11 concilium Chalcedonense = MANSI VII, 106 C.

17 IOANNES CHRYS.,

In Ioannem, homilia 88, c. 1 = MIGNE PG 59, 480.

20 concilium VI, epistola Agathonis = MANSI

XI, 242 D.

21 *sicut supra*, MIGNE PG 59, 480.

25 Ps.-ATHANASIUS = HINSCHIUS 83.

32 concilium VII (= III Constantinopolitanum) = MANSI XII, 1081 E = MIGNE PL 96, 1040 A.

35 Ps.-

ANACLETUS = HINSCHIUS 23.

37 Mt. 16, 18.

138r 5 *trus* etc. omnis potestas derivatur in sede apostolica per successionem sedentis in ea. Hoc idem sanctus Iulius papa scribens omnibus orientalibus episcopis ita inter cetera dicit: 'dudum a sanctis apostolis successoribusque eorum in antiquis decretis statutum est, et sancta apostolica ecclesia tenet', et loquitur de synodo Nicena, cum ipse fuerit 2<sup>a</sup> a Silvestro papa, quoniam sanctam Romanam | ecclesiam omnium ecclesiarum primatum habere voluerunt', ut dominus ait, unde omnibus ecclesiis prelata est. Multe auctoritates alie sunt, sed causa brevitatis hec sufficient.

Sequitur in cedula: *atque eidem sedi et Romano pontifici in beato Petro principe apostolorum pascendi, regendi et gubernandi universalem ecclesiam plenariam sibi traditam esse potestatem.* Et quia primus punctus est *pascendi*, hic probatur verbis evangelii ita clare, ut non egeat probatione. Nam cum actus pascendi sit actus pastoris, cum fuit dictum, 'pascere oves meas', absolute factus est pastor omnium ovium, non distinguens has oves et alias, cum intelligitur: universas commissas. Cum ergo et apostoli sint oves Christi, nullus est, qui insignitus nomine christiano possit dicere, quod non sit constitutus sub prelatura Romani pontificis. Ut sequamur formam, volo probare duobus testimoniis. Unde beatissimus Adrianus in epistola ad Tarasium inter cetera sic dicit: 'unde et idem beatus Petrus voce domini pascens ecclesiam nil indissolutum remisit, sed tenuit semper et retinet principatum'. Cum dicat: *nil <in> dissolutum reliquit*, sequitur, quod sub eius cura omnes includere voluit. Item in 20 sexta synodo ex epistola Agathonis pape, quam Constantinopolim destinavit, in qua tomum fidei scripsit contra errorem eorum, qui dicebant unam voluntatem et dispositionem in Christo, in qua ponit multa dicta sanctorum, que expansis manibus a tota synodo cum multa veneratione suscepta est, inter cetera sic dicit: 'annitentes presidio beati Petri apostoli, qui et spiritualiter oves ecclesie ab ipso redemptore omnium eterna dispositione pascendas suscepit 25 et apostolica ecclesia numquam a[d] aliqua[m] erroris parte[m] deviavit, cuius auctoritatis sanctionem utpote apostolorum omnium principis semper catholica Christi ecclesia et omnes universales synodi amplexi(!) sunt, omnesque venerabiles patres apostolicam eius doctrinam amplexi', et infra modicum: 'hec est spiritualis mater vestri imperii apostolica Christi ecclesia, que per dei omnipotentis gratiam a tramite apostolice veritatis nunquam erando succubuit, sed ut a principio christiane fidei percepit ab apostolorum Christi principibus, illibata fidentius manet secundum ipsius salvatoris sollicitationem, quam suorum apostolorum principi in sacris evangeliiis fassus est dicens Petro: *Petre, ecce sathanas expetivit te, ut cribraret etc. Ego rogavi pro te, ut non deficeret fides tua, et tu conversus confirma fratres tuos.* Consideret tua clementia, quod ipse dominus, cuius fides est, qui fidem Petri non defecturam promisit, 30 confirmare fratres dixit, quod apostolicos | pontifices [mee] exiguitatis predecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum.'

Ex hac probatione tria manifeste asserit, primo, quod pastus omnium ovium sit commissus Petro et successoribus. 2<sup>m</sup> quod sedes apostolica nunquam in aliqua erroris parte depressa est, sed semper mansit immaculata in fide. 3<sup>o</sup>, quod tanta est eius auctoritas, quod

6 quoniam quando V.  
parte V.

21 dispositionem] *melius* operationem.  
35 in exiguitatis V.

25 ab aliqua erroris

2 Ps.-IULIUS = HINSCHIUS 459.  
= MIGNE PL 96, 1240 A.  
22, 31-32.

12 Io. 21, 17.

17 concilium VII = MANSI XII, 1081 B  
23 concilium VI = MANSI XI, 239 D-E = MIGNE PL 87, 1169 A.

32 Lc.

universalis ecclesia et universe synodi semper fideliter secute sunt et patres catholici semper susceperunt eius apostolicam doctrinam, et quod illa verba 'ut non deficiat fides tua', intelliguntur de sede apostolica et quia sit immunis ab heresi ad confirmationem omnium fratrum titubantium in fide, ad ipsam sedem et Romanum pontificem pertinet.

Sequitur in particula: *pascendam convocandi*. Quod actus hic spectet Romano pontifici, 5 sic probatur ex illa epistola orbiculari, quam patres Calcedonenses scripserunt Leoni pape, qua sic dicunt loquentes de Dioscoro et de malis per eum factis: 'super hec omnia et furorem suum contra eum, qui custodiam vinee susceperat, dicimus de sanctitate vestra, et excommunicationem contracogitavit, qui corpus ecclesie adunare festinavit, dicimus autem de sanctitate vestra'. Si ergo Leo, qui erat successor Petri, habebat adunare corpus ecclesie, ergo 10 convenienter ponitur *convocandi*.

Sequitur verbum *regendi*. Ista particula satis constat ex dictis, quia si est princeps, si est caput, si est rector, ergo habet regere, quia ad pastorem spectat regere oves, et brevitatis causa unum testimonium deduco Anacleti papa in epistola, quam supra allegavi, sic dicit: 'apostolica sedes caput ecclesie', ut prefatum est, 'a domino et non ab alio instituta est, et 15 sicut cardine ostium regitur, sic huius sancte sedis apostolice auctoritate omnes ecclesie domino disponente reguntur'. Et Leo papa in sermone sue consecrationis sic dicit de hoc regimine: 'de toto mundo unus Petrus eligitur, [qui] universalium gentium vocationi et omnibus ecclesiis cunctisque ecclesie patribus preferatur, ut quamvis in Christi ecclesia multi presbyteri sint multique pastores, omnes Petrus regat, quos principaliter regit et Christus. Magnum 20 et mirabile, dilectissimi, huic viro consortium potentie sue tribuit divina dignatio et, si quid commune cum ipso ceteris voluit esse principibus, numquam nisi per ipsum dedit, quicquid aliis negavit'.

Sequitur: *ac gubernandi*. Quod hoc spectet ad Romanum pontificem, probo testimonio Leonis in eodem sermone, ubi sic dicit: 'soliditas illius fidei, que in apostolorum principe est laudata, perpetua est, et sicut permanet, quod in Christo Petrus credidit, ita manet, quod 25 in Petro Christus instituit', et infra modicum: 'manet ergo dispositio veritatis, et beatus Petrus in accepta | fortitudine perseverans suscepta ecclesie gubernacula non reliquit.' 139r Et sic accepto gubernaculo per Petrum, et Romano pontifici successori, quod actus gubernationis verissime sibi competit.

Sequitur: *plenariam traditam potestatem pascendi et gubernandi* etc. Quod hoc sit, appa- 30 ret verbo salvatoris Mathei XVI cap. quo ad omnes causas indiffinite et universaliter, cum dixit: 'dabo claves et quodcumque ligaveris'. Quod etiam sit plenaria quo ad territoria et omnia supposita, apparet ex illa 'pascite oves meas', ex qua nullum suppositum excipitur, et uno testimonio deduco. Nam beatissimus Leo in sermone allegato ita sequitur: 'sic enim pre ceteris Petrus ordinatus est, ut dum petra dicitur, dum fundamentum pronunciat, dum 35 regni celorum ianitor constituitur, dum ligandorum solvendorumque arbiter, mansura etiam

1 secuti V.                      7 factis sit dicunt V.                      17 regantur V.                      18 qui] in V.                      30 potestatem in V.

2 Lc. 22, 32.                      7 concilium Chalcedonense, epistola synodalis = MANSI VI, 150 B.                      15 Ps.-ANACLETUS = HINSCHIUS 84.                      18 LEO I, sermo III, c. 2 = MIGNE PL 54, 149 C - 150 A.                      24 ibidem, 145 C - 146 A.                      32 Mt. 16, 19.                      33 Io. 21, 17.                      34 LEO I, sermo III, c. 3 = MIGNE PL 54, 146 B-C.

in celis iudiciorum suorum diffinitione perficitur, qualis illi cum Christo esset societas, per ipsa appellationum eius nomina sciremus, qui nunc plenius et potentius omnia que sibi commissa sunt, peragit et omnes partes officiorum atque curarum in ipso, per quem est glorificatus, exequitur. Si quid ergo a nobis recte agitur recteque disponitur, illius est operum atque  
5 meritorum, cuius in sede sua excellit auctoritas et sedit potestas'. Si ergo in sede apostolica sedit potestas, apparet ergo, quod est super omnes ecclesias, et hec sufficiant quo ad declarationem verborum.

CARDINALIS. Lectis epistolis Adriani, legati sedis apostolice in synodo dixerunt: 'dicat synodus, si admittit epistolas patris senioris Romani pontificis'. Responderunt: 'Sequimur  
10 et admittimus litteras'; deinde nominatim CCCXXX episcopi, qui in synodo erant, approbant dictas epistolas Adriani pape, que non fuerunt solum Adriani, sed synodice Orientales, quoniam in illis est diffinitio universalis concilii; et ita de epistolis Agathonis, que fuerunt probate in VI<sup>a</sup> synodo.

PAPA. Dicatis.

15 <SERMO PRIOR IOHANNIS DE TORQUEMADA, DE MATERIA ET FORMA SS. EUCHARISTIAE>

ANDREAS. Incepit dominus de Rupecremata, qui secundus erat dispositus ad loquendum hoc modo.

DOMINUS DE RUPECREMATA. De iussu et ordinatione sanctitatis vestre, pater beatissime, dicam aliqua cum benedictione sanctitatis vestre de duabus particulis loquuturus, que respiciunt sacramentum sacratissime eucaristie, paucissimis agam, quia omnia, que dicturus sum,  
20 ita puto clarissima omnibus catholicis christianis, ut non expediat abundare sermone. Prima particula est, quod in azimo conficitur sacramentum et in fermentato. In eucharistia duo sunt consideranda. Primum est materia, secundum est forma consecrationis, et de istis duobus due sunt particule situate in presenti cedula. Prima particula respicit materiam, cum  
25 dicat: *in azimo pane sive in fermentato*; in hac particula duo sunt consideranda, primum id quod est necessarium, secundum, quod est conveniens | sive rationabile; quoniam est necessarium in materia huiusmodi sacramenti, quod panis sit de frumento; quod autem sit azimus vel fermentatus, non est de necessitate sacramenti, sed in utroque potest consecrari, et hoc dicit cedula: *in azimo sive in fermentato*. Ideo beatus Gregorius loquitur in registro,  
30 quod Romana ecclesia offert azimos, quia corpus sumpsit purissimum ex virgine. Alique autem ecclesie offerunt fermentatum, quia verbum carne indutum sicut fermentum uniter farine. Et circa primum, considerandum, quod de necessitate sacramenti non est, quod sit in azimo, vel in fermentato. 2<sup>m</sup> quod considerandum est: convenientia sive rationabilitas, et secundum hoc dicimus, quod maiori convenientia sive rationabilitate conficitur in azimo quam in fermentato, et ideo hanc consuetudinem tenuit et observat sancta Romana ecclesia. Hec convenientia colligitur ex tribus, primo ex institutione vel practica Christi, quod Christus legitur in azimo

5 melius sedet. 11 Orientalis V. 18 iuxta V. 21 catholicis V. 21 habundare V. 24 scituata V. 33 post rationabilitas erat scriptum, sed uncinis inclusum et insuper nota non praeditum, ita ut sine dubio tamquam deletum considerandum sit conficitur in azimo quam in fermentato, et ideo hac (!) consuetudinem tenuit V. 34 fermento V. 36 practicha V.

8 concilium VII, actio II = MANSI XII, 1086 C. 29 Ps.-GREGORIUS (= auctor anonymus saec. XIII), in editione Leoniniana Thomae Aquinatis, XII, 150.

confecisse, quod ex IIII<sup>or</sup> ostendam. Ista IIII<sup>or</sup> sunt IIII<sup>or</sup> auctoritates sacri evangelii. Prima est, quam habet Matheus, XXVI cap., ubi dicitur: 'prima die azimorum accesserunt discipuli ad Yhesum dicen-tes: Ubi vis paremus tibi pascha?' Sed ita est, quod in die azimorum non erat fermentum in domibus ebreorum. Ita habet lex Exodi, XII. cap., ubi scribitur, quod in diē azimorum non sit fermentum in domibus vestris. Secunda auctoritas est Marci evangeliste, cap. XIII<sup>o</sup>, ubi dicitur sic: 'Prima autem die azimorum, cum iudei pascha ymolabant, dicunt discipuli ad Yhesum: ubi vis paremus et comedamus?'; ex hoc infertur, prout ex prima. 3<sup>a</sup> auctoritas est Luce, XXII, ubi pariter loquitur: 'Venit autem dies azimorum, in quo erat necesse occidi pasca; et misit duos, silicet Petrum et Ioannem, dicens: euntes parate, ut manducemus pasca'; sed dices, in qua erat necesse occidi pasca; erat luna XIII<sup>o</sup>, in qua cum azimis panibus agnus erat manducandus; ergo manifeste sequitur, quod Christus in sua cena pane azimo usus est, et in eodem confecit, quem comedit; ergo sequitur, quod in pane azimo confecit hoc sanctissimum sacramentum. Quarta auctoritas est Mathei, V: 'non veni solvere legem, sed adimplere', sed lex singularissima veteris legis fuit, quod agnus pascalis comederetur cum pane azimo, ut clare apparet cap.<sup>o</sup> XII libri Exodi. Ergo sequitur, quod Christus, qui legem implevit usque ad mortem, quod in azimis confecit. Nec dicendum nec a quocumque fidei credendum, quod beatus evangelista Iohannes sit contrarius tribus evangelistis. Absit hoc ab omni corde christiano, quod in sacra scriptura quid ponatur falsum, ut arguit beatus Augustinus in quadam epistola ad Ieronimum: 'si in aliquo loco sacre scripture reperiatur aliquid falsum'; item inconvenientissimum esset dicere, quod discipuli Christi, quibus ait: 'Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus sanctus, qui est vobis', inveniantur contraria dixisse in materia salvatoris. Est ergo dicendum, quod eodem sensu et sententia evangeliste dicunt et solum ad aliquam vocis differentiam sit referend[um], si aliqua videatur differentia, que tamen nulla est; ex intelligentia dicentis sumenda est virtus sermonis. Est ergo sciendum pro concordia testium, quod dies festus, quem beatus Iohannes dicit, erat luna XV. Et est notandum, quod consuetudo erat legis antique, quod in solemnitatibus computabatur a vespera ad vespertas dies festi. Vespera XIII<sup>a</sup> luna, in qua Christus comedit agnum et confecit sacramentum, computabatur cum die festo, quando dicit: 'ante diem festum'; hoc modo intelligenda est intelligentia Iohannis cum aliis; quod beatus Iohannes vesperam, in qua fiebat cena, dixit, quod erat 'ante diem festum', propter distinctionem dierum naturalium. Eandem vesperam vocant alii primum diem azimorum propter ritum iudaice sollempnitatis, qui diem festum a vespertis sumunt, et ita patet, quod nulla est diversitas, nulla contrarietas inter hos doctores ecclesie et organa spiritus sancti. Hec videntur mihi sufficere, nisi quis aliqua duceret contraria, quibus paratus sum respondere. Ut ego predixi, paucis contentus sum.

Consequenter venio ad particulam, ubi tangitur forma consecrationis, ubi dicitur sic in cedula: *Quod verba salvatoris in confectioe prolata* etc.; pauca dicam, quia neminem credo virum sapientem, qui non debeat suscipere hec verba plena fide et credulitate perfecta. Tangam auctoritates ad probandum, quod per sola verba salvatoris conficiatur corpus Christi. Prima auctoritas est beatissimi Grisostomi de IIII divinis ... post multa verba sic dicit: 'Non

5 Marchi V.

12 ante azimo sunt duo puncta V.

18 qui V.

24 refferenda V.

1 Mt. 26, 17.

4 Exod. 12, 15.

6 Mc. 14, 12.

8 Lc. 22, 7.

14 Mt. 5, 17.

Exod. 12.

20 AUGUSTINUS, In Ioannem, tractatus 80, c. 3 = MIGNE PL 35, 1840.

21 Mc.

13,11 26 cf. Io. 13, 1.

29 ibidem.

31 ibidem.

40 IOANNES CHRYSOSTOMUS, De

proditiōe Iudae, homilia 1, c. 6 = MIGNE PG 49, 380.

est homo, qui proposita munera facit corpus, sed qui pro nobis crucifixus est Christus; figurans adstans sacerdos verba proferens, sed virtus et gratia Christus est. *Hoc est corpus meum*, inquit; hoc verbum proposita transmutat, et sicut vox illa, que dicit: *Crescite et multiplicamini et replete terram* etc. semel quidem dicta per omne tempus sit opere nostram naturam corroborans ad procreationem filiorum etc., ita et vox ...'. 2<sup>a</sup> est auctoritas Damasceni Greci sapientis viri, qui in IIII<sup>o</sup> sententiarum ita dicit, quod sola operatione spiritus sancti ex pane fit caro Christi. Si ergo sola operatione spiritus sancti et forme sacramentales sunt operative, ergo solius verbum dei potest hoc facere. Item ad hoc videtur facere, quod Dyonisius Grecus ponit in fine ecclesiastice gerarchie, qui dicit, quod in consummativis formis sacramentorum virtutes operativas esse (!) ex deo. Quarto et auctoritas beatissimi Ambro[s]ii in utraque ecclesia clarissimi, qui in libro de sacramentis ita loquitur: 'Panis in altari usitatus est ante verba sacramentorum. Ubi accedit cum sacramento, ex pane fit caro Christi', et infra querit,

140v

cuius verbis et sermonibus fit consecratio. Respondit, quod domini nostri Yhesu Christi; 'per reliqua autem, que hic dicuntur', scilicet in missa, 'laus deo offertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris; ubi autem sacramentum conficitur, non suis sermonibus utitur sacerdos, sed sermonibus Yhesu Christi. Ergo sermo Christi perficit sacramentum'. Verba sunt Ambro[s]ii. Item beatissimus Augustinus in *Libro de trinitate*: 'non omnis panis, sed qui accipit benedictionem Christi, corpus Christi efficitur.'

Nunc venio ad aliquas rationes, que videntur dare convenientiam cedule nostre. Illius verbis sacramentum conficitur, cuius virtute panis [tran]substantiatur in corpus Christi. Ista propositio est manifesta verbis beatissimi Dyonisii, qui, ut supra iam tetigi, dicit, quod in verbis sacramentorum sunt virtutes operative. Sed impossibile est, quod virtute cuiuscunque creature fiat transubstantiatio de pane in corpus Christi, igitur impossibile est, quod ex aliis verbis quam salvatoris fiat transubstantiatio. 2<sup>o</sup> arguo sic. Christus instituit hoc sacramentum aut perfectum aut imperfectum, sed perfectio est in forma vel in materia. Sed dicendum non est, quod imperfectum fecerit, Deuteronomii, XVII cap.<sup>o</sup>; perfecta sunt opera Christi, ergo Christus faciendo confectionem, dedit perfectam materiam et perfectam formam. Ulterius forma verborum perficit sacramentum, sicut dicimus in naturalibus, quod forma perficiat materiam, ita forma sacramentalis cadens super debitam materiam perficit sacramentum. Unde beatus Augustinus dicit, quod 'forma verborum accedit ad elementum et perficitur sacramentum'. Sed verba nullius sancti possunt facere illud, sed Christi solum, ergo sequitur de necessitate, quod in solius salvatoris verbis perficiatur sacramentum. Quarto ita arguo. Christus et apostoli, qua forma usi sunt in hoc sacramento? Clarum est, quod non verbis Basili, sed verbis suis; et hanc limitationem et exemplum reliquit, ergo solius salvatoris verbis nos debemus uti. Item arguo V<sup>o</sup> sic. Unitas ecclesie necessario fundatur in unitate fidei et unitate sacramentorum in his, que sunt de substantia sacramenti; hanc mutare non posset ecclesia nec totus mundus, nisi dominus mandaret, ergo necesse est, ut omnes fideles

2 preposita V.                      5 post vox duae lineolae.                      10 Ambrosii V.                      15 quod regibus V.  
17 Ambrosii V.                      20 consubstantiatur V.                      21 virtutes V.                      32 Quarto expectaretur  
tertio.                      34 verbis Basili] sunt posita supra in orationibus, quae ultima verba sunt insuper subli-  
neata ita ut consideranda sint tamquam delenda V.                      35 expectaretur IV<sup>o</sup>.

2 Mt. 26, 26.                      3 Gen. 1, 28.                      6 IOANNES DAMASCENUS, *De fide orthodoxa*, lib. IV, c. 13 =  
MIGNE PG 94, 1141 A.                      9 Ps.-DIONYSIUS, *De hierarchia ecclesiastica*, III, 3, § 12 = MIGNE PG 3,  
441D - 443 A.                      11 AMBROSIUS, *De Sacramentis*, lib. IV, c. 4 = MIGNE PL 16, 439 B - 440 A.  
13 ibidem.                      13 ibidem.                      17 AUGUSTINUS, *De Trinitate*, lib. III, c. 4, n. 10 = MIGNE PL 42,  
873-4.                      21 Ps.-DIONYSIUS, *De hierarchia ecclesiastica*, c. 7, § 9 = MIGNE PG 3, 581 C.                      26 forte  
allusio ad Deut. 32, 4.                      30 AUGUSTINUS, *Tractatus 80 in Ioannem*, c. 3 = MIGNE PL 35, 1840, ubi  
habetur: *Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum.*

convenient in hoc sacramento, quod est consummativum omnium sacramentorum, ut dicit Dyonisius, ergo necessario sunt, quod eadem verba substantialia sint apud omnes, quoniam addens aliquis ad verba Christi tamquam de substantia consecrationis, iam mutat speciem forme ecclesie, sicut unitas addita numero mutat speciem numeri, ita quelibet additio, si dicatur, quod est de substantia forme, sit mutatio forme, et sic non erit unitas in sacramento. 5  
 tancer dico de substantia, quia varietas in aliquibus verbis, que non creduntur de | sub- 141r  
 stantia, etiam non dicerentur scindere unitatem sacramentorum; sic est de forma baptismi inter vos et nos, quia quicquid de substantia baptismi est, et vos et nos habemus, ita necesse est, ut in nostra cedula, si debeat dari doctrina omnibus fidelibus et maxime simplicibus, qui possent dubitare, an alia verba sanctorum, que apponerentur, sint verba de substantia con- 10  
 secrationis vel non, quod ponatur hoc, quod in verbis salvatoris sit consecratio, nec aliquis debet moveri per hoc, quod quis dicat, quod missale est scriptum manu magni sancti. Aliud est dicere: hoc missale est unius sancti, et aliud, quod sanctus dicat, quod omnibus contentis in hoc missali conficiatur corpus Christi. Non est credendum beatum Iacobum vel alium doctorem dixisse, quod aliis verbis quam Christi conficiatur corpus, quantumcumque sint multe 15  
 orationes et preces ibi ut *dominus dignetur infundere*. Hoc pro nunc sufficiat.

ANDREAS. His dictis papa usus est his verbis.

PAPA. Isti audiverunt, que dicta sunt in presentia paternitatum vestrarum et ad complacentiam vestram vobis morem gerere, non autem, ut credamus vos omnes non ea tenere ut nos, specialiter in consecratione corporis domini nostri Yhesu Christi, que perficitur ver- 20  
 bis Christi, nec est credendum, quod aliquis doctor possit dare formam ex verbis eius confec-  
 tioni corporis Christi; qui veri sanctissimi sicut vos estis, non aliter crediderunt quam alii, quod omnes tenuerunt, quod solis verbis domini conficeretur, nec propter hoc ponitur in illa cedula, ut credamus id ipsos non credere, sed propter rusticos. Materiam azimorum audistis, sicut dictum est; non negamus etiam in fermentato posse conficere, et quamvis multi Ori- 25  
 tales faciant in fermentato et aliqui in azimis, ecclesia Romana tenet in azimis. Nec dubitamus, quod dominus noster Yhesus Christus, sicut nos concordavit in materia processus, quod conveniemus etiam in confectione ista. Sed sumus bene contenti, et ad perfectionem huius operis videtur necessarium, ut super illis IIII<sup>or</sup> articulis fiat diffinitio, scilicet de processu spiritus, de azimo et fermentato, de primatu Romani pontificis, de materia purgatorii. Et quia 30  
 inducta est materia additionis, licet suffecisset solum discuti veritatem, et diu in Ferrara de hoc disputatum est, an illa verba *filioque* essent addita, et si licuerit. In omnibus disputationibus introduxistis excommunicationem super ecclesiam Romanam propter additionem, et licet multa fuerunt clare responsa, et in ultimo per cardinalem Sancte Sabine, visum est, quod illa verba fuerint per viam declarationis adiecta, et iustum propter hoc ad perfectionem sancte 35  
 unionis videtur, ut fiat diffinitio, quod licite fuerit factum, et servatur honor per hoc ecclesie Romane | et servatur honor vester. Et ideo rogamus caritates vestras, ut hanc cedulam cum omni caritate factam placeat acceptare, quia in his non debet attendi nisi honor Christi, et causabit gratiam et concordiam et salutem omnium animarum christianorum, et speramus per ista, quod dominus noster Yhesus Christus dabit voluntatem christianis, ut relevent 40

2 *melius* necessarium est.                      4 spetiem V.                      15 confitiatur V.                      21 eius *cor-*  
*rectum* ex eorum V.                      25 *melius* confici.

1 *cf.* PS.-DIONYSIUS, *De hierarchia ecclesiastica*, c. 7, § 9 = MIGNE PG 3, 581 C.                      21 eius *sci-*  
*licet* verbis suis.

illos christianos, qui diu ab infidelibus fuerunt oppressi. Ex hac cedula fiet se[ss]io, et postea cum dei gratia possumus suam excellentiam expedire. Et dedimus cedulam Russie, Niceno et Mitilinesi, qui eam retinuerunt; si est publicata omnibus, placet; si non, faciemus omnibus publicari. Et ea visa speramus, quod ipsi erunt contentissimi, et eritis in eadem opinione  
5 nobiscum, et intendimus in omnibus conservare honorem vestrum sicut nostrum.

ANDREAS. Imperator annuit prelati et nobilibus, ut ad eum accederent, et ad invicem collocti sunt diu; deinde imperator.

IMPERATOR. Beatissime pater. Audivimus, que dicta sunt ab illis patribus, que ipsi nimis proluxe dixerunt, quibus responderi necessarium non videtur nec in presenti nec in futuro.

10 PAPA. Nec fuit dictum, ut responderetur.

IMPERATOR. Quoniam si vellemus particulariter respondere, egeremus tanto tempore, sicut in preterito, in quo tempus non patitur mihi stare hic, quia statui recedere cum istis galeis, quia videtur tempus mee absentie satis sufficiens, etiam cum credam, quod deus dederit mihi gratiam fecisse id propter quod veni. Ideo, pater sancte, quomodo reverendus dominus car-  
15 dinalis una cum certis ad me venerunt, satis convenienter respondi. Nichilominus hoc quod requisitum est a vestra sanctitate, potero cum meis consulere, licet non videatur aliter posse deliberari quam dixerim. Hec pro nunc videntur sufficere nunc dicere; considerabimus deinde cum nostris. Quod autem tradatur illa cedula mihi, non videtur mihi necesse tradi aliam cedulam, quia sum bene de illa informatus; de quibus contentis in illa cedula locuti sumus  
20 cum cardinalibus, et habuimus informationem a nostris metropolitanis.

PAPA. Illa dicta sunt, non ut fiat responsio, et placet mihi, ut non respondeatur; quod festinetis ad recessum cum galeis, etiam placet mihi, expedita materia unionis ecclesie, et ipse bene dicit, quod multum stetit, ymo nimis. Et sciatis et omnes sciunt, quod ita voluistis; ante recessum galearum est mensis cum dimidio, et sunt XIII<sup>m</sup> menses, quod potuissent se  
25 expediisse ut nunc, et nos desideramus, ut revertatur cum pace et gloria, et placet, ut consideret cum suis super illa cedula, et si quid voluerint dicere, respondebitur, et compatiatur sibi et aliis antiquis.

IMPERATOR. Video quedam mutata a dictis nunc, et per reverendissimos dominos cardinales, et miror, quod credatis nos velle suscipere illam cedulam sine discussione. Et quoniam  
30 sanctitas vestra dixit, quod usque ad recessum galearum est terminus unius mensis cum dimidio, si videretur, quod interim fieret aliqua | provisio mei recessus in Venetiis, satis esset, sed, si non fit provisio, omnino videtur aliter providendum.

142r

PAPA. Etiam non facta unione nisi illum nobilem de domo mea, qui cum eo venit ad capiendum galeas, et dixit metropolitani sperans omnia parata et cum gloria et honore posse  
35 redire; potestis dare operam ad cedulam, exinde nil deficiet.

IMPERATOR. Tempus est nimium breve, cum provisio facta per sanctitatem vestram non videtur sufficiens, quia forte ille nobilis non ivit plene munitus. Tamen hec sufficiant.

ANDREAS. Die XX iunii facta est precedentis more conventio, ubi cunctis conventis, imperatore dempto, cepit dominus cardinalis.

40 CARDINALIS. Sanctissimus dominus noster dixit, ut exponerem causam huius congregationis. Pridie, reverendi domini mei, dominus Firmanus et Venetiarum et alii patres fuerunt

1 sexio V.

3 Muttilenensi V.

8 metropolitae Isidorus Kioviensis, Bessario Nicaenus, Dorotheus Mitylenensis.

38 precedentis

scilicet congregationis. 41 cardinales Dominicus Capranica et Franciscus Condulmer.



ad dominum imperatorem, et inter alia sua serenitas, et per se et verbo domini Nyceni, volebat informari de quibusdam facientibus ad potestatem Romani pontificis; quia hora erat tarda et oportebat haberi consilium sanctissimi domini nostri et aliorum, ideo respondimus, quod oportebat pape referri. Sanctissimus dominus noster habito consilio cardinalium et concilii deliberavit, ut hoc mane imperator et alii audirent.

5

Et ideo provincialis incepit dicere.

<SERMO ALTER IOHANNIS DE MONTE NIGRO, DE PRIMATU>

PROVINCIALIS. Multum carum haberet dominus noster, ut imperator esset; ex quo non est, rogamus, ut patienter audiatis et audita referatis eidem, quia re vera omnia dicuntur cum magna caritate et ad optimum finem.

10

PROVINCIALIS. De mandato et benedictione sanctissimi domini nostri, qui[a] pridem, ut reverendus dominus cardinalis dixit, dum illi rev. d. cardinales et alii deputati coram domino imperatore essent, super terminis positus in materia primatus sedis apostolice petunt serenitas sua habere declarationem. Et ut declaratio posset esse amplior, commisit domino Niceno, ut quedam moveret in contrarium, quibus responderemus, et quia more disputantium res hec est introducta, iuxta propositionem respondebo ad motiva paternitatis sue. Ex qua hic apparebit declaratio eorum, que imperator petebat, et si post mea verba paternitas sua quid voluerit replicare, semper nostra ecclesia et ego paratus ero declarare.

15

Sed antequam incipiam responsionem primi motivi, oportet inter paternitatem tuam et me unum firmare fundamentum, ex quo patebit solutio ad unum suum quesitum, et quia hoc est principaliter ponendum, ideo primo pono. Pridie declarando particulas positas in illo capitulo, ego adduxi testimonia | ex certis epistolis, que fuerunt directe a sede apostolica, et fuerunt suscepte cum magna veneratione ab illis ycomenicis conciliis, inter quas tres singulariter epistole fuerunt adducte, epistola Calcedonensis synodi ad papam Leonem, et epistola Adriani pape directa illis imperatoribus, que fuit recitata in concilio, et alia beatissimi Agathonis pape. Et quo ad has epistolas ita dicebatur, quod illa, que nos inducebamus ex his epistolis, videbantur verba per modum honoris posita, et videbantur, ut non facerent auctoritatem, quam voluissent, sed voluissent videre canones aut capitula conciliorum, ex quibus hec possent colligi, que ponuntur in capitulo primatus.

142v

Ad hanc obiectionem sic respondeo, quod epistole ille decretales, cum omnes essent epistole synodice, non minorem habent auctoritatem quam ipsi canones, ymmo videntur habere maiorem auctoritatem, quia bene novit paternitas tua, quod in omnibus ycomenicis synodis his, quibus facte sunt diffinitiones fidei, antequam diffinitiones promulgarentur, oportebat ducere testimonia et epistolas sanctorum, ex quibus patres conciliorum promulgabant diffinitiones et canones, ita quod ratio diffinitionum sumebatur ex virtute testimoniorum, et scitis, quod in 3<sup>a</sup> synodo pro soliditate diffinitionis ponitur in epistolis Cirilli et illorum XII capitulorum, inter alios sanctos ibi adductos adducitur epistola beati Iulii pape missa orientalibus, et Feli-

35

11 qui V.

16 prepositionem V.

8 hunc sermonem edidi in collectione *Miscellanea Historiæ Pontificiæ*, II (1940), 49-58; in illo textu impresso ordo paginarum (56 et 57) et linearum aliquarum in pag. 55, 56, 57 est confusus. 13 petunt serenitas (pluralis maiestaticus) 24 cf. concilium Chalcedonense, = MANSI VI 147 sqq. 24 cf. concilium VII = MANSI XII, 1065 sqq. 25 cf. concilium VI = MANSI XI, 234 sqq. 36 cf. MANSI V, 1 sqq. 37 Ps.-IULIUS = HINSCHIUS 456 sqq. 37 Ps.-FELIX = HINSCHIUS 484 sqq.

cis pape epistola. Et si non fuissent ut canones auctoritates, non fuissent adducte et, cum essent epistole synodice, erant maioris auctoritatis quam canones, que fiebant in synodis, quia spiritus sanctus operatur in ecclesia Romana ut in aliis conciliis.

Epistola Agathonis pape fuit magne auctoritatis, et fuit necesse, ut ipse declararet auctoritatem sedis apostolice, ut daret auctoritatem confirmationi fidei, quam fecerat; ymmo tante fuit auctoritatis, quod synodus VI ycomenica non fuit ausa addere ad diffinitionem factam in synodo Romana, et hoc apparet ex epistola, quam vos Ferrarie sepius allegastis, ubi dans potestatem suis apocrisariis dicit: 'licentiam dedimus et auctoritatem apud tranquillissimum tuum imperium, dum vixerit tua elementia, simpliciter satisfaciendi, in quantum dumtaxat eis iniunctum est, ut nil presumant augere, mutare vel minuere, sed traditionem apostolice sedis, ut a predecessoribus pontificibus instituta est, simpliciter enarrare'. Modo hanc commissionem dedit.

143r Ergo apparet, quod diffinitio facta in VI<sup>a</sup> synodo fuit primo diffinita in synodo Romana, et ut ha | betis in epistola Agathonis, que nomine suo et totius synodi scribebatur; apparet, quod Martinus papa in sua synodo precedenti, quam integram habemus, primo damnaverat, qui tenerent unam voluntatem in Christo. Cum ergo hec epistola sit tante auctoritatis, quod habeat diffinitionem contentam, nullo modo dicendum est, quod sit minoris auctoritatis quam canones. Ymmo ex hac epistola IIII<sup>a</sup> colliguntur testimonia. Ita dicit tota synodus Constantinopolis, tota: 'summe concertabatur nobiscum apostolorum princeps, ipsius imitatorum et sedis successorem habuimus auctorem, et dum sacramenti misterium divinitus per litteras illustrantem confessionem tibi a deo inscriptam, antiqua tibi Romana civitas obtulit, et dogmatum diem a vespertinis partibus extulit carta, et videbatur, [quod] per Agathonem Petrus loquebatur'.

Ergo dicendum est, quod decretales epistole he, que in tantis negotiis fidei misse sunt, veritatem contineant, et quod nil contineant falsitatis, et sunt magne auctoritatis, et ut finem faciam, quia paternitas tua est mecum in hoc concursu, ut que dicimus, ex testimonio sanctorum magnorum patrum confirmemus, duo testimonia magna adduco ad ostendendum, quod decretales epistole, que a summis pontificibus diversis temporibus script[e] sunt, venerabiliter suscepte sunt, et quod per illam epistolam a principio nascentis ecclesie usque ad Nicenum concilium, et Clementis et Anacleti et usque ad illa tempora fuerunt, quarum auctoritas tanta est ut cuiuslibet sancti doctoris, et ideo Augustinus in libro de doctrina christiana <dicat>, quod 'in canonicis catholicarum ecclesiarum' quam plurimum sequitur 'auctoritatem' primarum scripturarum, 'inter quas' canonum scripturas 'etiam ille epistole sunt, quas sedes apostolica meruit accipere' a suis pontificibus, qui sederunt in ea, et alii ab ipsa sede meruerunt accipere, ita quod epistole he secundum Augustinum inter catholicas ponuntur scripturas, ymmo plus dicitur, quod contra auctoritatem harum epistolarum nec Augustinus nec Ambrosius nec alius doctor illarum sententiam defendunt. Hoc volui dicere ut fundamenta dicendorum, ut cognoscatis, quod ecclesia Romana fundata in Christo per beatum Petrum magna cum gravitate semper processit, et ex solidis fundamentis suas declarationes affirmavit. Hoc quo ad illud obiectum.

22 quod] et V.

24 hec V.

28 scripti V.

35 hec V.

8 concilium VI = MANSI XI, 235 E.  
19 concilium VI = MANSI VI, 666 C-D.  
ONE PL 34, 40 D.

15 cf. concilium Chalcedonense = MANSI X, 1149 sqq.  
32 AUGUSTINUS, De doctrina christiana, lib. II, c. 8 = Mi-

Modo in tuo primo motivo sic respondeo : cum dicis, quod sedes apostolica et Romanus pontifex videtur *successor Petri et vicarius Christi, et pater et doctor et magister christianorum*, prout deductum est in precedenti | disputatione, quod hec verba reperiuntur in epistolis, et non expedit amplius declarare, sed solum vim vocabulorum dicere. Dicebat imperator verbo Niceni : dicitis, quod est *pater et doctor et magister christianorum*. Vellemus intelligere, an per hec verba denotetur quedam reverentia, quia sit primus inter omnes patriarchas, ut nos uni magno domino exhibeamus honorem, an inducatur aliqua potestas ultra reverentiam, quia dicitur in cedula : *caput ecclesie*. Respondeo cum correctione sanctissimi domini nostri et aliorum, quod hec preeminentia non solum denotat reverentiam, sed potestatem quandam cuiusdam obedientie, et demonstratur primo per scripturam divinam et per textus vestros. Quicumque enim preficitur alicui multitudini, sive vocetur caput sive magister sive doctor, dummodo prelatus multitudini fiat, semper datur potestas quedam. Et quod Petrus fuerit positus supra omnes apostolos, clarum est primo auctoritate ipsius gloriosissimi viri, qui exponens auctoritatem Iohannis ' pasce oves meas ', et habemus originale grecum, ita dicit : ' preteriens dominus alios, Petro de talibus loquebatur. Eximius enim apostolorum erat Petrus et os discipulorum et vertex collegii nostri ', et negatione deleta committit ei prelationem fratrum dicens : ' pasce oves meas '. 3<sup>o</sup> est presidens patribus. Si ergo committit prelationem apostolorum et facit eum presidentem omnium, ex hoc fundamento sequitur, ut sit obedientia ad eum ut ad prelatum. Item, quante auctoritatis sit beatissimus Leo papa et apud ecclesiam orientalem et occidentalem, satis constat, de quo dicit concilium Calcedonense : ' nobis enim impenetrabilem omnis erroris propugnatorem deus providit Romane ecclesie presulem ad victoriam preparans et doctrinis veritatis <ei> per omnia assistens '. Et in synodo Romana Adrianus papa sic dicit : ' cuius Leonis sententiam quicquid verum catholicum est, velut celeste miratur et celebrat et veneratur miraculum '. Dicit Leo papa in primo sermone ascensionis, cuius initium est *Post beatam resurrectionem*, dicit : ' qui dies qui inter resurrectionem domini ascensionemve fluxerunt, non ociose transitur decursu ; in his ' omnium ' post insufflationem domini effunditur spiritus sanctus et beato Petro apostolo super ceteros per regni claves ovilis dominici cura mandatur '. Ecce, quomodo Petrus factus est prelatus omnium apostolorum et super omnes, quod in verbis ' tibi dabo claves ' et illis ' pasce oves '. Ita dicunt hii doctores et per hoc dicitur : *caput* denotat superioritatem respectu aliorum membrorum. Volo deducere ex vestris libris. Reperio in VI<sup>a</sup> synodo, quod beatus Agatho papa in suggestionem suam, postquam adduxit testimonia | multorum patrum, ultimum testimonium est Iustiniani imperatoris, eo quod multas leges edidisset in favorem fidei contra acefalistas, qui erant Euticiniste, et illas leges posuit in voluminibus suis et fecit aliquos titulos de ecclesiasticis titulis et contra hereticos et Maniceos, et quia sunt posita in libris suis, allegantur ut testimonia sanctorum patrum. Ex illis habetis, quod Iustinianus intelligebat pontificem Romanum caput omnium ecclesiarum. Nam in libro de summa Trinitate in epistola *Inter claras* sic dicit : ' omnes sacerdotes orientalis tractus subicere sedi vestre sanctitatis properamus eo quod caput est omnium sanctarum ecclesiarum ', et subdit : ' per

16 vestri V.      16 committi V.      17 loco 3<sup>o</sup> probabiliter ponendum ergo.      32 post sua est supplendum dixit.      33 edisset V.

14 Io. 21, 17.      15 IOANNES CHRYSOSTOMUS, *In Ioannem, homilia 88, c. 1* = MIGNE PG 59, 478.      17 Io. 21, 17.      21 concilium Chalcedonense allocutio ad Marcianum imperatorem = MANSI VII, 458 C ; SCHWARTZ II, III, 3, 114<sub>17-19</sub>.      23 cf. MIGNE PL 129, 111 C.      25 LEO I, sermo 73 = MIGNE PL 54, 395 B.      29 Mt. 16, 19 ; Io. 21, 17.      31 cf. concilium VI = MANSI XI 1234 A.      38 IUSTINIANUS, C. I, 1, n. 7 (*inter claras*) = KRUEGER I.      39 *ibidem*.

omnia properamus, ut dictum est, honorem et auctoritatem crescere vestre sedi'. Si ergo Iustinianus ita dicit, ergo hac ratione, quia dicitur caput, denotatur prelatio in eo et obedientia in aliis. Ideo in eodem titulo scribit Iohannes Iustiniano dicens: 'inter claras mansuetudinis sapientie vestre laudes clariore luce tamquam sidus irradiat, quod amore fidei, caritatis  
5 studio edocti ecclesiasticis disciplinis Romane sedis reverentiam conservatis et ei cuncta subicitis et ad eius deducitis unitatem, ad cuius auctorem, hoc est apostolorum primum domino loquente preceptum est, *pasce oves meas*, quem esse omnium ecclesiarum caput et patrum regule et principium statuti declarat et vestre pietatis rev. me testatur affatus'. Diffinitum est, quod est caput, qualis sit hec potestas, dicit Paulus: 'obedite prepositis vestris et sub-  
10 iacet e illis, ipsi pervigiles sunt [animarum]strarum ut rationem reddituri'.

Unde hec potestas, que est in Petro et successoribus, vocatur potestas spiritualis iurisdictionis, que est ordinata in salutem animarum omnium christianorum, ut per hanc potestatem ministrentur sacramenta fidelibus secundum debitum ordinem, et circa hanc potestatem omnes et clerici et layci sunt subiecti, layci in his, que concernunt salutem anime, puta, si  
15 peccaverint mortaliter, ad pastorem spiritualem maxime spectat eos corrigere et retrahere, ut pater, et sic si facerent contra fidem, sicut aliqui imperatores heretici fuerunt, qui persecuti sunt metropolitas, et oportuit habere recursum ad apostolicam sedem, et in similibus casibus, cum finis apostolice sedis sit pax ecclesiastici status, ut per hanc pacem perveniatur ad supernam gloriam. Propter hoc dixit Christus: 'tibi dabo claves', et eum pastorem fecit,  
20 ut ducat oves ad pascua superne vite, et huiusmodi exemplis omnes synodi sunt plene.

Scitis, quantas persecutiones habuerit Athanasius cum suis a Constantino imperatore, qui fuit arianus; habuerunt recursum ad sanctum Felicem et Iulium papam, qui cum omni caritate et sollicitudine, ut capita ecclesie, defensorum eum. Item Iohannes Crisostomus persecutionem habuit, et semper fuit protectus a sede apostolica. Flavianus, qui in 2<sup>a</sup> synodo  
25 Ephesina appellavit, et sic apparet quod hoc potius non preiudicat potestati imperatoris, quia illa est in civilibus et temporalitate, hec est ecclesiastica et spiritualis, et propter hoc iura vocantur civilia | imperatoris, et canonica ecclesiasticorum, et he sunt due potestates, quarum una iuvat aliam, et ideo Leo ita dicit: 'Tute res omnes aliter esse non possent, nisi ea, que ad divinam cognitionem pertinent, et regia et sacerdotalis defendat auctoritas'. Et ideo dici-  
30 tur, quod deus fecit duo luminaria magna, et quia potestas spiritualis est nobilior propter finem celi, ideo hec potestas assimilatur soli, alia lune propter finem terrenum. Hec pro nunc sufficiant, quod propter illa verba *pater, caput et doctor* intelligimus, non tantum reverentiam, sed et potestatem, et sic dicitur *pascere et regere* propter hanc potestatem.

Alia difficultas, quam tangebatur imperator, hec erat. Posuimus in cedula *convocandi*, an  
35 ad hanc potestatem spectet convocare ecclesiam vel ne, et quia putabam hanc partem indubitabilem, ideo pauca circa hanc dixi, solum deduxi testimonium patrum Calcedonensis concilii scribentis epistolam orbicularem, ut omnes subscripserunt narrantes Leoni pape, que [Dioscorus] gesserat, dixerunt, quod inter alia mala [ad] excommunicationem procedit contra eum, 'qui corpus ecclesie adunare festinavit'. Si ergo dicunt Leonem coadunasse, videtur  
40 hoc sufficere, sed duco aliud irrefutabile testimonium, et postea declarabo, quid sit hoc coa-

10 rationum V.

27 hec V.

38 Dyostoforus V.

3 *ibidem*.7 *Io. 21, 17.*9 *Hebr. 13, 17.*19 *Mt. 16, 19.*28 *LEO I Pulche-*

*riae imperatrici* = MIGNE PL 54, 873 C - 874 A, ubi habetur: res humanae aliter tutae esse non possunt, nisi quae ad divinam confessionem pertinent, et regia et sacerdotalis, defendat auctoritas.

39 *concilium Chalcedonense* = MANSI VI 147.

dunare. Ille beatus Iulius papa, cuius auctoritas allegatur in 3<sup>a</sup> synodo ycomenica, scribens omnibus orientalibus ita dicit ipse: 'prime sedi ecclesie, convocandarum ecclesiarum synodi iura et iudicia episcoporum, singulari privilegio, evangelicis, apostolicis et canonicis concessa sunt institutis'. Etiam apparet Iulium dicere, quod potestas convocandi evangelicis et apostolicis auctoritatibus hec fundata est, et subdit: 'ipsa prelata est omnibus ecclesiis, que non solum canonum et sanctorum patrum decretis, sed domini nostri salvatoris voce singulari obtinuit principatum, *tu es, inquit, Petrus, et super hanc petram*' etc. Introducit has auctoritates evangelicas, et cum hic tantus princeps et synodus exposuit has auctoritates, nullo modo potest refutari suum testimonium. Si enim sedes apostolica et Romanus pontifex est pastor, numquid, si debet pascere universalem ecclesiam, <nonne> oportet, quod habeat potestatem convocandi, si expediat? Numquid pastor materialis, si vult oves ducere, [nonne] convocat in unum, et dirigit eas? Sic hic pastor spiritualis non posset competere summo pontifici, nisi posset occurrente necessitate de omnibus mundi partibus convocare. Et he convocationes non fiunt nisi in maximis necessitatibus totius ecclesie, puta quando magne hereses emergunt, cum ad papam <spectet>, qui habet auctoritatem super terram et super ecclesiam, et alii patriarche non, nisi et super certa[m] parte[m]. Hinc est, quod suo sensu expedit, ut he convocationes fiant, et istud *pasce est confortare, ne deficiant in fide*. Fiunt congregationes, nec expedit, quod singul[i] veniant, sed principales convocantur et veniunt cum auctoritate. Hoc testimonium probat | quod habet ius convocandi.

145r

Duo sunt obiecta, primum de imperatoribus, et aliud de aliis patriarchis, putantes, ecclesiam constitutam in quinque patriarchis.

Ad primum respondeo, quod etsi imperatores congregarent concilia, cum haberent monarchiam domini, hoc dicimus: facientes scilicet executione, consentiente et mandante papa. Hec probo auctoritate Leonis pape; nam ipse instetit, ut congregaretur Calcedonensis synodus, et multas epistolas scripsit imperatori, ut vellet congregare concilium, quia ecclesia erat vulnerata in II<sup>a</sup> synodo Ephesina, quam improbavit, et fecit diffinitionem, que fuit obtenta in Calcedonensi, nunquam potuit obtinere a Theodosio, sed eo mortuo et factis Valentino et Marciano imperatoribus, statim scripserunt Leoni, si erat de voluntate sua et dixerunt sic: 'sanctitatem suam principatum in episcopatum divino iussu possidentem iustum credimus in principio sacris litteris alloquendum invitantes atque rogantes, ut pro firmitate nostri imperii eternam divinitatem tua sanctitas deprecetur, ut tale propositum et desiderium habeamus, quatenus omni dubio erroris depulso per celebrandam synodum te auctore maxima pax inter episcopos ecclesie fiat ab omni scelere tuta et intemerata consistat'. Ita Leo papa post celebrationem concilii respondens epistole, qua petebatur, ut confirmaret gesta concilii dicit: 'universa fraternitas et fidelium corda cognoscant, ymmo non solum per presidentes, qui voces meas executi [sunt], sed etiam per approbationem gestorum synodaliu[m] propriam vobiscum habuisse sententiam in sola videlicet fidei causa, quod sepe dicendum est, propter quam solum generale concilium, eciam ex precepto christianorum principum et ex consensu apostolice sedis placuit congregari'. Prima causa agens pervenit (!) a sede apostolica, sed pro executione requiritur brachium seculare, et sic ille imperator precepit petenti

2 sedis V.            10 ducere numquid V.            13 hec V.            16 certa parte V.            18 singu-  
le V.            23 consentientis V.            27 fratris Valentis V.

2 Ps.-IULIUS = HINSCHIUS 459.            5 *ibidem*.            7 Mt. 16, 18.            29 *Valentinianus et Marcianus imperatores Leoni I papae* = MIGNÉ PL 54, 899 A-B.            35 *Leo I concilio Chalcedonensi, c.1* = MIGNÉ PL 54, 1029 A-B.

Leoni, principalis causa congregationis in materia ecclesiastica attribuitur auctoritati sedis apostolice. Et eodem modo nunc facit sedes apostolica et servat, quia facta convocazione scribit regibus et principibus, ut illi mandent seu [h]ortentur, ut veniant, et ipsi sunt executores mandatorum (sedis apostolice, sic dicuntur executores) potestatis ecclesie. Et super hoc  
5 habet multum intendere sedes apostolica.

Quo ad alios patriarchas numquam legi nec scriptis nec conciliis, quod regimen sit super tribus vel quinque patriarchis. Hec potestas non esset bene ordinata, quia Christus bene ordinavit ecclesiam; et quia regimen monarchicum est melius, ex quo prefecit apostolis, non IIII<sup>o</sup> vel V voluit, ut per unum exerceretur. Et adduco testimonium beatissimi Anacleti pape,  
10 qui fuit ordinatus sacerdos a Petro; qui fuit grecus natione, et successor Clementis, scripsit multas decretales, et scribit sic de ordinatione Christi, postquam dixit, ut pridie dixi, quod hec ecclesia Romana non ab apostolis, sed a Christo habuit primatum, ostendi, quod et apostoli hoc voluerunt, dicit: 'inter beatissimos apostolos quedam fuit potestatis discretio, licet  
145v omnes essent apostoli, Petro fuit a domino | concessum, ut omnibus preesset apostolis  
15 et cephas et caput, et eandem formam suis successoribus tenendam tradiderunt', et sic dicit: quod ratione potestatis concessa Petro 'Romana ecclesia est cardo et caput' omnium ecclesiarum, et subdit: 2<sup>a</sup> ecclesia est Alexandrina, que fuit a Petro instituta, et discipulum suum Marcum misit, qui Petri auctoritate illam fundavit, ergo illa est prima filia ecclesie Romane, quia Petrus illam instituit. Et subdit: 3<sup>a</sup> est Anthiocena solum propter Petri reverentiam,  
20 quia certo tempore ibi presedit, postea instinctu spiritus sancti motus recessit et 'constituit ibi sanctum Ignatium episcopum'. Unde nullus alius patriarcha ibi potuit habere potestatem quam Ignatius, nec in Alexandrina quam Marcus. Iste sunt filie ecclesie Romane, et Petrus est tutor, caput et defensor illarum ecclesiarum; in processu temporis facta est patriarchalis Ierosolimitana, Constantinopolitana, quia a principio he due non habuerunt. Sed in quarta  
25 synodo inceperunt tractare, ut esset 2<sup>a</sup>, et abstulerunt potestatem ab Alexandrina, que erat 2<sup>a</sup> et allegabant, quod hec materia fuerat mota in 2<sup>a</sup> synodo, et tamen multa tempora fluxerunt, quia Damasus papa nunquam voluit confirmare nec successores usque ad Leonem, quia volebant turbare canones Nicenos, quibus dicebatur, ut servarentur privilegia ecclesiarum, nec potuit dici patriarchalis, quia papa non consentiebat. Postea Leo sensit et Iustinianus  
30 postea fecit legem, quod Constantinopolitana esset 2<sup>a</sup> in titulo de sacrosanctis ecclesiis, in lege [*San*]cim<sup>us</sup>. Ergo secundum hec iura antiqua etiam illa ecclesia est filia ecclesie Romane et honorata multis privilegiis, nec ecclesia Romana vult turbare eius privilegia, ymmo et sibi et aliis ecclesiis vult servare privilegia. Unde ad complementum unionis Iustinianus in autentica in titulo *Ut ecclesia Romana*, ita dicit: 'legum originem antiqua Roma sortita est et  
35 summi pontificis apicem et sacerdotii fontem apud eam, nemo dubitat'. Si ergo est fons sacerdotii, ergo sicut ex fonte derivantur rivuli, ita alie ecclesie ut filie vocantur in partem sollicitudinis, ad conservandam ecclesie unitatem habuerunt suam originem.

Dicebatur deinde per dominum Nicenum: si hec potestas, que datur capiti, estne talis, que datur uni metropolitano in sua metropoli, et uni patriarche in suo patriarchatu? Respon-  
40 deo, quod non est talis; quia potestates metropolitaram ecclesiarum patriarcharum sunt limitate in certis partibus, ita quod unus patriarcha non habet potestatem in territorio alte-

3 ortentur V.  
24 hee. V.

4 sedis — executores *nota marginalis posterior*.  
31 scimus V.

17 Allexandrina V.  
37 conservandum V.

13 Ps.-ANACLETUS = HINSCHIUS 83.  
CXXXI, c, 12 = KRÖLL 655.

16 *ibidem*.

20 *ibidem*.

34 IUSTINIANUS, Nov,

rius patriarche nec e contra. Sed successor Petri habet immediatam potestatem superioris in omnes, sed ita habet, ut cum ordine hec omnia fiant, ut cum maiores cause et difficiliores, que non sunt per metropolitans, quandoque subiecti gravantur ultra | rationem, est facta **146r** ordinatio secundum divinam institutionem, ut semper possit haberi recursus ad sedem apostolicam, et capere doctrinam et declarationem et iudicium, quia ordo potestatis habet respectum ad unum primum, et sic regulantur potestates, quia per se non potest supplere omnibus, 5 disposuit potestates ordinatas, ut erat in veteri lege, quia Moyses erat super omnes iudeos, quia tamen non poterat omnibus supplere, constituit certos alios. Unde dicitur in quadam epistola, quam scribit Leo papa Tessalonicensi episcopo: 'vices nostras ita credimus tibi, ut in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis', non habet iurisdictionem nisi in 10 suis. Anacletus et Clemens ita dicunt, quod per Petrum sedes patriarchales et metropolitane et episcopales fuerunt institute, ut constat in illo, [in] illis civitatibus, ubi dicunt, quod ubi erant primi flamines, voluit esse patriarchales, ut ubi non erant archiflamines, voluit Petrus, ut ibi essent metropolitane, postea in singulis civitatibus voluit esse episcopos. Cum ergo Petrus ordinaverit has dignitates, bene merito spectat ad solum papam, non ad alios patriarchas. 15

Si habent aliquos testis sanctorum et conciliorum, qui aliquid dicant de sedibus patriarchalibus, adducant in medium, et respondebitur. Quia omnes doctores nostri sancti hoc voluerunt, et per aliquam potestatem non potuit minui auctoritas sedis, sed illa, que in Petro fuit, illa semper habebit et tenebit secundum sententiam sanctorum doctorum, usque ad finem seculi. Et ideo sextus canon Niceni concilii dicit, quod semper ecclesia Romana tenuit 20 principatum. Hec sufficiant.

INTERPRES. Et michi sufficiunt.

CARDINALIS. Pro intellectu, an verba illa dent iurisdictionem vel venerationem, audiat beatum Iohannem Grisostomum.

ANDREAS. Fuit lectum in Greco. 25

ARATHENSIS. Nullus nostrum negat, quod sine potestate Romani pontificis non potest convocari concilium; sed e contra papa sine patriarchis.

CARDINALIS. Quid, si contradicant alii in canonibus illorum, an iussu pape congregabitur?

ARATHENSIS. Propter hoc non desistent, quominus sit concilium. 30

CARDINALIS. Et sine papa non erit concilium.

PROVINCIALIS. Illi canones non sunt nisi apocriphi.

ARATHENSIS. Nos considerabimus hec et referemus imperatori.

CARDINALIS. Non habetis privilegium Constantini, quod fecit Silvestro?

ARATHENSIS. Ita. 35

CARDINALIS. Legatis.

ANDREAS. Legit archiepiscopus Colocensis privilegium in Greco, cuius privilegii hec verba in Latinum fuerunt.

ANDREAS. His expositis cepit dominus Iohannes de Rupecremata hoc modo.

7 et V.

16 testus V.

28 luxu V.

32 appofcrici V.

34 Silvester V.

9 LEO I Anastasio episcopo Thessalonicensi, c. 1. = MIGNE PL 54, 671B. 11 Ps.-ANACLETUS = HINSCHIUS 82. 12 Ps.-ANACLETUS = HINSCHIUS 82-3. 20 ps.-canon concilii Niceni (325). 24 pro babiliter de loco supra iam citato, MIGNE PG 59, 480. 26 quis sub nomine Arathensis lateat, nescio; forte Eracliensis. 34 cf. textus donationis Constantinianae apocryphae apud K. ZEUMER, Die Constantinsche Schenkungsurkunde, Berlin 1888, 47-59. 37 archiepiscopus Andreas Chrysoberges.

## &lt;SERMO ALTER IOHANNIS DE TORQUEMADA, DE FORMA SS. EUCHARISTIAE&gt;

146v RUPECREMATA. De mandato sanctissimi domini nostri sermonem brevem facturis pau-  
 cissimis utar, et rescindendo multa | breviter tangam, que ad propositum faciunt. Im-  
 perator respondens ad preposita per reverendum dominum cardinalem dixit inter alia, quod  
 5 illa particula, quod sacramentum conficiebatur e[x] solis verbis salvatoris, non poterat ibi poni.  
 Que responsio relata sanctissimo domino nostro ex patribus sacre synodi, tam beatitudo sua  
 quam patres non parum admirati sunt, quod hoc dictum reputetur impossibile, cum hec ad-  
 ditio contineat conditiones, quas sancti patres constituerunt in rebus diffiniendis per synodum.  
 Primo veritas, 2<sup>o</sup> necessitas, 3<sup>o</sup> utilitas, quarto charitas, que sine offensa cuiuscumque, quod  
 10 hec additio contineat veritatem, pridie ostensum est auctoritatibus multis sanctorum Greco-  
 rum ; primo beatissimi Grisostomi, qui dicit, quod verba <in> Christum transmutant, idem  
 sententia Dyonisii et Damasceni ; et inducta auctoritate Ambrosii, qui manifeste illud ponit,  
 qui post multa ita dicit, quod dum conficitur sacramentum, ' non suis utitur sacerdos, sed ser-  
 monibus Christi dicens ': *hoc est corpus meum et sanguis meus* ; concludens hiis verbis  
 15 confici sacramentum, multis auctoritatibus ; in libro de sacramento dicit, quod sermo Chri-  
 sti mutat creaturam in altari. Item sacramentum quod accipit sermo Christi ac<c>ipit. Euse-  
 bius Emisenus dicit : ' Invisibilis sacerdos visibiles creaturas mutat dicens : Accipite ' etc.  
 Idem, Augustinus in multis locis, in libro de verbis domini cap. XXVIII : ' Ante verba con-  
 consecrationis, panis est, post Christi verba non panis, sed corpus Christi est ' . Item in sermone  
 20 de corpore Christi : ' intra catholicam ecclesiam nil maius a bono sacerdote, nil minus a malo  
 sacerdote conficitur, quia non in merito consecrantis, sed in verbo conficitur salvatoris ' . Et  
 supersedeo ab aliis auctoritatibus. Augustinus dicit : *Per reliqua, que dicuntur in missa,*  
*laus fit ; petitur pro re communi, pro populo et ceteris, nec conficitur sacramentum, [c]um*  
*propriis verbis utitur, sed verbis Christi. Ecce, quod isti clarissimi et sanctissimi doctores*  
 25 *de isto sacramento tractantes in solis verbis salvatoris dicunt confici sacramentum. Et una*  
*ratio vulgaris ponitur a sancto Thoma, per quam et vulgaribus debeat esse nota apud omnes :*  
*Quia idem canon <non> fuit in perpetuum apud omnes, sed per diversa tempora per pon-*  
*tifices additu[s]. Unde missa nostra dicitur habuisse principium a beato Petro, qui solum in*  
 30 *canone dicitur posuisse brevissimam orationem. Postea per sanctos doctores facte sunt ad-*  
 147r *ditiones orationum, ex quibus manifeste arguitur, quod consecratio huius dignissimi sacra-*  
*menti non fit perfecta verbis sanctorum | que varietatem receperunt ex tempore, sed*

7 dicto V.            8 ante contineat est scriptum obtineat || conditiones V.            9 necessitas V.  
 10 multis ex sanctorum Grecorum V.            12 Ambrosii V.            20 catholicam V.            27 canon-  
 cum linea supraducta V.            28 aditum V.            29 additiones V.

4 cardinalis Iulianus Cesarini.            5 ibi scilicet in formula preparatoria.            11 IOANNES  
 CHRYSOSTOMUS, *De prodicione Iudae, homilia I, c. 6* = MIGNE PG 46, 441 A.            13 AMBROSIUS, *De*  
*Sacramentis, lib. IV, c. 4* = MIGNE PL 16, 440 A, 441 A.            14 Mt. 26, 27-8.            15 AMBROSIUS,  
*De Sacramentis, lib. IV, c. 4* = MIGNE PL 16, *de corpore et sanguine Domini, n. 2., 4, 11-12.*            16 Ps.-  
 EUSEBIUS Emisenus (= CAESARIUS Arelatensis, *homilia V de Paschate*) = MIGNE PL 67, 1053 A ; cf. quoque  
 Jos. Rupert GEISELMANN, *Die Abendmahllehre an der Wende der christlichen Spätantike zum Frühmittelalter,*  
 München 1933, 127.            18 AUGUSTINUS, *Sermo 84 de verbis evangelii Lucae* = MIGNE PL  
 39, 1908.            20 Ps.-AUGUSTINUS = PASCHASIUS RADBERTUS, *De corpore et sanguine Domini*  
 c. 12 = MIGNE PL 120, 1310 B-C.            22 AUGUSTINUS, *Sermo 227* = MIGNE 38, 1099.            26 THO-  
 MAS Aq., *Summa theologica, III, q. 78, art. 1 ad 4, in editione Leoniniana, XII, 206.*



verbis dei, que semper uniformiter manserunt. Alie rationes pridie dicte sunt, et non repeto, sed solum respondeo de aliquibus motivis in contra factis; et sunt 3<sup>a</sup>. Primum auctoritas Dyonisii, alia Damasceni, 3<sup>a</sup> Basilii. Per hoc, quod inprimis dicitur, quod Dyonisius dicit, quod sacerdos sacrificaturus sacramentum excusat se a dignitate ministerii, quod non est dignus, dicens: 'Domine tu iussisti: *hoc facite in meam commemorationem*'; hoc non arguit quicquam, ut aliis verbis conficiatur, quia qui sic arguit, quod ex illis verbis *hoc facite* sequitur, quod alii sacerdotes hoc facere possint; cum se excusat dicitur, quod hec consequentia non valet. Alium ordinem tenent hec verba *quocienscumque* in evangeliiis quam verba sacerdotis in excusando se, et sic patet, quod ex verbis Dyonisii nulla sequatur consequentia, quod aliis verbis quam Christi confici possit. Nec dictum Damasceni procedit, quod per invocationem virtutis spiritus sancti conficiatur, quoniam per invocationem non intelligit Damascenus aliam orationem, que sequatur verba Christi in confectioe, sed invocationem intelligit secundum sententiam Dyonisii formam sacramenti, que consistit in verbis Christi. Unde ultimo sic de ecclesiastica gerarchia formam sacramentorum vocat verba Christi, que conficiant sacramentum, et hanc putant formam invocationis. Volo ostendere, quod verbis Basilii non potest esse forma consecrationis, nec aliquis debet moveri ex illis verbis ad credendum aliter. Primo sic, licet Basilius fecerit illam orationem, numquam asseruit, quod illis verbis esset consecratio, nec est credendum tam sanctum virum <putavisse>, quod in verbis suis fieret tam mirandum et incredibile sacramentum. Secundo arguitur ex ordine verborum. Verba Basilii sequuntur verba Christi. An verba Christi sunt verba completiva vel non? Non est dicendum, quod non sint perfecta, cum verbum Christi sit perfectissimum, nec eget additione verbi humani, ymo tota ratio beati Damasceni in tractatu de sacramentis, ad probandum, ut verbis Christi conficiatur, dicit, quod sermo domini vivificax est et sicut dixit: *fiat lux, facta est lux*, ita, cum dicit: *hoc est corpus meum*, factum est sacramentum. Tertio ostendo ex forma verborum. Hec sunt verba Basilii: 'Rogamus et precamur te et supplicamus: mitte spiritum sanctum super nos et hec apposita munera' etc. Hec verba sunt supplicatoria, quod deus quid faciat supernaturale; clarum est, quod <in> illis verbis supplicationis <non> sit forma factionis; ut melius intelligatur, suscipite exemplum ex scriptura. Mulier Cananea suppli | cando, ut filia liberaretur, dixit: 'miserere mei, fili David'. Christus respondit: 'fiat, sicut tu vis'. Peto, quibus verbis facta est sanitas. Clarum est, quod verbis illis: *30 fiat* etc. Peto absolutionem, pater. Respondetur: *absolvo te*. Non liberor verbis supplicatoriis. Oratio Basilii est deprecatoria, ut deus mittat spiritum sanctum super nos et hec apposita munera, et faciat panem venerabile corpus suum. Quis diceret, quod his verbis fiat confectio, maxime cum beatus Dyonisius dicat: verba consecrationis habeant virtutes activas? Verba deprecationis non possunt habere operationes activas; nemo potest dicere, quod verbis Basilii conficiatur, sed verbis Christi. Restat, ut sciamus, quis fuit sensus Basilii. Oratio illa non est, ut conficiatur, quia confectum est, sed ut sequamur effectum sacramentum, uniri et incorporari, et dicamus cum apostolo: '<non> vivo ego, vivit in me Christus'. Dicit Basilius: 'rogamus et supplicamus mitte spiritum sanctum super nos et hec apposita munera, ut nobis sint salutaria et faciatis panem hunc' id est cetum fidelium. 40

14 ecclesia V.

5 Ps.-DIONYSIUS, *De hierarchia ecclesiastica*, c. 7, § 9 = MIGNE PG 3, 581. 5 1 Cor. 11, 25.  
 23 Gen. 1, 3. 24 Mt. 26, 26. 25 BASILIUS, *Liturgia* = BRIGHTMAN, *Eastern Liturgies*, 406.  
 29 Mt. 15, 22. 30 Mt. 15, 28. 34 Ps.-DIONYSIUS, *De hierarchia ecclesiastica*, c. 7, § 10 = MIGNE PG 3, 565 C. 35 BASILIUS, *Liturgia* = BRIGHTMAN 406. 38 Gal. 2, 20.

ARATHENSIS. Alia verba sunt, videlicet : mitte spiritum sanctum tuum ad benedicendum et offerendum.

RUPECREMATA. Istum panem intelligimus corpus mysticum ecclesie, sicut coram imperatore dixit dominus cardinalis. Panis capitur duobus modis, panis verus materialis et panis  
5 mysticus. De hoc mystico dicit apostolus : *omnes unum corpus sumus et unus panis, qui de uno pane participamus*, ut dicit Augustinus : ' unum corpus, unus panis dicitur ' ecclesia, quia sicut panis multis granis et corpus multis membris, ita caritate operante componitur ecclesia ex multis fidelibus. 2º scias, quod licet panis conficitur ratione illarum specierum, est hic intellectus habendus : facito istum panem id est fideles christianos figuratos hoc pane,  
10 venerabile corpus Christi, incorporari corpori sancto tuo et uniri ei, ut tuo spiritu vivificentur, quia nullus vivit spiritu Christi, nisi sit corpus Christi, et sequitur, ut fiat communicantibus ex ipsis.

ARATHENSIS. Ex quibus ?

RUPECREMATA. Corpus Christi intelligitur per communicantes ex eo ; et ista oratio refertur  
15 fertur ad hoc, quod fideles communicantes vero corpori Christi et sanguini eius consequantur remissionem peccatorum et hereditatem regni celorum.

ARATHENSIS. Videamus verba, ut videamus, si sequitur bene ista expositio ad verba, cum dicit : et facito panem hunc mysticum corpus Christi tui.

CARDINALIS. Esse venerabile corpus tuum.

20 RUPECREMATA. Panem ipsum corpus Christi mysticum intellectum per istud materiale.

NICENUS. Dicitis : facito panem istum id est corpus ecclesie tue incorporari vero corpori tuo per dignitatem gratie ?

RUPECREMATA. Ita.

ARATHENSIS. Quomodo aptamus sequentia, ubi dicitur : et fiat summentibus, declara ;  
25 et quomodo fit replicatio eiusdem ?

RUPECREMATA. Hec est oratio : facito, ut corpus tuum mysticum participatione corporis veri tui consequamur remissionem peccatorum, gratiam spiritus sancti et eternam beatitudinem ;  
148r | hec est sententia verborum Basilii et Grisostomi, et hoc sensu nulla est difficultas inter vos et nos.

30 Prosequor secundam partem, quod de necessitate illa particula sit ponenda, et est conditio, quod est necessitas, que arguitur ex duobus. Primo quia venit in controversiam in tanto cetu, et est necesse, ut nullus possit portare scrupulum, ut hec concordia synodalis sit clarificativa et unitiva inter nos. 2º ex his, que occurrunt ad perfectionem sacramenti, et hec sunt IIII<sup>or</sup> : <1º> materia, quia panis azimus vel fermentatus ; 2º forma, scilicet verba ;  
35 <3º> minister, scilicet sacerdos ; <4º> recta intentio, ut intendat conficere. Cum ergo ponantur in cedula tria, est opportunum, ut quartum ponatur, ne videatur defectiva provisio et minus sapientum, maxime cum forma teneat principatum inter quattuor. Tertia est utilitas, que est eruditio omnium fidelium et maxime simplicium sacerdotum utriusque ecclesie, ut omnes sciant, quod hoc adorandum sacramentum in verbis salvatoris conficitur. Ultimo  
40 caritas, quia hec definitio neminem offendit nec unam ecclesiam nec aliam et est communis.

PAPA. Quia hora tarda est, ista, que dicta sunt, <sunt> dicta propter ea, que imperator pridie dixit. Et ubi agitur de primatu sedis apostolice ; credo, quod plene intellexeritis per

2 offendendum V.                      5 mixticus || mixticio V.                      18 mixticum V.                      20 mixticum V.  
21 facite V.                              30 conditio V.                              38 eruditio V.

5 1 Cor. 10, 17 || cf. AUGUSTINUS, *Sermo* 227 = Migne PL 38, 1099-1100 ; *Epistola* 185, c. 50 = PL 83, 815 ; *In Ioannem, tractatus* 26, c. 15 = PL 35, 1614.

auctoritates antiquissimas synodales. Quantum ad 2<sup>am</sup> partem, quam 2<sup>s</sup> doctor dixit, licet non fuisset necesse tractare de verbis Basilio, <quia> alias declarabuntur, tamen non puto, quod aliquis sit ita parum intelligens, quod credat, quod possit confici corpus Christi aliter quam ex verbis salvatoris nostri, non dico rationibus Ambrosii et Ieronimi; videant consequentiam, quod ante istos doctores non fuisset confectum corpus Christi, et nullus hoc diceret. 5  
Nos credimus, quod sitis docti et habetis reddere rationem animarum. [H]ortor caritates vestras, ut cogitetis et videatis has rationes, et conferre cum imperatore et dare conclusionem huius sancte unionis, ut gaudium commune plenum fiat, ut possimus vacare ad expeditionem imperatoris et rerum, que sequuntur, et quanto cicius fiet, patebit bonu[s] exitu[s] toti christianitati. 10

ANDREAS. Dominus archiepiscopus Russie dixit.

RUSSIA. Rogo dominationes vestras, ut detur locus dicendi.

PAPA. Placet.

RUSSIA. Si putarem aliquam contrarietatem inter ea, que dicta sunt per magistrum, facerem longum sermonem. Nam necesse est in contradictionibus aut confirmare aut confutare. Sed 15 quoniam puto adiutorio dei esse concordēs, per tria, que dicam, breviter me expedio. Et primo dico ex tempore; nam hoc missale, quo utimur, est traditum a Basilio et beato Grisostomo, utebamur ante tempus scismatis, nec aliqua facta est mutatio; tamen Occidentalis ecclesia numquam de hoc verbum | fecit, ut cum fuerimus concordēs et ad eundem finem tendentes, quemadmodum nostri considerantes, quod nostri videntes, quod ecclesia Romana 20 semper permisit, ideo videtur, quod tempore sumus concordēs, secundum rem dicimus idem et dico, quod credimus, quod id quod conficit ministerium, esse sermonem domini et taliter per orationem sacerdotis dicimus sacrum effici hoc modo. Et quoniam credimus dominicam vocem esse effectricem divinatorum munerum et semel a deo, cuius causa semper operatur illa vox semper replicatur a sacerdote et suscipit sacerdos, quod illa vox replicata aptetur, ut 25 sit eadem vox cum voce domini et ut ita aptetur, invocatur spiritus sanctus et supplicat sacerdos, ut per virtutem spiritus sancti concedatur gratia, ut vox repetita efficiatur ita effectiva, ut verbum dei fuit, et ita credimus consummativam fieri per illam orationem sacerdotis, et probo, quod dominice voces habent operationem ut semina, quia sine semine non potest effici fructus, ita in hac dominica voce; tamen, ubi cadit semen, eget aliis instrumentis, ut 30 sacerdotis, altaris et orationum. Unde credimus per hoc esse vobiscum concordēs. Quod autem addatur in diffinitione propter rationes vestras dixit paternitas vestra, quod est necesse propter discordiam, et dico, quod esset, si hec difficultas esset contraria, sed non est mota, ut fuerint disputationes, et ideo, cum non fuerint controversie, quare debet deduci in dubium? De alia particula, in quibus (!) considerantur IIII<sup>or</sup> ad confectionem sacramenti, nos id[em] 35 sentimus, quod vos, quod requiritur panis tritici et vinum de vite et sacerdos et quod per altare et principaliter per verba dominica. Et quoniam in omnibus his sumus concordēs, vos dicitis, quod debet poni propter declarationem rudium. Rudes ita clare tenuerunt, et ita tenebunt, unde non est necessarium hoc poni in diffinitione; nam multe questiones sunt et de baptis-  
mate; si de omnibus vellemus providere, tempus non sufficeret. Cum autem hec dixerim ex 40 me, supplico sanctissimum dominum nostrum et reverendos patres, ut non exigat[ur] alia diffinitio.

148v

RUPECREMATA. Ego cum magno gaudio audivi sapientiam tanti patris, quia audivi paternitatem suam confitentem, quod verbis salvatoris conficitur sacramentum et solis verbis

6 ortor V.  
41 exigat V.

8 expeditionem V.

9 secuntur || bonum exitum V.

35 id V.

149r salvatoris esse factricem et operatricem sacramenti. Secundo videbatur dicere, quod verba Basili  
 5 de seminibus, que licet habeant virtutem activam, tamen egent aliis operationibus sicut oratio-  
 nis et altaris. Ista, que paternitas sua dixit, non habent | locum propter duo. Prima  
 ratio dicta ex me, que accipiebatur ex ordine verbi Basili, ad verba Basili quia rem percep-  
 tam non supplico, ut det; si precedere[n]t, crederem, ut concurrant ad consecrationem, ut  
 10 dicimus in canone nostro, scilicet 'ut corpus et sanguis fiat' etc. Etiam nos petimus, sed  
 postquam prolata sunt verba Christi, non sequuntur verba deprecatoria, ut fiat consecratio.  
 Unde sequitur deprecatio, ut corpus Christi consecratum fiat nobis salutare. Cum ergo verba  
 Basili sequantur consecrationem, non possunt habere verba deprecationis, ut fiat quod fac-  
 tum est. 2<sup>a</sup> ratio est, quia argumentum non facit ad propositum, quia verba Christi non habent  
 15 virtutem incompletam ut semina, sed est sermo [vividus] nec eget operatore, et ideo illud argu-  
 mentum non videtur favere intentioni sue, quod dico, quod non est necessarium, salva pace  
 tue paternitatis, videtur necessarium, quia ut dictum est, inductum est in medium, et contra-  
 dictum, ut non ponatur, cum hoc sit de principalioribus sacramentis nostre fidei, et de pro-  
 fessione huius fidei sit orta tanta contentio, videtur necesse, ut adveniant de illis IIII<sup>or</sup>, que  
 20 dico quod sunt necessaria, minister, materia, verba et intentio, sed sine altari et sine vestibus  
 sacris fit, licet peccaret, qui sic consecraret, et ideo non potest esse perfecta confectio, nisi hec  
 IIII<sup>or</sup> concurrant.

ANDREAS. Hora iam tarda, assurgente pontifice, assurreximus cuncti, ac cunctis Grecis  
 presidentibus surgentibus, papa [h]ortatus est, quod cum effectu quodammodo convenirent, ut  
 forme accedere vellent.

25 Die XXI<sup>a</sup> hora XXI<sup>a</sup> imperator ad summum pontificem venit, ibidemque dixit credere  
 in articulis IIII<sup>or</sup> et de omnibus convenire nobiscum, sed in articulo primatus ita velle tractare.

<ACTA DIE 26 IUNII 1439>

149v <ANDREAS>. | Die XXVI iunii reverendissimis dominis cardinalibus et prelatibus conventis in  
 30 unum locum palatii, et domino imperatore et Grecis in alia aula eiusdem palatii, inter nostros  
 cepit dominus cardinalis Placentinus hoc modo.

<CARDINALIS PLACENTINUS>. Visum est domino nostro et imperatori ad hoc,  
 ut negotium unionis Grecorum facilius expediatur, ut sint ex qualibet parte sex, qui una  
 cum domino nostro et imperatore tractent rerum harum conclusionem, et si que insurgerent  
 35 difficultates, ut publice paternitatibus vestris referrentur, ut omnium sententia deleantur.

3 pro me V.      5 habent V.      7 melius perfectam.      8 precederet V.      10 probata V.  
 13 hut V.      14 unus V.      23 forte hoc vocabulum presidentibus delendum est, cum in margine habeatur surgentibus || ortatus V.      29 ante die est spatium vacuum, quod dimidiam fere paginam occupat: supra hoc linea ducta est, in cuius initio scriptum est hic nil deficit V.

26 post primatus prius scriptum erat hanc cedulam dedit, que quidem huius continentie fuerat; post tractare habetur spatium vacuum cum nota et linea ducta hic nil deficit.      20 fit scilicet sacramentum SS. Eucharistiae.      32 cardinalis Branda.

Quare videtur, ut deputati sex sint : dominus Sancte Sabine, dominus Morinensis, dominus Legionensis, dominus provincialis Lombardie et dominus Iohannes de Turrecremata et dominus Thomas de Sarzana.

ANDREAS. Quibus verbis expositis surrexerunt sex illi et ad papam accesserunt, et dictum est aliis, ut expectarent cum caritate pacientiam suscipiendo. Missusque extitit quidam, ut imperatori referret, ut suos mitteret, qui illico sex suos destinavit, dominum videlicet Eracliensem, dominum archiepiscopum Russie, dominum ..., dominum Nicenum, et duos presbiteros ; qui et cameram pape ad nostros ibidem deputatos ingressi sunt. Expectatumque diu extitit ; demum reversis Grecis suis, nostr[is] nostris, cepit dominus Sancte Sabine sic : reverendi patres, quia relatio longa est, videtur, quia hora iam XVII<sup>a</sup> est, ut cras de mane conveniamus et fiat relatio conclusorum. 5 10

ANDREAS. Estus et calor erat maximus ultra meridiem ; quare libentissime quisque abiit, quin ymmo, quia quilibet debilitatus quasi deficiebat caloribus magnis, et hora iam XVIII, deputata est ibidem Latinis et Grecis potus aliqua collatio refectiva spiritus pro volentibus. Die igitur XXVII cunctis convenientibus in palatio apostolico in capella maiori, summo pontifice presente | et nostris omnibus, summus pontifex accersito domino Sancte Sabine inquit, ut se ad exponendum cuncta disponeret ; demum prefatus dominus noster papa inquit. 15 150r

PAPA. Sicut scitis, diu et multum laboratum est, ut veniremus ad finem huius sancte unionis cum istis Orientalibus, et iam sunt XV menses ; tandem multis disputationibus habitis et tractatibus et laboribus susceptis per eos, qui interfuerunt, misericordia dei res ad bonum finem deducta est, et non visum est hactenus in omnibus omnes occupare, nunc materia conclusa deliberavimus, ut dominus Sancte Sabine referat, ut videatis, quantum dominus noster Ihesus Christus operatus sit ; postea deliberabimus, quid agendum. 20

ANDREAS. Cepit cardinalis Sancte Sabine hoc modo :

25

<SERMO IULIANI CESARINI CARD. 27 IUN. 1439>

CARDINALIS. Beatissime pater. De mandato sanctitatis vestre, prout potero, absolvam, quid sanctitas vestra mandavit, licet cuperem, ut alteri iniunctum esset, qui copiosius referret. Sanctitas vestra et reverendi patres sciunt, quod iam sunt quingenti anni, quod magne differentie fuere inter sanctam Romanam ecclesiam et Orientalem. Primo de processione spiritus sancti, utrum spiritus sanctus procederet a patre et filio. 2<sup>a</sup> de adiectione, an potuerint addi verba illa in symbolo etsi vera. 3<sup>a</sup> differentia, an corpus domini potuerit confici in pane azimo. Quarta de purgatorio, et hec habet multas partes. Quinta differentia de primatu sedis apostolice et Romani pontificis. Et super his facti sunt innumeri tractatus tam per Latinos [contra] Grecos quam per Grecos contra Latinos, et, ut scitis, fuerunt acerrima odia inter Occidentales et Orientales ecclesias, et una hereticabat aliam, et multe censure facte sunt per sanc- 30 35

3 vocabulum Turre est sat male scriptum, quia antea aliud, forte Ruppe vel Beuppe, scriptum erat V. 9 nostri] nostris V. 35 et Grecos V.

1 cardinalis Cesarini, episcopi Morienensis (Therouanne) et Legionensis (León), Ioannes de Montenegro et Ioannes de Torquemada dominicani. 8-9 suis nostris nostris, id est ad suos et nostris (deputatis) ad nostros.

tam Romanam ecclesiam contra eosdem Grecos et Orientales a Romana ecclesia eorum omnium matre differentes.

Grecis venientibus ad hoc sacrum concilium fuit disputata materia purgatorii, et ut constat his, qui <inter>fuere, multe fuere differentie, primo dicentium, quod non erat locus purgatorii, sed essent anime in certis locis expectantes diem iudicii, et dicentes, quod nec anime beatorum videbant deum nec anime damnatorum ibant ad infernum ante iudicii diem. Et ex his orte sunt multe disputationes; ymmo dicebant, quod nec angeli viderent deum.

Postea fuit disputata materia additionis, et quia hec publica fuit, non refero.

150v Tertia de processione spiritus sancti, et illa publice, ut audistis. Sed demum visum fuit 10 domino imperatori et Grecis, ut cessaretur a disputatione et veniretur ad tractatus certos, sperantes ex eo dari finem, et volebant, quod pauci essent, et quia ut obtemperaretur voluntati sue, non potuerunt omnes paternitates vestre | requiri, sed certi deputati sunt, et quia materia processus erat gravior, inceperunt plures tractatus in illo sperantes, ut illo concluso in aliis non multum remanerent differentie; et fuerunt adiuncte multe difficultates et 15 multi modi. Primo dicebant Greci, ut diffiniretur, quod spiritus sanctus procederet a patre per filium; per deputatos fuit reiecta illa via per multas rationes. Fuit proposita alia, quod ibi confiterentur bene tenere et nos et quod ipsi bene tenerent secundum suum intellectum; ista via fuit reiecta per nos, quia veritas non capit divisionem. Deinde data est alia, quod declararetur, quod spiritus sanctus et profluit a patre et filio, ab[h]orrentibus Grecis verbum 20 *procedere*; et per nos fuit reiecta hec via, quia verba hec haberent dubitationem, et ideo non essent ponenda in diffinitione. Deinde dicebatur, quod differentia non erat, an spiritus sanctus emanaret vel non emanaret aut proflueret, sed an procederet, et ideo non diffiniretur per bec contentio que erat. Deinde fuit propositum ut diffiniretur, quod procedit a patre et filio et a patre per filium; et hec via non visa est bona, quia posset fieri mala interpretatio, ut verbum 25 *et* exponeretur in *per*. Dicebatur, quod hec via declararet, quod filius esset causa et quod non erat bonus modus pronuntiandi, quia esset dubia sententia, que debet esse certa. Deputati sanctissimi domini nostri et paternitatum vestrarum semper steterunt constantes, ut diffiniretur difficultas secundum dogma sancte Romane ecclesie. Et post multos labores aliquando fuimus propinquiores desperationi quam conclusioni, sed quia deus vult cognosci, quod a se cuncta 30 procedunt, cum magis eramus discordes, isti domini Greci assenserunt cedula deputatorum; unde habemus reddere gratias deo, quod ita simpliciter assenserunt cedula nostre, et licet in concilio Lu[g]dunensi fuerit conclusum, quod procedit spiritus sanctus a patre et filio, hic tamen dicitur in cedula nostra, quod eternaliter fuit a patre et filio, et plura verba, prout continetur in cedula, que plures difficultates tollunt.

35 Deinde sopita hac materia, ventum est ad aliud, quia ex quo materia de additione fuerat mota, videbatur, ut synodaliter diffiniretur, quod additio fuit licita, et in hoc fuit magna difficultas, quam narrare vix quattuor hore sufficerent. Demum conclusum est, ut [con]fiteantur, quod illa additio seu declaratio iuste et bene facta est.

40 Quantum ad materiam de purgatorio non fuit publice disputata, sed inter aliquos deputatos et bene sollemniter; et quia multe vise sunt difficultates, ego quasi desperavi, tandem deo operante Greci iam confitentur veritatem, videlicet quod hii, qui decedunt in caritate et non satisfecerunt penitentiis iniunctis, seu in aliquo peccato veniali, quod vadunt ad purgatorium; si in peccato | <mortali>, statim ad infernum vadunt; si sine peccato et post 151r

19 aborentibus V.  
36 diffiteantur V.

29 cucta V.  
37 additio V.

31 Ludunensi V.

34 additione V.

31 cf. DENZINGER 460.

susceptum baptisma, incontinenti illi migrant statim ad celum. Sed Greci tenebant, quod non vider[e]nt ipsum deum, sed certos fulgores; et in hoc fuit magna difficultas et tanta, quod quasi turbavit totum negotium; tandem cognoverunt rationibus, quod anime beatorum videntur deum trinum et unum sicuti est, sed voluerunt in cedula apponi, quod aliqui minus perfectius viderent et alie magis, et hoc fuit visum admitti, quia 'in domo patris nostri mansiones multe sunt'. 5

Alia differentia fuit de azimo, quia etiam apud Grecos aliqui volebant, quod non conficeretur in azimo, dicentes deum usum pane fermentato; et tandem conclusum est, ut in pane et azimo et fermentato conficeretur, et rationibus auditis assenserunt, prout plene in disputatione de hoc constat supra relata. Et ut publice constent omnia, fuit exorta alia difficultas, 10 que quasi perturbavit totum opus. Nec unquam hec questio fuit mota. Nam intimato domino nostro, quod Greci in confectione sacramenti certis aliis orationibus uterentur, visum est sanctitati sue, ut sciretur eorum intentio, an tenerent illas orationes esse de substantia confectionis; et confessi sunt, auditis rationibus nostris, quod semper tenuerint, quod solis verbis dominicis conficeretur, et quod reputarent anathema, qui aliud crederet. Fuit instatum, 15 ut hoc poneretur in diffinitione; dixerunt, quod hoc non erat necessarium, ymmo, si poneretur, ecclesia ipsorum reciperet ignominiam, ac si hactenus tenuissent aliud. Unde cum semper fuimus concordantes in hoc, diffinitio non debet fieri nisi de dubiis. Tandem sanctissimus dominus noster dedit heri certos deputatos, et post multos tractatus dixerunt Greci: ad hoc, ut sitis certi de credulitate nostra, videatis beatum Iohannem Grisostomum, qui hoc clare ponit, et sumus parati, publice confiteri, quod nos tenemus sicut vos, quod in verbis solis dominicis conficitur. Unde sanctissimus dominus noster hoc audito obtemperavit, ut non videretur deduci in dubium, quod nunquam fuit, maxime, quia aliis pontificibus tempta<n>tibus reductionem Grecorum nil aliud ab eis petierunt nisi ut confiterentur, quod et in azimo conficeretur.

Ultima differentia fuit de primatu, et hec visa est quo ad humanitatem difficilior, quia 25 libenter subditi a capite deviant, et in rei veritate usque nunc non bene senserunt de potestate Romani pontificis, dicentes, quod erat ut caput quo ad unum totum, ut decanus. Et auditis sacris scripturis et sacris conciliis visa est veritas, quod sedes apostolica et Romanus pontifex est successor Petri; deinde disponente divina pietate factum est, ut assenserint Greci secundum cedulam datam per Latinos. Dixerunt demum, quod aliquid deliberarem de 30 sedibus patriarchalibus, videlicet | quod Constantinopolitana esset 2<sup>a</sup> etc., prout in constitutionibus conciliorum est decisum et in concilio Lateranensi, ubi prefuit Alexander tertius, renovavit privilegia sedium patriarchalium. Hec omnia rettulimus sanctissimo domino nostro, sine cuius licentia nil attentatum est. Sanctissimus dominus noster nil vult deliberare in tam arduo negotio sine scitu paternitatum vestrarum, et propter hoc fecit congregari 35 paternitates vestras. Ego legam notulas cedularum, postea sua sanctitas et dominationes vestre deliberabunt. Isti Greci multum instant pro recessu, et quia transeunt prope Turchos, est opportunum tute accedere, et licet sanctissimus dominus noster det galeas, tamen, ut tutius vadant, videtur eisdem eundem cum galeis Venetorum et ut imperator vadat ad edificandum populum cito, cum, si fama iret in populum ignarum, non auditis rationibus, pericu- 40

2 viderunt V.  
23 reddutionem V.

14 prius erat scriptum orationibus.  
29 assenserunt V. 39 hedificandum V.

19 nostri V.

19 scitis V.

5 Io. 14, 2.

32 debuit dici Innocentius III loco Alexandri III; cf. DENZINGER 436.

losum foret. Unde videtur annuendum sue voluntati. Legam cedulam, que non est forma decreti, quia fieret in personam sanctissimi domini nostri; fiet postea decretum.

ANDREAS. His dictis cardinalis legit primam cedulam: 'Quoniam in hoc sacro concilio' etc., prout superius est adscripta.

5 ANDREAS. Hac lecta secuta est 2<sup>a</sup> cedula: 'Diffinimus etc.'

ANDREAS. Hac lecta sequitur 3<sup>a</sup> hoc modo: 'Item in azimo' etc.

CARDINALIS. Antequam fiat sessio, venient Greci in hunc locum et confitebuntur, quod solis verbis dominicis conficitur.

ANDREAS. His dictis aliam legit hoc modo:

10 CARDINALIS. 'Item si vero penitentes' etc.

ANDREAS. Hac lecta alia lecta fuit hoc modo: 'Diffinimus' etc.

ANDREAS. Quas omnes supra adnotatas adscripsimus, sicque non expedit iterum occupare membranas.

CARDINALIS. Sanctissime pater et reverendissimi patres. Hec facta sunt per deputatos,  
15 nunc sanctitas vestra decernat, prout videbitur sanctitati vestre cum consilio horum patrum, et potest sanctitas vestra summas deo gratias reddere, quod nostro tempore factum sit, quod a tempore apostolorum citra vix tale factum est, et reduxit aut totidem aut plures quam nos Latini sumus, ad fidem Romane ecclesie.

<SERMO PAPAE, 27 IUNII 1439>

20 PAPA. Venerabiles fratres et filii. Audistis, que filius noster cardinalis Sancte Sabine dixit, et tractatus et labores et conclusa et qualiter [h]ortatur, ut debeamus regratiari domino nostro, quod vidimus, que pre[de]cessores nostri voluissent videre et non viderunt. Post multos labores desperatos quasi omnia venerunt ad votum ecclesie Romane, deo solum operante, qui ubi vult et quando vult, operatur. Greci accelerant expeditionem, et nos debemus et volumus id facere. Credo omnes vos et pro prudentia vestra debere concurrere nobiscum et regratiari deo, et videtur, ut de omni statu aliqui deputentur, qui conficiant decretum, ut fieret sessio in die apostolorum Petri et Pauli, et nos summe | affectaremus et ipsi Greci, et esset bonum. Audio, quod sunt CCCC XXXVII anni, quod nos idem affectavimus. Si est aliquis, qui velit quid dicere, dicat; et regratiandum est his, qui laboraverunt.

152r

30 PAPA. Hora vigesima omnes status conveniant.

ANDREAS. Promotor ita intimavit.

LUDOVICUS. Quid hoc verbum *status* insinuat?

ANDREAS. Ego, que in concilio gesta sunt, separatim tractatu alio annotavi, ex quo concilii formam sicque, quid verbum hoc velit [percipies] plenius, sed ut breviter sumas: in  
35 principio, quod concilium Ferrarie conventum est, disceptantibus patribus in deliberandis negotiis, an per nationes seu per deputationes procedendum esset, cum singulis in unum convenientibus, nunquam conclusa venissent tractata, fuit visum, ut concilium in tres status congregaretur, in cardinales, archiepiscopos et episcopos; et alius esset abbatum et aliorum

2 quia vocabulum fiet habet supraductam lineam, et lectio fiet excluditur, esse legendum fieret duxi. 3 concillio V. 18 ante ecclesie est scriptum, at leviter deletum curie. 21 oratur V. 22 precessores V. 25 debetis V. 26 confitiant V. 34 forte legendum participies.

3 cf. id quod ex diario curiali Andreae edidi in fasc. II vol. III huius collectionis, 45. 30 mandatum papae per promotorem concilii enuntiatum est.



regularium; tertius clericorum doctorum et dignitates in cathedralibus ecclesiis habentium et graduatorum in theologia, iure canonico et civili; conclusumve extitit, ut alicuius status diceretur adesse voluntas, si ex tribus partibus due partes convenirent cuiuslibet status; nil conciliariter fieret, quin cuiuslibet status preveniret assensus. Sicque, ut concludi conciliariter potuisset, necesse fuerat, ut constituta forma auctoritatem preberet. Hora XX<sup>a</sup> quilibet 5  
<in> suo statu convenit ac IIII<sup>or</sup> deputavit quilibet, qui cedularum sententias in unam bul-  
lam redigerent; quibus electis dissolute sunt pro die illo conventiones statuum.

LUDOVICUS. Cur non servatum est, ut tanta non fuerit interpositio temporis, cum quarta iulii hec conclusa fuerant?

ANDREAS. Mens omnium fuerat, ut sine difficultate cuncta transirent, sed intervenerunt 10  
dies octo, singulis diebus nostris Grecisve deputatis bis convenientibus; erant namque in  
verborum compositione differentie, sicque lapsi sunt tot dies; demum convenerunt patres, pre-  
sente summo pontifice, quarta iulii et facta extitit generalis congregatio in palatio apostolico,  
ubi assistentibus cunctis, reverendissimus cardinalis Sancte Sabine his verbis cepit patribus  
alloqui. 15

<SERMO IULIANI CESARINI CARD., 4 IULII 1439>

CARDINALIS. Parvam orationem facere oportet, patres reverendi. A die, qua omnes con-  
venistis, hodie est octavus dies, fuerunt deputati IIII<sup>or</sup> pro quolibet statu, qui deberent esse  
cum deputatis Grecorum pro formando decreto; patres singulis diebus convenerunt, et de  
mane et de sero. Tandem hoc mane fuit lectum decretum in Sancto Francisco in Greco et in 20  
Latino |, et omnes deputati remanserunt contenti; ideo legatur. 152v

PAPA. Legatis.

ANDREAS. Per dominum T[h]omam subdiaconum lectum extitit decretum, prout infra  
audietis; quo lecto, forma et modo, quo inferius annotabimus, cepit summus pontifex loqui  
hoc modo. 25

<SERMO PAPAE, 4 IULII 1439>

PAPA. Audistis lectum decretum, et regratiandum est de tanta gratia summo deo no-  
stro, quod tot milia populorum recognoscant veritatem, a qua per CCCC XXXVII annos et  
ultra diverterant. Nunc deo gratias referamus. Videtis labores deputatorum, et debent per  
nos omnes remunerari laudibus. Ego nescissem plura a Grecis petere, quia, que quesivimus 30  
et petivimus, habuimus. Post hanc materiam fidei alia veniunt agenda, et sperandum est,  
quod in aliis deus prosperabitur et unicos nos faciet, prout et in hac re nos omnes fecit. De-  
cretum hoc, quia convenit cedulis, iam omnium consensu unanimiter approbatum approba-  
tur ipso iure. Die lune, qua erit octava apostolorum beatissimorum Petri et Pauli, in cathe-  
drali ecclesia, ubi nos celebrabimus, sessionem faciemus. 35

ANDREAS. Quibus expositis, cunctis licentia data est ad recessum. Die sequenti V iulii

1 cathedralibus V. 13 post pontifice interpositum est vocabulum ANDREAS, sed a manu scriptoris  
postea linea inter vocabulum pontifice et quarta ducta est, ita ut vocabulum prius interpositum ANDREAS  
superfluum evaderet V. 23 Tomam V. 32 forte legendum est unitos. 33 consensu  
V. 34 cathedrali V.

20 ecclesia S. Francisci (S. Croce).

23 Thomas de Sarzana, papa futurus Nicolaus V.

hora iam tarda, cunctis speciali mandato requisitis Latinis patribus, Greci advenere in palatio apostolico, ubi summo pontifice presente Nicenus metropolita hiis verbis Latinis patribus est allocutus.

<DECLARATIO BESSARIONIS DE CONSECRATIONE SS. EUCHARISTIAE, DIE 5 IULII 1439>

5 NICENUS. Beatissime et san[c]tissime pater, et vos, reverendissimi cardinales et omnes alii presentes reverendissimi domini et patres. Quoniam in precedentibus congregationibus nostris inter alias discussiones de differentiis inter nos, orta est dubitatio de consecratione divini sacramenti eucharistie, et aliqui suspicati sunt nos et ecclesiam nostram non credere, illud sacramentum pretiosissimum confici per verba domini nostri, propter hanc causam,  
10 beatissime pater, nos adsumus coram vestra sanctitate, istis omnibus patribus adstantibus, qui pro parte sancte Romane ecclesie sunt, maior pars omnium nostrum personaliter adsunt coram sanctitate vestra, alii absunt propter infirmitatem corporis et angustiam hore. Et iam, sanctissime pater, adsumus ad certificandum primo sanctitatem vestram, deinde alios reverendissimos patres de hac dubitatione de quibus ita breviter dicimus.

15 Notissimum est, sancte pater, vestre beatitudini et aliis reverendissimis dominis in discussione et inquisitione differentiarum habitatum nos usos auctoritatibus sacre scripture  
153r | et sanctorum patrum ecclesie. Nam, pater beatissime, cognoscentes nos et animadvertentes fragilitatem humanam, potius volumus credere auctoritatibus sanctorum patrum quam rationibus humanis. Ea regula, qua in aliis usi sumus, et in hac [hesitatione] utimur.  
20 Et quoniam ab omnibus sanctis doctoribus ecclesie, maxime ab illo beatissimo sancto Ioanne Grisostomo nos audimus ipsum sanctum dicentem verba dominica esse, que mutant et transubstantiant panem illum in corpus Christi et <vinum in> sanguinem, et quod divina verba illa salvatoris omnem virtutem transubstantiationis habent, nos de necessitate ipsum doctorem, et eandem suam sententiam sequimur.

25 Preterea, pater beatissime, nec nos ignoramus IIII<sup>or</sup> requiri in consecratione pretiosissimi et venerabilis sacramenti. Primo, pater sancte, materia, que debet esse panis triticeus, aut fermentatus aut azimus, quia utroque conficitur veraciter. Item, quod minister sit sacerdos, qui habeat sacerdotium ab ecclesia secundum canones. Item tercio forma, pater sancte, que est ista verba salvatoris secundum sententiam sancti Iohannis prefati. Quarto, beatissime pater, intentio sacerdotis, ut habeat intentionem consecrandi panem sibi prepositum et  
30 vinum.

Hec breviter, pater beatissime, de hac questione breviter et sufficienter ad certificationem sanctitatis vestre et aliorum patrum diximus. Et cum semper, pater sancte, fuerimus et simus et futuri simus, de hac sententia vestram sanctitatem certissimam reddamus.

35 PAPA. Intelleximus, que per venerabilem fratrem nostrum Nicenum dicta sunt, et quamvis in mente nostra non esset aliud, tamen gratum fuit audisse, que ore relata sunt, quia ista

3 alloquutus V.  
34 sumus V. lege reddamus.

5 santissime V.

13 santissime V.

19 exitatione V.

5 de hac declaratione die 17 augusti 1439 protocollum factum est, cuius textus originalis adhuc in bibliotheca Laurentiana-Medicea conservatur; hanc edidi in collectione nostra Concilium Florentinum, III, 1, 25-26. 19 hesitatione id est in hoc dubio. 21 Ioannes Chrysostomus; cf. homilia I, c. 6 et II, c. 6, De prodicione Iudae apud MIGNÉ PG 49, 380; 389-90, et Aug. NÄEGLE, Die Eucharistielehre des hl. Johannes Chrysostomus (Strassburger Theologische Studien, III, 4 und 5) Freiburg i. Br. 1900, 75.

est doctrina et sancti Iohannis Grisostomi et aliorum sanctorum, qui precesserunt et qui secuti sunt, et hanc doctrinam secuta est et semper sequetur cum gratia dei sancta Romana ecclesia, et gratum fuit audire, ut qui aliud ex[is]timassent, sint certi de vestra bona opinione.

ANDREAS. Placentinus his dictis, qui ex cardinalibus tunc primus erat, dixit :

PLACENTINUS. Omnes tenuimus et tenemus hoc cum gratia dei ; sicut in hoc sumus con- 5  
cordes, erimus et in aliis cunctis.

ANDREAS. Quibus dictis Nicenus hec verba protulit.

NICENUS. Per beatitudinem vestram et sollicitudinem sanctitatis vestre omnia feliciter processerunt et procedent cuncta in melius et vestra beatitudine presidente cuncta feliciter 10  
procedere sperandum est, prout spiritus sancti gratia in hoc sancto opere visum est.

ANDREAS. Quibus expositis assurreximus cuncti hora XXIII.

<PROMULGATIO DECRETI UNIONIS GRECORUM, 6 IULII 1439>

ANDREAS. Die VI<sup>a</sup> in cathedrali ecclesia sessio facta est, Latinis Grecisque presentibus, ordine modove, quo supra in concilii ycumenici pronuntiatione et declaratione expositum est, licet civitatis nobilitate celebrior pompa fuerit et populi magnitudine et dominorum presen- 15  
tia. Erat namque ecclesia illa, que magnitudine non inter mediocres Ytalie est, sed de maioribus, tanta populi multitudine plena, ut extra ecclesiam maximum stare numerum hominum oporteret, | quorum ecclesia capax non fuerat. Patrum vero caterva venerabilis, prout 153v  
in subscriptione conspicies.

LUDOVICUS. Extititne quid ea in celebritate novum memora<bi>leve ultra decretum ? 20

ANDREAS. Ultra novitatem novorumve capitulorum fidei professionem in decreto contentorum, nil novi conspexi nisi quod, prout alii Latini patres episcopi ad summum pontificem accedunt, eidem osculando fimbrias, reverentiam exhibendo, id pariter et Greci fecere ac ymnum 'Veni creator spiritus' in Greco suavissimo excinuerunt cantu ac missam cunctasque 25  
ecclesie Latine cerimonias religiosissime ac reverenter perceperunt adoraveruntque. Missa Romane ecclesie more, summo pontifice celebrante, finita ac demum ex solitis orationibus ac ceremoniis, que fieri assolent in sessionibus publicis, ad altare summi pontificis sedes posita, prout moris est, ac cunctis his presentibus, imperatore Gregorum ceterisque Gregorum patribus, reverendissimus dominus cardinalis Sancte Sabine in Latino primo, deinde Nicenus archiepiscopus in Greco decretum legere, cuius decreti verba hec fuere. 30

2 sequata V.      3 extimassent V.      13 chathedrali V.      15 celebrior V.      16 nann-  
que V.      18 chaterva V || *suppleas sensu ante venerabilis vocabulum erat.*

## D E C R E T U M .

Eugenius episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam.

Consentiente ad infrascripta carissimo filio nostro Iohanne Paleologo Romeorum imperatore illustri et locatentibus venerabilium fratrum nostrorum patriarcharum et ceteris  
5 Orientalem ecclesiam representantibus.

‘ Letentur celi et exultet terra ’. Sublatus est enim de medio paries, qui Occidentalem  
Orientalemque dividebat ecclesiam, et pax atque concordia rediit illo ‘ angulari lapide Chri-  
sto, qui fecit utraque unum ’ vinculo fortissime caritatis et pacis utrumque iungente parietem,  
et perpetue unitatis federe copulante ac continente. Postque longam meroris nebulam atque  
10 dissidii diuturni atram ingrathamque caliginem, serenum omnibus unionis optate iubar illuxit.  
‘ Gaudeat et mater ecclesia ’, que filios suos hactenus invicem dissidentes iam videt in unita-  
tem pacemque rediisse, et que antea in eorum separatione amarissime flebat, ex ipsorum  
modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti deo gratias referat. Cuncti gratulen-  
tur fideles ubique per orbem, et qui christiano censentur nomine, matri catholice ecclesie colle-  
15 tentur. Ecce Orientales Occidentalesque patres post longissimum dissensionis atque discordie  
tempus se maris et terre periculis exponentes, omnibusque superatis laboribus, ad hoc sacrum  
154r ycumenicum concilium | desiderio sacratissime unionis et antique caritatis reintegrande  
gratia leti alacresque convenerunt, et intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam  
enim laboriosamque indaginem tandem spiritus sancti clementia ipsam optatissimam sanc-  
20 tissimamque unionem consecuti sunt. Quis igitur dignas omnipotentis dei beneficiis gratias ref-  
ferre sufficiat? Quis tante divine miserationis divitias non obstupescat? Cuius vel ferreum  
pectus tante superne pietatis magnitudo non molliat? Sunt ista prorsus divina opera, non  
humane fragilitatis inventa, atque ideo eximia cum veneratione suscipienda et divinis laudi-  
bus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Christe fons misericordiarum, qui  
25 tantum boni sponse tue catholice ecclesie contulisti atque in generatione nostra tue pietatis  
miracula demonstrasti, ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum siquidem divinumque  
munus nobis deus largitus est. Oculis vidimus, quod ante nos multi, cum valde cupierint, aspi-  
cere nequiverunt.

Convenientes enim Latini ac Greci in hac sacrosancta ycumenica synodo, magno studio  
30 invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina spiritus sancti processione, sum-  
ma cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis  
scripturis plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium,  
aliquibus quidem ex patre et filio, quibusdam vero ex patre per filium procedere dicentibus  
spiritum sanctum, et ad eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis;  
35 Greci quidem asseruerunt, quod id, quod dicunt spiritum sanctum ex patre procedere, non

14 collectentur V      15 in bulla originali: Ecce enim occidentales orientalesque.      22 pectus V.  
27 in bulla originali: oculisque.      29 in bulla originali: synodo ycumenica.

2 cf. editio, quam dedi in Ep. pontif. II, n. 176, pag. 68-79.      6 Ps. 95, 11 || epistola Cyrilli Alex.  
ad Ioannem Antiochenum, qua pax ecclesiastica in Oriente restituta est, incipit cum eadem citatione psalmi  
75 et modo simili adiungit: ‘ solutus est enim medium paries maceriae, et quod contristabat, quievit atque  
dissensionis modus abscissus est, omnium nostrum salvatore Christo pacem suis ecclesiis tribuente ’; cf.  
SCHWARTZ I, III, 1, 187<sup>19-21</sup>.      7 Eph. 2, 20; 2, 14.      8 cf. Eph. 4,3; Col. 3, 14.      11 cf.  
canticum ‘ Exultet ’ in liturgia latina sabbati sancti.      20 cf. Apoc. 11, 17; 1 Thess. 3, 9.      25 cf.  
Tob. 12, 20.      26 cf. Mt. 13, 1; 6, 17.

hac mente proferunt, ut excludant filium, sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere, spiritum sanctum ex patre et filio procedere tamquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinerunt <a> dicendo, quod spiritus sanctus ex patre procedat et filio; Latini vero asseruerunt, non se hac mente dicere spiritum sanctum ex patre filioque procedere, ut excludant patrem, quin sit fons et principium totius deitatis, filii scilicet et spiritus sancti, aut quod id, quod spiritus procedit ex filio, <filius> a patre non habeat, sive quod duo ponant esse principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium unicamque spirationem spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem | in infrascriptam sanctam et deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem unanimiter concordarunt et consenserunt.

154v

In nomine igitur sancte trinitatis patris et filii et spiritus sancti, hoc sacro approbante universali Florentino concilio, diffinimus, ut hec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur sicque omnes profiteantur, quod 'spiritus sanctus ex patre et filio eternaliter est' et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex patre simul et filio, et ab utroque eternaliter tamquam ab 'uno principio et unica spiratione procedit'.

Declarantes, quod id quod sancti doctores et patres dicunt ex patre per filium procedere spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur filium quoque esse secundum Grecos quidem causam, secundum Latinos principium subsistentie spiritus sancti, sicut et patrem, et quoniam omnia, que patris sunt, pater ipse unigenito filio suo gignendo dedit preter esse patrem, hoc ipsum, quod spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius a patre eternaliter habet, a quo <eternaliter> etiam genitus est.

Diffinimus insuper explicationem verborum illorum *filioque* veritatis declarande gratia et imminente tunc necessitate licite et rationabiliter simbolo fuisse appositam.

Item in azymo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotisque in altero ipsum domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta sue ecclesie sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.

Item, 'si vere penitentes in dei caritate decesserint, antequam dignis penitentie fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas penis purgatoriis post mortem purgari et, ut a penis huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes et helemosynas et alia pietatis officia, que a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum ecclesie instituta. Illorumque animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, que post contractam peccati maculam in suis corporibus, vel eisdem exute corporibus, prout superius dictum est, sunt purgate, in celum mox recipi' et intueri clare ipsum deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. 'Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, penis disparibus puniendas'.

7 ponat V.      7 asserunt V. || ante principium vocabulum unum repetit V.      33 onino V.

4 in bulla originali loco asseruerunt est scriptum affirmarunt.      13 in bulla originali: hoc sacro universali approbante Florentino concilio.      14 cf. concilium II Lugdunense, canon 1 = MANSI XXIV, 81 B = DENZINGER 460.      19 in bulla originali: Latinos vero.      24 in bulla originali: licete ac.      25 cf. professio fidei Michaelis Palaeologi, MANSI XXIV, 71 C, ubi habetur: Sacramentum Eucharistiae ex azymo conficit eadem Romana ecclesia = DENZINGER 465.      28-38 cf. professio fidei Michaelis Palaeologi = MANSI XXIV, 71 A-B; DENZINGER 464.      35 cf. bulla Benedicti XII, MANSI XXV, 987 A-B, DENZINGER 530.

Item diffinimus sanctam apostolicam sedem et Romanum pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum et verum Christi vicarium totiusque ecclesie caput et omnium christianorum patrem ac doctorem existere; et ipsi in beato Petro pascendi, | regendi ac gubernandi universalem ecclesiam a domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis ycumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur. Renovantes insuper ordinem traditum in canonibus ceterorum venerabilium patriarcharum, ut patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Anthiocenus, et quintus Yerosolimitanus; salvis videlicet privilegiis omnibus et iuribus eorum.

Datum Florentie in sessione publica synodali in ecclesia maiori solemniter celebrata anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo trigesimo nono, pridie nonas iulii, pontificatus nostri anno nono.

Et subscripserunt :

- 15 Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ita diffiniens subscripsi.  
Ego Anthonius episcopus Ostiensis cardinalis Bononiensis supradictas diffinitiones veras et catholicas esse affirmo et illis me subscripsi.  
Ego Branda episcopus Portuensis scripsi.  
Ego Nicolaus cardinalis Sancte Crucis scripsi.
- 20 Ego Franciscus tituli Sancti Clementis presbyter cardinalis scripsi.  
Ego Angelotus tituli Sancti Marci presbyter cardinalis scripsi.  
Ego Iulianus tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis scripsi.  
Ego Prosper Sancti Georgii dyaconus cardinalis scripsi.  
Ego Dominicus Sancte Marie in Via Lata dyaconus cardinalis subscripsi.
- 25 Ego Blasius patriarcha Ierosol[i]mitanus scripsi.  
Ego Marchus patriarcha Gradensis scripsi.  
Ego Iohannes episcopus Morinensis illustrissimi principis domini ducis Burgundie et Br[a]-bantie orator scripsi.  
Ego Iohannes episcopus Nivernensis eiusdem domini ducis orator signavi et interfui.
- 30 Ego Bartholomeus archiepiscopus Spallatensis subscripsi.  
Ego Fantinus archiepiscopus Cretensis subscripsi.  
Ego Iulianus archiepiscopus Pisanus subscripsi.  
Ego Andreas archiepiscopus Collosensis subscripsi.  
Ego Nicolaus archiepiscopus Capuanus scripsi (?).
- 35 Ego Ludovicus archiepiscopus Florentinus subscripsi.
- 155v | Ego Latinus de Ursis archiepiscopus Tranensis subscripsi.  
Ego Raymundus archiepiscopus Conezanus subscripsi.

8 santissimum V.                      10 eorum duabus vicibus V.                      17 catholicas V.                      18 ante scripsi habetur deletum ss (= subscripsi) V.                      25 Ierosolimitanus V.                      27 Brebantie V.                      34 post Capuanus habetur littera similis litterae s V.                      36 lege Ursinus.

1 cf. *professio fidei Michaelis Palaeologi*, MANSI XXIV, 72 D-E = DENZINGER 466.                      8 cf. *caput V concilii IV Lateranensis* (1215) = MANSI XXII, 990-992; DENZINGER 436.                      9 in *professione fidei Michaelis Palaeologi legitur: quarum (ecclesiarum) multas et patriarchales praecipue diversis privilegiis eadem Romana ecclesia honoravit, sua tamen observata praerogativa tum in generalibus conciliis tum in aliquibus aliis semper salva*; DENZINGER 466.

Ego Iacobus episcopus Adriensis subscripsi.	
Ego Petrus episcopus Paduanus subscripsi.	
Ego Daniel episcopus Concordiensis subscripsi.	
Ego Anthonius episcopus Portugalensis subscripsi.	
Ego Bartholomeus episcopus Valvensis subscripsi.	5
Ego Thomas episcopus Farenensis subscripsi.	
Ego Christophorus episcopus Ariminensis subscripsi.	
Ego Amicus episcopus Aquilensis subscripsi.	
Ego Petrus Dignensis episcopus subscripsi.	
Ego Iohannes Ferrariensis episcopus subscripsi.	10
Ego Valentinus episcopus Ortanus subscripsi et Chastellanus.	
Ego Iohannes episcopus Arbensis subscripsi.	
Ego Benotius episcopus Fesularum subscripsi.	
Ego Carolus episcopus Senensis subscripsi.	
Ego Andreas Yspanus Portugalensis episcopus Megarensis subscripsi.	15
Ego Carolus episcopus olim Mutinensis subscripsi.	
Ego N(icolaus) episcopus Tiburtinus subscripsi.	
Ego Artholus (!) episcopus Grassensis subscripsi.	
Ego Laurentius episcopus Archaiensis subscripsi.	
Ego Zanonus episcopus Baiocensis subscripsi.	20
Ego Ludovicus episcopus Tarvisinus subscripsi.	
Ego Iohannes de Mella ellectus confirmatus Legionensis subscripsi.	
Ego Guillelmus ellectus confirmatus Andegavensis subscripsi.	
Ego Angelus episcopus Parentinus subscripsi.	
Ego Damianus episcopus Asisinensis (!) subscripsi.	25
Ego Petrus episcopus Ausarenensis subscripsi.	
Ego Matheus episcopus Zapatensis subscripsi.	
Ego Angelus de Grassis episcopus Arianensis subscripsi.	
Ego Petrus episcopus Massanus subscripsi.	
Ego Bartholomeus episcopus Cavalicensis subscripsi.	30
Ego Robertus Deadimaris de Florentia episcopus Vulterra<nus> subscripsi.	
Ego Anthonius episcopus Cesenensis subscripsi.	
Ego Donatus episcopus Pistoriensis subscripsi.	
Ego Scipio episcopus Mutinensis subscripsi.	
Ego Christophorus episcopus Coronensis subscripsi.	35 156r
Ego Andreas episcopus Conversanus subscripsi.	
Ego Alexius episcopus Clusinus subscripsi.	
Ego Garsias episcopus Tudensis subscripsi.	
Ego G(undisalvus) episcopus Gavatensis (!) subscripsi.	
Ego Aymericus episcopus Montis Regalis subscripsi.	40
Ego Baptista ellectus Theatinus subscripsi.	
Ego Nicolaus episcopus Tricharicensis subscripsi.	
Ego Iohannes ellectus Agavensis (!) subscripsi.	
Ego Iohannes ellectus Osiliensis subscripsi.	

18 lege Anthonius.  
39 lege Granatensis.

19 lege Achayensis.  
43 lege Agenensis.

20 lege Zenonus.

31 lege de Adimaris.

- Ego Guillelmus electus Leorensis (!) subscripsi.  
 Ego Andreas episcopus Rossumensis (!) subscripsi.  
 Ego Matheus episcopus Cortonensis subscripsi.  
 Ego Iulianus electus Citaridensis subscripsi.  
 5 Ego Iohannes episcopus Converpensis (!) subscripsi.  
 Ego Thadeus episcopus Acefuatensis (!) subscripsi.  
 Ego Petrus Clerici archidiaconus Trecensis, ambasiator domini ducis Burgundie et Brabancie subscripsi.  
 Ego Ambrosius generalis ordinis Camaldulensium subscripsi.  
 10 Ego Gometius abbas Florentie subscripsi.  
 Ego Iohannes de Ursis Farfensis subscripsi.  
 Ego Anthonius abbas Sancti Caprasii subscripsi.  
 Ego Franciscus abbas Sancti Leonardi subscripsi.  
 Ego Federicus abbas de Borto subscripsi.  
 15 Ego Georgius abbas de Fereallis subscripsi.  
 Ego Anthonius abbas de Alfiolo subscripsi.  
 Ego Bartholomeus abbas Campi Fullonis subscripsi.  
 Ego Sepulcrus abbas de Urano subscripsi.  
 Ego Angelus abbas de VI<sup>o</sup> subscripsi.  
 20 Ego Pascasius abbas Sancti Sepulcri subscripsi.  
 Ego Benedictus abbas de Coneo subscripsi.  
 Ego Iacobus abbas Sancti Salvii subscripsi.  
 Ego Aloysius abbas Sancti Pauli ad ripam Arni Pisani subscripsi.  
 Ego Iohannes abbas de Thyro subscripsi.  
 25 Ego Daniel abbas de Saviliano subscripsi.  
 Ego Benedictus abbas Sancti Pancratii subscripsi.  
 Ego Franciscus abbas Sancte Marie de Pancriono subscripsi.  
 Ego Iohannes Gianvantius abbas de Ripolis subscripsi.  
 Ego Angelus abbas Sancti Michaelis de Pistorio subscripsi.  
 30 Ego Nicolaus abbas monasterii Sancti Modesi Beneventani subscripsi.  
 Ego Iacobus abbas Sancti Salvatoris de Fonzoe subscripsi.  
 156v | Ego A(ntonius) abbas Montispiani Pistoriensis diocesis.  
 Ego Petrus abbas Sancti Petri de Florentia.  
 Ego M. abbas Sancte Marie de Diciano.  
 35 Ego Santellemen abbas de Bibona.  
 Ego Laurentius del (!) abbas de Culvos.  
 Ego Fredericus abbas monasterii Sancti Panthaleonis de Lucca.  
 Ego Luchas abbas Stuart. (!) in Alpibus.  
 Ego Tonus Luccas abbas Patrariatensis.  
 40 Ego Iacobus abbas monasterii Sancti Petri de Massa.  
 Ego frater Iohannes abbas Sanctorum Martirum Cordubensium.

36 post *Laudentius est scriptum* : del, sed post abbas eadem vox recurrit del (*hic sine puncto*), sed cancellata, ita ut concludi possit vocabulum del. fuisse per distractionem scriptoris conservatum : ideo hoc in textu omisi V.

1 lege Leonensis.    2 lege Posznaniensis.    5 lege Connerensis.    6 lege Acquatenis.    14 lege Berceto.  
 15 lege Ferentino.    18 lege Uzano.    27 lege Pacciano.    31 lege Faventia.  
 34 lege Bartholomeus.    38 lege Sancte Marie in Alpibus.    39 lege domnus Lucas abbas Ferrariensis.



- Ego Guillelmus abbas Sancti Salvatoris Burdegalensis.  
 Ego Georgius abbas Sancti Petri de Eugubio.  
 Ego Anthonius abbas Sancti Salvatoris et Vigili de Senis.  
 Ego abbas Sancte Marie de Morona.  
 Ego abbas Sancte Gaude. 5  
 Ego Gabriel abbas Sancti Iacobi de Pontida.  
 Ego Dyonisius abbas Sancte Marie de Sandin. Sagiensis.  
 Ego Thymotheus abbas Sancti Andree de Mantua subscripsi.  
 Ego frater Guillelmus generalis Minorum.  
 Ego frater Gerardus generalis Augustinensium. 10  
 Ego Placidus generalis Vallis Umbrose.
- Blondus.
- Subscriptiones Grecorum.
- Iohannes Paleologus in Christo deo fidelis rex et imperator Romeorum.  
 Anthonius humilis archiepiscopus Hiracliensis pressidens ypertinarum (!) et primas totius Ma- 15  
 cedonie et locum tenens apostolice sedis sanctissimi patriarche Allexandrini Philothei pa-  
 triarche Allexandrini subscripsi.  
 Gregorius sacer monachus magnus prothosincellus et spiritualis, ac vicarius apostolice sedis  
 domini nostri Philotei patriarche Allexandrini subscripsi.  
 Isydorus archiepiscopus Ciebiensis ac totius Russie ac locum tenens apostolice sedis sanctissimi 20  
 patriarche Anthioceni domini Dorothei affirmans et diffiniens subscripsi.  
 Dositheus archiepiscopus Monevasiensis locu[m]tenens apostolice sedis sanctissimi patriar-  
 che Ierosolimitani Iohachini sequendo subscripsi. 157r  
 Dorotheus archiepiscopus Trapezcontinus sequendo subscripsi.  
 | Metrophanes archiepiscopus Cyzici subscripsi. 25  
 Bissarion miseratione divina archiepiscopus Nicenus sequendo subscripsi.  
 Macharius archiepiscopus Nicomedie subscripsi.  
 Methodius humilis archiepiscopus Lacedemoniensis subscripsi.  
 Ignatius archiepiscopus Tornovi sequens subscripsi.  
 Dorotheus archiepiscopus Mitiliniensis locu [m]tenens archiepiscopi Sidiensis sequendo sub- 30  
 scripsi.  
 Damianus archiepiscopus Molboblachie (!) et locum tenens Sevastiensis archiepiscopi subscripsi.  
 Ioasaph humilis archiepiscopus Amasiensis subscripsi.  
 Nathanael archiepiscopus Rodi et Cycladarum insularum subscripsi.  
 Calistus archiepiscopus Driste sequendo subscripsi. 35  
 Matheus archiepiscopus Mellenici sequens subscripsi.  
 Genadius archiepiscopus Gani sequendo subscripsi.  
 Dositheus archiepiscopus Drame sequendo subscripsi.  
 Bissarion archiepiscopus Nicenus per mandatum scriptum et subscriptum a Manuele magno  
 sacellario Chrisococo dy<a>cono, cui<u>s depositionem hic subdesignando ipsum hic 40  
 demonstro eadem nobis sapere et consentire hac omnes, qui hic sunt, sequi.  
 Teodoricus magnus sceuofylax Xantinopolus dyaconus subscripsi.

5 lege Gonde.      7 lege Marie diocesis (?) Sarzanensis;      15 lege ypertimorum (= metropo-  
 litarum titulo ὑπερτιμος insignitorum).      18 ante Gregorius est littera a et ante Isidorus in linea 20  
 est littera b, ad significandum debere poni ante Isidorum in subscriptionibus legatum patriarchae Ale.xandri-  
 ni Gregorium V.      24 post litteram z in Trapezcontinus abbreviatio con est scripta sicut littera q.  
 32 Molbdoblachie V.      34 Bathanael V.      37 Gavi V.

Michael Balsamon magnus cartofilax archidyaconus subscripsi.

Silvester Si<r>opolus magnus ecclesiarchus et diceofilax subscripsi.

Georgius Capadotius prothedicus id est primus procurator dyaconus subscripsi.

Constantinus primus presbyter et vicarius Moldoblachie subscripsi.

5 Moysis sacer monachus ecclesiarchus venerabilis ac sacri regalis Sancti Montis Magne Laure et ipsius locumtenens subscripsi.

Dorotheus sacer monachus vicarius venerabilis et sacri Montis Sancti sancti magni monasterii Vatepedi subscripsi.

Gerontius sacer monachus olim prior venerabilis sacri regalis monasterii Christi Omnipotentis subscripsi.

10 Athanasius abbas monasterii Circumspecti subscripsi.

Germanus olim abbas Sancti Basili subscripsi.

Pachomius sacer monachus et abbas Sancti Pauli subscripsi.

15 ANDREAS. His omnibus expeditis die XXVI augusti sollempniter per totum sacrum cardinalium collegium sociati imperator Grecive ex Florentia ad patriam redeuntes exiverunt, associantibus eundem demum per territorium Florentinum cardinalibus tribus, ac multis aliis; hisque sanctissime unionis optatus finis impositus est. Capiēs hec, frater optime, que quidem, etsi facundius, non tamen recte proprieve, referri potuissent, rettuli, prout fuere, verbisve propriis eorum, qui ea protulere, ne verborum ornamento a gestorum veritate divertere iudicaretur;

157v 20 | plurima, que in secreto sunt gesta, aliis referenda dimisi, qui iis interfuere; hec, que publice gesta sunt, nulla a re ipsa mutata sententia. Vale.

LUDOVICUS. Et tu vale.

DEO GRATIAS.

#### <DE UNIONE ARMENORUM>

25 Que circa fidem ecclesie que sacramenta per Romanam ecclesiam, sacro approbante concilio, Armenorum populis per oratores hec sciscitantibus tradita sunt.

Dialogi premissi madentibus adhuc litteris, carissimi amicissimique Ludovici nunciata est mors, quam eo mestius audiui, quo sedicioso illo in loco ac inopinato mortis genere interierit XXX horarum peste turbato inter valetudinem et mortem tempus concessum est; illo nam morbo cum magis convallescere quis videtur, eripitur suo; sic idem temporis affuisset, ut mortem providens sotiatis sermone sue intencionis angustiam exprimere valuisset recogniturum, quod que mecum de ecclesie primatu protulerat disputando dixisset magis quam ut vera esse tradidisset, quare aliisve forensibus curis agitatus nequivi, que sanctissime cum Armenis discussa fuere eidem morte preventivo dirigere; alias ea omnia in mundum deducam. Nunc tantum Armenie oratorum mandatum ac decreti formam contentus sum huic operi Grecorum subiungere, ut liquide cunctis innotescat translationis concilii fructus, utve qui his adversantur, noscant, quibus operibus obstant. Ex quo premissa cum Grecis terminata fuere, usque ad octavam novembris non minus religiose acuteve quam cum Grecis relatum est, cum Armenis de fidei sacramentis certatum est, prout suo in tempore concertationes adscribam; qualesve fuerint, ex decreti continentia quisque qui sapit percipiet.

3 post hanc lineam spatium vacuum habetur; in margine scriptum est: hic debent esse episcopi russi V. 25-26 Hic titulus in margine V.

27 Ludovicus Pontanus autumnus anni 1439 Basileae mortuus est peste correptus.

Eorum igitur POTESTAS, qui ad hoc Armenorum legationis fungebantur officio, huius forme extitit.

Constantinus servus servorum domini nostri Ihesu Christi cum gratia dei sum constitutus patriarcha Nagarsabath scribo litteram hanc magnifice civitati Caffé mitto meam benedictionem omni populo habitanti Caffé: filii mei fideles et quasi glorians scribo vobis scilicet filio meo 5  
vertebet Sarchis, qui sedes in sede persone mee in Caffa et archiepiscopo filio meo primogenito et omnibus sacerdotibus sanctis Stefano, Moysi et omnibus aliis et nobilibus civibus Caffé id est Amirbeth, Tavalcal, Chici, Amirbeth, Olbei, Aromton, Andree et omnibus aliis bur-  
|gensibus cum virtute spiritus sancti scribo litteram hanc, dans vobis benedictionem et 158r  
salutationem: Benedictio sancte crucis et sancti Gregorii sit super vos a sede sanctitatis no- 10  
stre. Deus per suam misericordiam liberet vos ab omnibus temptationibus dyaboli tam in spiritualibus et temporalibus. Deus augeat filios et filias et bona vestra.

Sciatis vos, filii mei carissimi, id est filius meus Sarchis vertebet et vos sacerdotes et burgenses noveritis, quod episcopus Guanesius venit ad nos et portavit litteras vestras de Caffa et etiam vicarii summi pontificis et eciam litteram domini consulis, legimus et letati sumus, 15  
quia scripseratis de unione ecclesie Romane. Postquam audiui, regratiatus fui deo; ex gratia spiritus sancti est, quod istud opus est inchoatum; convenit christianis habere unitatem et concordiam.

Ego cum plenaria nostra potestate dedi auctoritatem Sarchis vertebat, qui est, eat loco persone mee, et Marchos vertebet et Thome vertebet et Ioachim episcopo Pere, ut eant ad 20  
sinodum, et spiritus sanctus illustret eos, et per virtutem spiritus sancti, sicut sanctus Silvester et sanctus Gregorius fuerunt concordet, ita deus concordet vos in pace, in amore et unione, et, sicut Constantinus et T[e]rtath imperator noster inter se habuerunt concordiam et pacta, ita et vos eciam confirmate acta eorum ad unitatem et ad facta istorum imperatorum nos inclinamus modo, eciam quitquid spiritus sanctus illustraverit sanctam sinodum, prompti 25  
sumus ei obedire.

Scripta vicesima quinta mensis iulii, anno domini millesimo quadingentesimo tricesimo octavo.

#### LITTERA REGENTIS CIVITATEM CAFFE AD SUMMUM PONTIFICEM.

Etsi hec gentis Armene reductio permultis ante temporibus temptata esset, sanctissime 30  
ac beatissime pater, verebar attamen tantam rem ac tam arduam aggredi, in qua vires ingenii mei vix sufficere posse arbitrabar, statueramque potius subsistere quam per vias incognitas ambulare, sed tua sanctitate confisus, cuius merita exposcunt, ut sub eius vexillo singulare et perspicuum sydus eluceat gaudeatque sacrosancta mater ecclesia, ut in hoc tuo tem-  
pore unionis et sanctitatis novis fulgoribus illustretur, suscepi vires et animam, adhortatus 35  
meipsum, et rem ipsam amplecti institui maxima cum sollicitudine et opera, in qua dyabolico instinctu ac variis temptationibus precedentibus multiplices stimulos perpessi sumus, ita ut

3 in margine: Potestas oratorum Armenorum ab eorum patriarcha deputatorum V. 4 lege: Vagarsabath. 8 lege Tavacal, Chici, Armirbech, Olbei, Aromtom. 23 Tarthath V. 19 Hic titulus in margine positus est || Cafe V.

1 edidi hanc epistolam patriarchae armeni in collectione nostra Concilium Florentinum, III, 3, 35-36. 3 de hoc documento existit textus latinus actu notarili exaratus Gregorii de Benegassio, mandato Pauli Imperialis consulis Caffensis; textus armenus patriarchae per Thomam O. P. translatus est die 13 novembris 1438, sicut notarius supradictus testatur; hoc documentum edidi sicut supradixi. 29 regens (consul) Caffae (coloniae Ianuensis ad Mare Nigrum), Paulus Imperiali.

cuncta quasi nostro voto adversantia fuerint et de temptata opera plerumque desperavimus. Tamen adoperante illo summo rerum opifice ac tuam sanctitatem propiciis respiciente, sub qua datum est unitatem fidei sigillari, bonum ac perfectum exitum sortiti sumus cum sudore ac maximis vigiliis, hoc tantum opus per cuncta secula e hominum memoria non delendum tue  
5 sanctitati dedicavimus.

Gaudeo, pater beatissime, hanc unitatem temporibus tue sanctitatis suscitatum, que tuorum pre[de]cessorum tempore obdormierat. Quid enim potuit beatius accidere ac deo et toti populo christiano acceptius quam hec singularis reductio Armenorum? Sed advertendum est propter tuam sanctimoniam summis laboribus et incommodis, quibus circumventus fuisti,  
10 esse concessum, ut videant, qui ecclesiam prosequuntur, non enim esse humana ista opera tua, [sed] divina magis atque ex deo manantia. Ego enim, dum summum rerum auctorem ad te oculos sanctitatis direxisse cognovi teque in reservatam beatitudinem et gloriam constituisse, ausus sum tuorum servitorum cupere fieri participem, et tue sanctitatis fiducia confisus, apud eandem non dubito illam tuam romanam senatoriam dignitatem impetrare, quam  
15 in presentiarum humiliter posco et requiro, non tantum pro meritis meis, pro quibus et maioribus summo deo et sanctitati tue, que vices eius in terris gerit, obnoxius sum, sed ut aperte intueantur, qui cultum vere religionis colunt, premia bonos et christicolos fideles manere et tali ac simili spe ceteri provocentur ad sancte romane ecclesie augmentum ac favorem.

Accipe igitur, sanctissime pater, legatos Armenorum, quos ad pedes tue sanctitatis mitti-  
20 timus cum amplo sui patriarche et universalis eorundem nationis mandato ac baillia, ita ut maiorem concedi nullo pacto concedi posse intelligamus, quam registrari fecimus et tue sanctitati transmittere oportunum esse arbitrati sumus. Hos enim conducit vicarius frater Iacobus, qui sicut huius tanti luminis et reductionis fuit principalis coadiutor, oportunum fuit, ut foret et ipse conductor; nam corda ipsorum Armenorum ita in manibus tenet, quod nus-  
25 quam absque ipso accedere possent. Hic enim vir devotus explicabit cetera latius sanctitati tue, que ego, ne inepta oratione sanctissimas aures tuas offenderem, pretermittam. In reliquis episcopatum huius civitatis tangentibus, que sanctitas tua litteris mandavit, executioni tradidi; et si prefatus vicarius tuus et ego in aliquibus subsistere decrevimus, bona causa moti id egimus, expectantes deinceps in ipso negotio, quod tua sanctitas iusserit faciendum. Va-  
30 leat tua sanctitas felix, ad cuius pedes humillime me commendo.

Ex Caffa, die prima decembris anno M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XXX VIII<sup>o</sup>.

Eiusdem sanctitatis ad genua provolutus Paulus Imperialis consul Caffae et tocus maris maioris imperii Gazarie.

ANDREAS. Quibus litteris exhibitis sacre sinodo, reverendissimis cardinalibus Ostiensi,  
35 Sancte Crucis et Sancte Sabine, ac doctoribus pluribus per summum pontificem, sacra approbante sinodo, deputatis, et incessanter quasi diebus singulis in apostolico palatio cum Armenis prefatis convenientibus, institutis sancte Romane ecclesie adeo instructi sunt oratores prefati, quod infrascripti decreti fidem recognoscentes religiosissime suscepere, quod in cathe-  
40 drali ecclesia vicesima secunda novembris publica in sessione sinodica firmatum extitit, cuius decreti per episcopi Paduani organum promulgati forma hec est.

7 precessorum || toto V.

11 atque divina V.

30 huillime V.

14 Paulus Imperiali dignitatem senatoriam Romanam id est titulum comitis palatini et scutiferi pontificii die 16 augusti 1440 accepit; cf. Ep. pontif. III, n. 242, pag. 16.

22 Iacobus de Primadizi Bononiensis O.F.M.; cf. Ep. pontif. I, n. 74, pag. 74.

27 episcopus latinus Caffensis erat Campori

O.P.

34 cardinales Antonius Correr, Nicolaus Albergati, Iulianus Cesarini.

Decretum per Armenos oratores, a Romano pontifice, eorum patriarche nomine et populi susceptum est.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam.

Exultate deo etc.

*textus sequitur sicut in Ep. pontif. II, n. 224, pag. 124-135, sed factus est in breviori redactione et sunt omissae subscriptiones et textus armenus.*



# INDICES

(auctore IOSEPHO GILL S. I.)





I

INDEX CITATIONUM

I CITATIONES S. SCRIPTURAE

EX VETERI TESTAMENTO			
GENESIS			
		pag.	
1, 3 . . . . .	249 <sub>23</sub>		35, 10 . . . . . 213 <sub>13</sub>
6, 6 . . . . .	91 <sub>30</sub>		68, 13 . . . . . 88 <sub>14</sub>
22, 18 . . . . .	58 <sub>9</sub>		78, 10 . . . . . 91 <sub>11</sub>
29, 14 . . . . .	147 <sub>16</sub>		95, 11 . . . . . 260 <sub>6</sub>
			103, 30 . . . . . 217 <sub>25</sub>
			119, 2 . . . . . 191 <sub>12</sub>
			121; 6 . . . . . 93 <sub>5</sub>
			126, 2 . . . . . 94 <sub>3</sub>
EXODUS			LIBER PROVERBIORUM
24, 2 . . . . .	16 <sub>16</sub>		9, 8 . . . . . 77 <sub>37</sub>
32, 1-32 . . . . .	91 <sub>56</sub>		22, 28 . . . . . 18 <sub>9</sub> ; 85 <sub>15</sub> ; 129 <sub>34</sub> ; 191 <sub>26</sub> ; 220 <sub>1</sub>
NUMERI			CANTICUM CANTICORUM
8, 4 . . . . .	14 <sub>13</sub>		6, 8 . . . . . 4 <sub>29</sub> ; 89 <sub>33</sub>
DEUTERONOMIUM			6, 9 . . . . . 95 <sub>21</sub>
19, 15 . . . . .	85 <sub>24</sub>		LIBER SAPIENTIAE
25, 2 . . . . .	230 <sub>6</sub>		3, 7 . . . . . 90 <sub>17</sub>
I REGUM			7, 25 . . . . . 209 <sub>13</sub> ; 216 <sub>29</sub> ; 230 <sub>12</sub>
11, 7 . . . . .	16 <sub>18</sub>		10, 21 . . . . . 88 <sub>19</sub>
2 REGUM			ECCLESIASTICUS
4, 24-5 . . . . .	94 <sub>17</sub>		24, 5 . . . . . 217 <sub>16</sub>
I ESDRAE			24, 31 . . . . . 58 <sub>35</sub>
3, 1 . . . . .	16 <sub>20</sub>		ISAIAS
2 ESDRAE			2, 4 . . . . . 94 <sub>18</sub>
8, 1 . . . . .	16 <sub>19</sub>		7, 14 . . . . . 58 <sub>10</sub>
TOBIAS			11, 4 . . . . . 204 <sub>29</sub>
12, 20 . . . . .	260 <sub>25</sub>		25, 8 . . . . . 230 <sub>13</sub>
IUDITH			32, 6 . . . . . 109 <sub>40</sub>
20, 1 . . . . .	16 <sub>17</sub>		IEREMIAS
PSALMORUM			5, 3, 6 . . . . . 94 <sub>5</sub>
4, 7 . . . . .	56 <sub>30</sub>		EZECHIEL
32, 6 . . . . .	203 <sub>4</sub>		1, 16 . . . . . 57 <sub>36</sub>
			23, 14-5 . . . . . 230 <sub>9</sub>
			II MACHABEORUM
			12, 46 . . . . . 226 <sub>13</sub>

## EX NOVO TESTAMENTO

## MATTHAEUS

3, 17 . . . . .	212 <sub>11</sub>
5, 4, 9 . . . . .	95 <sub>27</sub>
5, 8 . . . . .	57 <sub>31</sub>
5, 17-8 . . . . .	57 <sub>38</sub>
5, 24 . . . . .	91 <sub>1</sub>
5, 37 . . . . .	97 <sub>6</sub> ; 96 <sub>43</sub>
5, 38-9 . . . . .	57 <sub>35</sub>
6, 17 . . . . .	260 <sub>26</sub>
9, 12 . . . . .	90 <sub>4</sub>
10, 7 . . . . .	215 <sub>39</sub>
10, 20 . . . . .	205 <sub>12</sub> ; 205 <sub>15</sub>
11, 27 . . . . .	203 <sub>18</sub> ; 218 <sub>6</sub>
11, 29 . . . . .	11 <sub>24</sub>
12, 32 . . . . .	211 <sub>18</sub> ; 226 <sub>18</sub> ; 228 <sub>21</sub>
13, 1 . . . . .	260 <sub>26</sub>
15, 19 . . . . .	92 <sub>11</sub>
15, 22 . . . . .	249 <sub>29</sub>
15, 24 . . . . .	90 <sub>3</sub>
15, 28 . . . . .	249 <sub>30</sub>
16, 17 . . . . .	17 <sub>12</sub>
16, 18 . . . . .	233 <sub>37</sub> ; 245 <sub>7</sub>
16, 19 . . . . .	3 <sub>4</sub> ; 6 <sub>4</sub> ; 232 <sub>20</sub> ; 235 <sub>32</sub> ; 243 <sub>29</sub> ; 244 <sub>19</sub>
17, 26 . . . . .	3 <sub>38</sub>
18, 15-6 . . . . .	7 <sub>36</sub>
18, 16 . . . . .	85 <sub>24</sub>
18, 17 . . . . .	71 <sub>1</sub>
18, 20 . . . . .	8 <sub>1</sub> ; 16 <sub>1</sub> ; 34 <sub>8</sub> ; 94 <sub>12</sub>
20, 26 . . . . .	19 <sub>6</sub>
23, 12 . . . . .	19 <sub>7</sub>
24, 15-7 . . . . .	92 <sub>11</sub>
24, 21 . . . . .	92 <sub>4</sub>
26, 26 . . . . .	249 <sub>24</sub>
26, 27-8 . . . . .	248 <sub>14</sub>
28, 19 . . . . .	159 <sub>2</sub> ; 164 <sub>39</sub> ; 172 <sub>31</sub> ; 179 <sub>36</sub> ; 180 <sub>33</sub> ; 187 <sub>30</sub> ; 213 <sub>21</sub>

## MARCUS

3, 29 . . . . .	228 <sub>21</sub>
11, 9-10 . . . . .	58 <sub>6</sub>
16, 15 . . . . .	53 <sub>33</sub> ; 159 <sub>2</sub>

## LUCAS

1, 34 . . . . .	205 <sub>21</sub>
1, 35 . . . . .	58 <sub>11</sub> 205 <sub>22</sub> ;
1, 37 . . . . .	128 <sub>34</sub>
3, 23 . . . . .	212 <sub>11</sub>
6, 19 . . . . .	214 <sub>7</sub>
8, 46 . . . . .	205 <sub>20</sub>
10, 16 . . . . .	71 <sub>2</sub>
10, 35 . . . . .	58 <sub>35</sub>
11, 5-8 . . . . .	93 <sub>19</sub>
11, 17 . . . . .	91 <sub>22</sub>
13, 6-9 . . . . .	8 <sub>23</sub>
14, 30 . . . . .	93 <sub>16</sub>
15, 4-5 . . . . .	89 <sub>38</sub>
21, 33 . . . . .	2 <sub>32</sub>
22, 31-2 . . . . .	234 <sub>32</sub>
22, 32 . . . . .	3 <sub>2</sub> ; 14 <sub>7</sub> ; 23 <sub>14</sub> ; 235 <sub>2</sub>

## IOHANNES

1, 1 . . . . .	70 <sub>13</sub>
1, 11 . . . . .	2 <sub>34</sub>
1, 14 . . . . .	17 <sub>13</sub>
1, 16 . . . . .	216 <sub>1</sub>
3, 16 . . . . .	166 <sub>24</sub>
5, 43 . . . . .	212 <sub>19</sub>
7, 16 . . . . .	205 <sub>25</sub> ; 218 <sub>28</sub>
8, 42 . . . . .	136 <sub>34</sub> ; 212 <sub>27</sub>
8, 46 . . . . .	15 <sub>12</sub>
10, 16 . . . . .	14 <sub>14</sub> ; 25 <sub>32</sub> ; 90 <sub>29</sub>
10, 23 . . . . .	205 <sub>34</sub>
10, 27-30 . . . . .	210 <sub>28</sub>
10, 30 . . . . .	70 <sub>13</sub> ; 54 <sub>3</sub>
13, 35 . . . . .	89 <sub>23</sub>
14, 2 . . . . .	255 <sub>5</sub>
14, 6 . . . . .	216 <sub>30 35</sub> ; 217 <sub>4</sub>
14, 17 . . . . .	214 <sub>24</sub> ; 215 <sub>3</sub>
14, 26 . . . . .	166 <sub>28</sub> ; 197 <sub>40</sub> ; 206 <sub>10</sub> ; 212 <sub>19</sub> ; 218 <sub>23</sub>
14, 27 . . . . .	40 <sub>19</sub>
15, 15 . . . . .	167 <sub>6</sub>
15, 26 . . . . .	191 <sub>5</sub> ; 197 <sub>41</sub> ; 204 <sub>27</sub> ; 205 <sub>3</sub> ; 205 <sub>37</sub> ; 210 <sub>2 8</sub> ; 216 <sub>31</sub> ; 218 <sub>23</sub>
16, 3 . . . . .	210 <sub>39</sub>
16, 7 . . . . .	166 <sub>25</sub> ; 206 <sub>35</sub>
16, 13 . . . . .	35 <sub>19</sub> ; 135 <sub>28</sub> ; 203 <sub>8</sub>
16, 13-4 . . . . .	211 <sub>33</sub>
16, 13-5 . . . . .	201 <sub>35</sub>
16, 14 . . . . .	138 <sub>13</sub> ; 143 <sub>18</sub> ; 165 <sub>3</sub> ; 166 <sub>26</sub> ; 167 <sub>9</sub> ; 198 <sub>27 33</sub> ; 203 <sub>16</sub> ; 205 <sub>9</sub> ; 210 <sub>2 9</sub> ; 212 <sub>19</sub>
16, 15 . . . . .	54 <sub>27</sub> ; 55 <sub>3 22</sub> ; 187 <sub>29 32</sub> ; 193 <sub>17</sub> ; 196 <sub>3</sub> ; 198 <sub>32 38</sub> ; 203 <sub>8 14</sub> ; 211 <sub>19</sub> ; 212 <sub>7</sub>
16, 25 . . . . .	207 <sub>5</sub>
16, 28 . . . . .	136 <sub>34</sub> ; 137 <sub>10</sub>
17, 3 . . . . .	218 <sub>15</sub>
17, 4 . . . . .	166 <sub>26</sub>
17, 7 . . . . .	3 <sub>40</sub>
17, 9 . . . . .	3 <sub>40</sub>
17, 11 . . . . .	35 <sub>37</sub>
17, 22 . . . . .	89 <sub>27</sub>
17, 24 . . . . .	3 <sub>40</sub>
20, 22-3 . . . . .	203 <sub>30</sub> ; 211 <sub>25 34</sub>
20, 23 . . . . .	4 <sub>4</sub> ; 204 <sub>32</sub> ; 205 <sub>5</sub>
20, 32 . . . . .	206 <sub>13</sub>
21, 16 . . . . .	23 <sub>7</sub> ; 72 <sub>1</sub>
21, 18 . . . . .	72 <sub>1</sub>
21, 17 . . . . .	2 <sub>36</sub> ; 4 <sub>2</sub> ; 234 <sub>12</sub> ; 235 <sub>33</sub> ; 243 <sub>14 17 29</sub> ; 244 <sub>7</sub>

## ACTUS APOSTOLORUM

1, 14 . . . . .	16 <sub>21</sub>
1, 26 . . . . .	8 <sub>10</sub>
4, 24 . . . . .	16 <sub>23</sub>
4, 32 . . . . .	4 <sub>32</sub> 16 <sub>26</sub> ; 89 <sub>30</sub>
5, 11 . . . . .	16 <sub>25</sub>
5, 12 . . . . .	16 <sub>25</sub>
5, 32 . . . . .	197 <sub>24</sub>
8, 14 . . . . .	8 <sub>7</sub>
8, 17 . . . . .	197 <sub>26</sub>
9, 15 . . . . .	185 <sub>27</sub>
10, 47 . . . . .	15 <sub>12</sub>
11, 4 . . . . .	8 <sub>9</sub>
13, 2 . . . . .	216 <sub>11</sub>

16, 7 . . . . .	196 <sub>17</sub>	AD PHILIPPENSES	
21, 28 . . . . .	90 <sub>7</sub>	1, 6 . . . . .	88 <sub>40</sub> ; 93 <sub>12</sub>
AD ROMANOS		1, 9 . . . . .	88 <sub>36</sub> ; 89 <sub>17</sub>
1, 10 . . . . .	23 <sub>14</sub>	2, 2 . . . . .	94 <sub>9</sub>
1, 14 . . . . .	90 <sub>23</sub>	2, 14 . . . . .	89 <sub>25</sub>
5, 5 . . . . .	93 <sub>13</sub> ; 177 <sub>30</sub>	2, 21 . . . . .	95 <sub>12</sub>
8, 2 . . . . .	217 <sub>3</sub>	4, 7 . . . . .	3 <sub>10</sub>
8, 9 . . . . .	186 <sub>38</sub> ; 189 <sub>24</sub> ; 196 <sub>16</sub>	AD COLOSSENSES	
8, 26 . . . . .	94 <sub>12</sub>	1, 9 . . . . .	33 <sub>4</sub>
8, 29 . . . . .	209 <sub>9</sub>	1, 24 . . . . .	89 <sub>37</sub>
10, 10 . . . . .	125 <sub>23</sub>	3, 14 . . . . .	260 <sub>8</sub>
12, 16 . . . . .	35 <sub>4</sub>	I AD THESSALONICENSES	
13, 4 . . . . .	91 <sub>34</sub>	3, 9 . . . . .	260 <sub>20</sub>
I AD CORINTHIOS		5, 8 . . . . .	36 <sub>40</sub>
1, 10 . . . . .	72 <sub>14</sub> ; 135 <sub>32</sub>	II AD THESSALONICENSES	
2, 11 . . . . .	218 <sub>10</sub>	1, 11 . . . . .	33 <sub>4</sub>
2, 12 . . . . .	185 <sub>29</sub> ; 191 <sub>6</sub> ; 219 <sub>18</sub>	2, 3 . . . . .	91 <sub>39</sub>
3, 4 . . . . .	90 <sub>9</sub>	2, 8 . . . . .	204 <sub>30</sub>
3, 11-2 . . . . .	227 <sub>5</sub>	II AD TIMOTHEUM	
3, 15 . . . . .	227 <sub>11</sub> ; 228 <sub>15</sub> ; 229 <sub>35</sub>	2, 24-5 . . . . .	56 <sub>31</sub>
3, 13-5 . . . . .	226 <sub>22</sub>	4, 1 . . . . .	213 <sub>7</sub>
3, 19 . . . . .	3 <sub>13</sub>	4, 2 . . . . .	90 <sub>6</sub> ; 93 <sub>23</sub>
10, 17 . . . . .	250 <sub>5</sub>	AD HEBRAEOS	
11, 25 . . . . .	249 <sub>5</sub>	1, 2 . . . . .	209 <sub>25</sub>
13, 1 . . . . .	89 <sub>14</sub>	1, 3 . . . . .	195 <sub>28</sub>
13, 1-3 . . . . .	89 <sub>3</sub>	9, 14 . . . . .	199 <sub>27</sub>
II AD CORINTHIOS		11, 33 . . . . .	93 <sub>32</sub>
1, 22 . . . . .	198 <sub>13</sub>	13, 17 . . . . .	244 <sub>9</sub>
6, 4 . . . . .	92 <sub>43</sub>	IACOBUS	
6, 8 . . . . .	90 <sub>6</sub>	1, 17 . . . . .	31 <sub>18</sub> ; 215 <sub>38</sub>
10, 5 . . . . .	36 <sub>41</sub>	I PETRI	
11, 28 . . . . .	93 <sub>4</sub>	3, 5 . . . . .	226 <sub>8</sub>
12, 15 . . . . .	91 <sub>2</sub>	3, 13 . . . . .	93 <sub>17</sub>
AD GALATAS		3, 15 . . . . .	78 <sub>14</sub>
1, 8 . . . . .	5 <sub>4</sub> ; 48 <sub>38</sub>	I IOHANNIS	
1, 8-9 . . . . .	64 <sub>15</sub>	3, 14-5 . . . . .	91 <sub>19</sub>
2, 20 . . . . .	249 <sub>38</sub>	APOCALYPSIS	
4, 6 . . . . .	175 <sub>34</sub> ; 197 <sub>16</sub> ; 205 <sub>13</sub> 16; 206 <sub>10</sub> ; 212 <sub>12</sub>	1, 16 . . . . .	204 <sub>32</sub>
5, 15 . . . . .	91 <sub>23</sub>	11, 17 . . . . .	260 <sub>20</sub>
AD EPHESIOS		21, 10 . . . . .	14 <sub>10</sub>
2, 14 . . . . .	260 <sub>7</sub>	22, 18 . . . . .	58 <sub>32</sub>
2, 17 . . . . .	93 <sub>5</sub>	22, 18-9 . . . . .	61 <sub>38</sub>
2, 20 . . . . .	260 <sub>7</sub>	22, 18-19 . . . . .	111 <sub>27</sub>
3, 4 . . . . .	260 <sub>8</sub>		
4, 4-5 . . . . .	93 <sub>36</sub>		
4, 5 . . . . .	100 <sub>12</sub> 135 <sub>32</sub> ; 192 <sub>9</sub>		
4, 26 . . . . .	90 <sub>40</sub>		
6, 14 . . . . .	36 <sub>40</sub>		

## 2. EX CONCILIIS

## NICAENUM I (oecum. I)

Symbolum . . . . . 44<sub>1</sub>  
 Canon VI . . . . . 126<sub>8</sub>

## CONSTANTINOPOLITANUM I (oecum. II)

Symbolum . . . . . 54<sub>6</sub>

## EPHESINUM (oecum. III)

Coelestini epist. ad Nestorium . . . 61<sub>33</sub>; 62<sub>22</sub>;  
 85<sub>20 22</sub>; 114<sub>6</sub>; 117<sub>36</sub>  
 Actio I . . . . . 61<sub>6 9 15 19</sub>; 131<sub>20</sub> . . . .  
 Actio III . . . . . 97<sub>21</sub>  
 Actio VI . . . . . 44<sub>4</sub>; 73<sub>3 7 20 29</sub>; 80<sub>7 9</sub>; .  
 81<sub>22</sub>; 82<sub>11</sub>; 131<sub>31</sub>; 190<sub>31</sub>  
 Pars III, n. 36 . . . . . 64<sub>4</sub>  
 Epistola Synodalis ad Imperatores 61<sub>28</sub>; 97<sub>15</sub>

## CHALCEDONENSE (oecum. IV)

Actio I . . . . . 123<sub>2</sub>; 232<sub>33</sub>  
 Actio II . . . . . 76<sub>13</sub>  
 Actio IV . . . . . 122<sub>24 271</sub>;  
 Actio V . . . 106<sub>7</sub>; 107<sub>1 2</sub>; 114<sub>8</sub>; 116<sub>26</sub>; 122<sub>13</sub>  
 233<sub>11</sub>  
 Allocutio Synodalis ad Marcianum Imperato-  
 rem . . . 97<sub>28 31 32 33</sub>; 98<sub>2</sub>; 122<sub>8</sub>; 136<sub>22 23</sub>; 171<sub>3</sub>;  
 150<sub>38</sub>; 200<sub>24</sub>; 215<sub>7</sub>; 243<sub>21</sub>  
 Epistola Synodalis . . . 11<sub>39</sub>; 232<sub>36</sub>; 233<sub>1</sub>;  
 235<sub>7</sub>; 244<sub>39</sub>  
 Edictum Marciani Imperat. . . . . 221<sub>30</sub>  
 Canon 28 . . . . . 126<sub>15</sub>

## CONSTANTINOPOLITANUM II (oecum. V)

Actio I . . . . . 226<sub>40</sub>  
 Epist. Vigillii papae ad Eutychium. . . . 123<sub>16</sub>  
 Actio XVIII. . . . . 249<sub>19</sub>

## CONSTANTINOPOLITANUM III (oecum. VI)

Epistola I Agathonis . . . . . 33<sub>3</sub>; 136<sub>18</sub>  
 Epistola I Agathonis . . . 33<sub>3</sub>; 136<sub>18</sub>; 233<sub>20</sub>;  
 234<sub>23</sub>; 242<sub>8</sub>; 243<sub>31</sub>  
 Epistola II Agathonis . . . 51<sub>8</sub>; 74<sub>12</sub>; 79<sub>28</sub>; 97<sub>7</sub>;  
 103<sub>15</sub>; 104<sub>13</sub>  
 Actio XI . . . . . 79<sub>29</sub>  
 Actio XVIII. . . . . 116<sub>24</sub>

## NICAENUM II (oecum. VII)

Actio II. . . . . 232<sub>6 31</sub>; 233<sub>32</sub>; 234<sub>17</sub>  
 Actio III . . . . . 103<sub>26</sub>; 114<sub>35</sub>  
 Actio VII . . . . . 85<sub>25</sub>; 119<sub>33</sub>; 121<sub>37</sub>; 126<sub>39</sub>  
 Epistola Hadriani papae . . . . . 99<sub>10</sub>  
 Professio fidei Tarasii . . . . . 103<sub>24</sub>

## LATERANENSE III (oecum. XI)

Actio IV . . . . . 72<sub>5</sub>  
 LATERANENSE IV (oecum. XII) . . . . 255<sub>32</sub>; 262<sub>8</sub>

LUGDUNENSE II (oecum. XIV) . . . . 224<sub>25</sub>; 254<sub>31</sub>

Confessio fidei Michaelis imperatoris . . . 230<sub>19</sub>;  
 231<sub>2 4</sub>; 261<sub>27</sub>; 262<sub>1 9 28-38</sub>  
 Canon I . . . . . 261<sub>14</sub>

AFRICANUM (an. 444) . . . . . 10<sub>1</sub>ANTIOCHENUM (an. 341) . . . . . 113<sub>35</sub>ARIMINENSE (an. 359) . . . . . 15<sub>30</sub>; 22<sub>16</sub>Epistola ad Constantinum. . . . . 128<sub>13</sub>LATERANENSE (an. 649). . . . . 242<sub>1</sub>TOLETANA . . . . . 126<sub>35</sub>TOLETANUM I (an. 400). . . . . 208<sub>52</sub>TOLETANUM III (an. 589) . . . . . 208<sub>9 1</sub>TOLETANUM IV (an. 633) . . . . . 208<sub>11</sub>TOLETANUM VI (an. 638) . . . . . 208<sub>16 13</sub>TOLETANUM XI (an. 675) . . . . . 208<sub>19</sub>TOLETANUM XIII (an. 683) . . . . . 208<sub>28</sub>

## 3. EX SS. PATRIBUS ET ECCLESIAE DOCTORIBUS

## AMBROSIUS

Commentaria in Epist. ad Corinthios primam,  
 c. 3, 15 . . . . . 228<sub>15</sub>  
 Epist. 42, c. 5 . . . . . 128<sub>32</sub>  
 De Sacramentis, lib. IV, c. 4 . . . . . 248<sub>13 15</sub>  
 De Spiritu Sancto, lib. I, c. 2 . . . . . 202<sub>36</sub>  
 „ „ „ lib. I, c. 4 . . . . . 204<sub>7</sub>  
 „ „ „ lib. II, c. 12 . . . . . 203<sub>11</sub>  
 „ „ „ lib. II, c. 15 . . . . . 203<sub>23</sub>  
 Super Lucam, lib. IV, c. 5 . . . . . 9<sub>36</sub>

## ATHANASIUS

De Incarnatione Verbi . . . . . 213<sub>12</sub>  
 Epist. I ad Serapionem, c. 14 . . . . . 213<sub>7</sub>

„ „ „ c. 20-1 . . . . . 165<sub>5</sub>; 166<sub>23</sub>

„ „ „ c. 21 . . . . . 173<sub>2 24</sub>

„ „ „ 212<sub>26 39</sub>

Epist. IV ad Serapionem, c. 2 . . . . . 211<sub>25</sub>

Epist. Marco papae . . . . . 112<sub>37</sub>

Oratio I contra Arianos, c. 50 . . . . . 211<sub>10</sub>

Oratio III contra Arianos . . . . . 145<sub>27</sub>; 211<sub>6</sub>

## AUGUSTINUS

Contra Faustum, lib. XVII, c. 6 . . . . . 57<sub>29</sub>

Contra Maximum, lib. II, c. 14 . . . . . 204<sub>37</sub>; 205<sub>6</sub>

De Baptismo, lib. IV, 17 . . . . . 89<sub>34</sub>

De catechizandis rudibus, c. 4 . . . . . 57<sub>33</sub>

De Civitate Dei, lib. I, c. 2 . . . . . 135<sub>22</sub>

- De Civitate Dei lib. II, c. 3 . . . . . 136<sub>7</sub>  
 „ „ „ lib. X, c. 4 . . . . . 42<sub>22</sub>  
 „ „ „ lib. XII, c. 27 . . . . . 14<sub>25</sub>  
 „ „ „ lib. XXI, c. 13 . . . . . 227<sub>13 18</sub>  
 De cura pro mortuis gerenda ad Paulinum,  
 c. I . . . . . 227<sub>20 24</sub>  
 De fide et symbolo, c. 25 . . . . . 128<sub>35</sub>  
 De sermone Domini in monte, lib. I, c. 19 . . . . . 57<sub>34</sub>  
 De Trinitate, lib. I, c. 3 . . . . . 218<sub>28</sub>  
 „ „ „ lib. II, c. 3 . . . . . 211<sub>1</sub>  
 „ „ „ lib. IV, c. 20 . . . . . 199<sub>3</sub> 205<sub>30</sub>  
 „ „ „ lib. V, c. 14 . . . . . 206<sub>2</sub>  
 „ „ „ lib. XV, c. 25 . . . . . 206<sub>7 10</sub>  
 „ „ „ lib. XV, c. 47 . . . . . 193<sub>12</sub>  
 Epistola 185, c. 50 . . . . . 250<sub>5</sub>  
 Enarratio in Psalmum L, c. 17 . . . . . 58<sub>5</sub>; 71<sub>11</sub>  
 In Iohannem, tractatus XXVI, c. 15 . . . . . 250<sub>5</sub>  
 „ „ „ LXXXIII, c. 3 . . . . . 89<sub>6</sub>  
 „ „ „ LXXXIX c. 16 . . . . . 205<sub>9</sub>  
 Sermo LXXXIV, De verbis evangelii Lu-  
 cae . . . . . 248<sub>18</sub>  
 Sermo CLXXII, c. 1 . . . . . 228<sub>6</sub>  
 Sermo CCXXVII . . . . . 248<sub>22</sub>; 250<sub>5</sub>
- BASILIUS**  
 Contra Eunomium, lib. III . . . . . 140<sub>19 20 27 32</sub> ;  
 141<sub>36</sub>; 150<sub>29</sub>; 154<sub>37</sub>; 162<sub>24</sub>; 164<sub>24 28</sub>; 165<sub>31</sub>;  
 168<sub>15</sub>; 171<sub>27 30 33</sub>; 172<sub>4 15</sub>; 181<sub>1 3 18 24</sub>  
 27<sub>32 35</sub>; 182<sub>38</sub>; 199<sub>22</sub>  
 Epist. 38, ad fratrem . . . . . 54<sub>24</sub>; 159<sub>12 19</sub>; 161<sub>28</sub>  
 Epist. 42 . . . . . 142<sub>24</sub>  
 Homilia contra Sabellianos . . . . . 189<sub>17 24</sub>; 220<sub>10</sub>  
 Homilia de Spiritu Sancto . . . . . 169<sub>25</sub>; 174<sub>38</sub>  
 Liber de Spiritu Sancto ad Amphilo-  
 chium . . . . . 189<sub>12</sub>; 220<sub>6</sub>  
 Oratio 3, in Sanctum Baptisma . . . . . 177<sub>33</sub>
- BERNARDUS**  
 Epistola CCXXII . . . . . 91<sub>35</sub>
- BONAVENTURA**  
 Prologus libri I Sententiarum, dub. 2 . . . . . 58<sub>18</sub>  
 Lib. I Sententiarum, art. 1, Q. 1 . . . . . 60<sub>11 28</sub>
- CYRILLUS ALEXANDRINUS**  
 Ad Hermiam lib. II . . . . . 215<sub>14</sub>  
 „ „ „ lib. III . . . . . 215<sub>36</sub>  
 De Sanctissima Trinitate, dialogus III . . . . . 216<sub>1 3</sub>  
 Epistula ad Euo-  
 ptium . . . . . 191<sub>2 9</sub>  
 Epist. 4, ad Nestorium . . . . . 61<sub>2</sub>  
 Epist. 17, ad Nestorium . . . . . 117<sub>31</sub>; 166<sub>14</sub>; 177<sub>21</sub>;  
 188<sub>3</sub>; 213<sub>39</sub>; 214<sub>10 37</sub>; 220<sub>29</sub>  
 Epist. 39, ad Iohannem Antiochenum . . . . . 45<sub>5</sub>;  
 83<sub>11 29</sub>; 85<sub>13 15 37</sub>; 109<sub>18</sub>; 116<sub>27</sub>; 117<sub>4 6 12</sub>;  
 121<sub>38</sub>; 155<sub>33</sub>; 191<sub>24</sub>; 192<sub>8</sub>; 214<sub>20 26</sub>; 219<sub>40</sub>  
 Epist. 40, ad Acacium Melitenae . . . . . 48<sub>10</sub>;  
 63<sub>10 28</sub>; 83<sub>12 33</sub>; 109<sub>36 39</sub>; 110<sub>8 18</sub>; 119<sub>2</sub>;  
 155<sub>39</sub>; 221<sub>13</sub>  
 Epist. 55, In Sanctum Symbolum . . . . . 84<sub>7 12</sub>;  
 115<sub>33</sub>; 214<sub>33</sub>; 215<sub>2</sub>  
 Epist. ad monachos . . . . . 119<sub>24</sub>  
 Explicatio XII capitum, anathematismus IX . . . . . 220<sub>39</sub>; 221<sub>5</sub>
- In Lucam . . . . . 192<sub>12</sub>  
 Thesaurus, assertio 33 . . . . . 216<sub>21</sub>  
 „ „ „ assertio 34 . . . . . 138<sub>25</sub>; 216<sub>11 34</sub>;  
 217<sub>2 9 10 12 24</sub>
- EPIPHANIUS**  
 Adversus haereses, lib. III, haeresis 31 . . . . . 55<sub>23</sub>  
 „ „ „ „ „ 74 . . . . . 210<sub>1</sub>  
 „ „ „ „ „ 74 . . . . . 229<sub>21 29</sub>  
 Ancoratus c. 7 . . . . . 137<sub>37</sub>; 141<sub>24</sub>  
 „ „ „ c. 8 . . . . . 139<sub>17</sub>  
 „ „ „ c. 71 . . . . . 173<sub>11</sub>  
 „ „ „ c. 72 . . . . . 143<sub>18</sub>  
 „ „ „ c. 73 . . . . . 139<sub>1</sub>; 209<sub>34</sub>
- GREGORIUS MAGNUS**  
 Dialogi lib. II, c. 38 . . . . . 206<sub>34</sub>  
 „ „ „ lib. IV, c. 39 . . . . . 228<sub>19</sub>  
 Homilia II, c. 4 . . . . . 12<sub>31</sub>  
 Homiliae in Ezechielem, lib. I, Homilia VI,  
 c. 12 . . . . . 57<sub>36</sub>  
 Moralium, lib. I, c. 22 . . . . . 206<sub>37</sub>  
 „ „ „ lib. II, c. 56 . . . . . 207<sub>3</sub>  
 „ „ „ lib. XXV, c. 9 . . . . . 90<sub>11</sub>  
 „ „ „ lib. XXX, c. 4 . . . . . 207<sub>5</sub>  
 Epistolarum lib. IV, 108 . . . . . 89<sub>8</sub>  
 „ „ „ lib. V, 13 . . . . . 196<sub>11</sub>
- GREGORIUS NAZIANZENSUS**  
 Epistula ad Cledonium . . . . . 49<sub>1</sub>; 65<sub>7</sub>  
 Oratio XXIX, c. 2 . . . . . 185<sub>17</sub>  
 Oratio XXXI, c. 8 . . . . . 112<sub>5</sub>  
 Oratio XXXIV . . . . . 190<sub>22</sub>  
 Oratio XXXIX, In sancta lumina, c. 12 . . . . . 142<sub>11</sub>  
 Oratio XLI, In Pentecosten, c. 13 . . . . . 167<sub>1</sub>; 185<sub>3</sub>
- GREGORIUS NYSSENUS**  
 De anima et resurrectione . . . . . 229<sub>1 3</sub>  
 De mortuis . . . . . 229<sub>8</sub>  
 S. Gregorii expositio Fidei . . . . . 185<sub>34</sub>
- HIERONYMUS**  
 Adversus Iovinianum, lib. I, c. 26 . . . . . 19<sub>9</sub>  
 Dialogus adversus Luciferianos, c. 28 . . . . . 99<sub>40</sub>  
 Epistula ad Celantiam, c. 12 . . . . . 56<sub>19</sub>  
 Epistula LXXXIV . . . . . 210<sub>18</sub>  
 Epistula CXLI, ad Augustinum . . . . . 204<sub>14</sub>  
 In Michaeam VI, 11 . . . . . 9<sub>2</sub>  
 In Oseam XII, 7 . . . . . 9<sub>2</sub>  
 Praefatio in librum Job . . . . . 87<sub>39</sub>  
 Praefatio in Pentateuchum . . . . . 39<sub>18</sub>
- HILARIUS**  
 Ad Constantium, lib. II, c. 9 . . . . . 116<sub>1</sub>  
 De Trinitate, lib. II, c. 3 . . . . . 105<sub>42</sub>  
 „ „ „ lib. III, c. 29 . . . . . 202<sub>5</sub>  
 „ „ „ lib. VIII, c. 20 . . . . . 201<sub>33</sub>  
 „ „ „ lib. XII, c. 57 . . . . . 202<sub>8</sub>
- IOHANNES CHRYSOSTOMUS**  
 De prodicione Iudae, Homilia I, c. 6 . . . . . 248<sub>11</sub>; 285<sub>21</sub>  
 „ „ „ Homilia II, c. 6 . . . . . 258<sub>21</sub>

- In Iohannem, Homilia 78, c.16 . . . . . 138<sub>19</sub>  
 \* \* Homilia 88, c. 1 233<sub>17 21</sub>; 243<sub>15</sub>
- IOHANNES DAMASCENUS**  
 De Fide orthodoxa, lib. I, c. 8 . . . . . 137<sub>13</sub>  
 De iis qui in fide dormierunt . . . . . 229<sub>31</sub>
- ISIDORUS**  
 Etymologiae, lib. VII, c. 3 . . . . . 207<sub>17</sub>
- LEO I**  
 Concilio Chalcedonensi, c. 1 . . . . . 245<sub>35</sub>  
 Epist. 14, ad Anastasium episcopum 12<sub>2 9 24</sub>;  
 247<sub>9</sub>  
 \* 31, ad Pulcheriam imperatricem 118<sub>18</sub>;  
 128<sub>27</sub>; 244<sub>28</sub>  
 \* Turribio episcopo . . . . . 215<sub>8</sub>
- Sermo III, c. 2 . . . . . 235<sub>18 24</sub>  
 c. 3 . . . . . 235<sub>34</sub>  
 Sermo LXXIII . . . . . 243<sub>25</sub>
- THOMAS AQUINAS**  
 In IV Sent., Dist. XXIV, art. 2, Q. 3 . . . 14<sub>5</sub>  
 \* \* Dist. XXIV, art. 2, Q. 2  
 quaestiuncula 3 . . . . . 14<sub>16</sub>  
 \* \* Dist. XLV, Q. 2, art. 1  
 quaestiuncula 2 . . . . . 229<sub>33</sub>  
 In Isaiam prophetam . . . . . 229<sub>52</sub>  
 Quaest. disputatae, De Potentia, Quaest. X,  
 art. 4 . . . . . 200<sub>17</sub>  
 Summa contra gentes, lib. IV, c. 76 . . . 14<sub>8</sub>  
 Summa theol. I, Q. 32, art. 3 . . . 218<sub>5</sub>; 219<sub>8</sub>  
 \* \* II, 2 Q. 1, art. 10 . . . . . 59<sub>27</sub>  
 \* \* III, Q. 78, art. 1, ad 4 . . . 248<sub>36</sub>
- #### 4. EX ALIIS SCRIPTORIBUS
- ANASTASIUS II papa** . . . . . 10<sub>28</sub>
- ARISTOTELES**  
 Analytica posteriora I, c. 1, n. 2 . . . . . 68<sub>29</sub>  
 \* \* I, c. 23 . . . . . 101<sub>10</sub>  
 \* \* I, c. 28 . . . . . 53<sub>17</sub>  
 De caelo I, c. 5, n. 12-13 . . . . . 160<sub>39</sub>  
 Ethica Nicomachea, lib. I, c. 3 . . . . . 68<sub>40</sub>  
 \* \* lib. I, c. 8, n. 1 . . . . . 65<sub>34</sub>  
 Metaphysica . . . . . 54<sub>17</sub>; 151<sub>26</sub>; 163<sub>30</sub>  
 Politica, lib. I, c. 1, n. 10 . . . . . 91<sub>17</sub>  
 \* lib. I, c. 5, n. 1 . . . . . 24<sub>17</sub>
- BENEDICTUS XII**  
 Bulla . . . . . 261<sub>35</sub>
- BOETIUS**  
 De Trinitate, c. 1 . . . . . 207<sub>12 22</sub>
- CAESARIUS ARELATENSIS**  
 Homilia V, De Paschate . . . . . 248<sub>16</sub>
- CYPRIANUS**  
 De Catholicae Ecclesiae unitate, c. 7 . . . 23<sub>25</sub>  
 Epist. LXII . . . . . 89<sub>34</sub>
- DAMASUS papa**  
 Epistola Synodalis . . . . . 128<sub>15</sub>
- DIDYMUS**  
 De Spiritu Sancto, c. 36 . . . . . 210<sub>21 23</sub>
- GELASIUS papa**  
 Epist. Episcopis Dardaniae . . . . . 129<sub>27</sub>
- GELASIUS Cyc.**  
 Acta Concilii Nicaeni, lib. II, c. 20 . . . 186<sub>36</sub>;  
 188<sub>40</sub>
- GLOSSA ORDINARIA SUPER MATTHAEUM, c. 5** . . . 57<sub>37</sub>
- HORATIUS**  
 Ars poetica, 25-6 . . . . . 56<sub>36</sub>
- HORMISDAS**  
 Epist. ad Iustinum . . . . . 126<sub>31</sub>  
 Epist. 79 . . . . . 206<sub>26</sub>
- HUGO AETHERIANUS**  
 De haeresibus, lib. II, c. 18 . . . . . 168<sub>39</sub>
- IOHANNES XXII, papa** . . . . . 21<sub>5</sub>
- IOHANNES ANTIOCHENUS**  
 Epist. ad Cyrillum Alex. . . . . 110<sub>30</sub>
- IOHANNES DIACONUS**  
 Vita S. Gregorii Magni, lig. II, c. 2 . . . 206<sub>33</sub>
- LACTANTIUS**  
 Divinae Institutiones, lib. VII, c. 25 . . . 21<sub>19</sub>
- LIBERIUS, papa**  
 Epist. Athanasio . . . . . 112<sub>41</sub>
- LUCANUS**  
 4, 356. . . . . 90<sub>31</sub>
- MARTINUS OPPAVIENSIS**  
 Chronicon . . . . . 45<sub>20</sub>
- NESTORIUS**  
 Epist. Cyrillo . . . . . 61<sub>12</sub>
- OVIDIUS**  
 De remedio amoris, 91, 2 . . . . . 90<sub>20</sub>
- PASCHASIUS RADBERTUS**  
 De corpore et Sanguine Domini, c. 12 . . . 248<sub>29</sub>

- Ps. AMBROSIIUS  
De dignitate sacerdotali, c. 42 . . . . . 4<sub>1</sub>  
Homilia de resurrectione . . . . . 12<sub>35</sub>
- Ps. ANACLETUS . . . 233<sub>35</sub>; 235<sub>15</sub>; 246<sub>13</sub>; 247<sub>13</sub> . . .
- Ps. ATHANASIUS  
Contra Sabellianos, c. 2 . . . . . 186<sub>26</sub>  
De communi essentia Patris et Filii et  
Spiritus Sancti . . . . . 166<sub>17</sub>; 167<sub>24</sub>  
Disputatio contra Arium, c. 38 . . . . . 164<sub>37</sub>;  
172<sub>29</sub> 39
- Ps. AUGUSTINUS  
De vera et falsa poenitentia ad Christi de-  
votam, c. 17-18 . . . . . 227<sub>30</sub> 33  
— (Fulgentius) De fide ad Petrum, c. 1 . . . . . 204<sub>18</sub>  
De verbis apostoli, I Cor. 3, 11-15 . . . . . 227<sub>6</sub>  
Quaest. Veteris et Novi Testam., c. 75 . . . . . 4<sub>38</sub>  
» » » » c. 76 . . . . . 3<sub>37</sub>
- Ps. BASILIUS  
Contra Eunomium, lib. V . . . 140<sub>13</sub> 31; 144<sub>31</sub>;  
145<sub>8</sub>; 195<sub>25</sub>; 209<sub>8-24</sub>; 212<sub>5</sub> 11
- Ps. CLEMENS  
Epist. I ad Iakobum . . . . . 129<sub>11</sub>; 172<sub>35</sub>
- Ps. DAMASUS  
Professio Fidei . . . . . 201<sub>24</sub>
- Ps. DIONYSIUS AREOPAGITA  
De Divinis Nominibus, c. 1, 4 . . . 136<sub>31</sub>; 138<sub>24</sub>  
» » » c. II, 5 . . . . . 186<sub>11</sub>; 190<sub>24</sub>  
» » » c. VII, 4 . . . . . 56<sub>21</sub>  
De Ecclesiastica Hierarchia, c. VII . . . 229<sub>15</sub>;  
239<sub>1</sub>; 249<sub>5</sub> 34
- Ps. GREGORIUS . . . . . 236<sub>29</sub>
- Ps. HIERONYMUS  
Epist. ad Damasum . . . . . 202<sub>15</sub>  
Professio Fidei ad Damasum, Papam . . . 72<sub>7</sub>
- Ps. IULIUS  
Epist. ad Episcopos orientales . . . 6<sub>19</sub>; 126<sub>9</sub> 12;  
131<sub>34</sub>; 234<sub>2</sub>; 241<sub>3</sub>(; 245<sub>2</sub>
- Ps. LIBERIUS, papa  
Epist. Ad Athanasium . . . . . 127<sub>25</sub>
- SALLUSTIUS  
Bellum Catilinarium, c. 51 . . . . . 24<sub>1</sub>  
Bellum Iugurthinum, c. 10 . . . . . 89<sub>13</sub>
- SENECA  
Ad Lucilium, lib. V, Epist. 8, 6 . . . . . 93<sub>18</sub>  
» » lib. XV, Epist. 3, 30-31 . . . . . 90<sub>34</sub>
- SYMMACHUS, papa . . . . . 10<sub>3</sub>; 11<sub>5</sub> 9 15 18 22 25
- TERENTIUS  
Heautontimoroumenos 3, 1, 74 . . . . . 59<sub>38</sub>
- THEODORETUS CYRENSIS  
Epist. 172, ad Iohannem Antiochenum . . . 191<sub>34</sub>  
Historia Ecclesiastica, lib. II, c. 23 . . . . . 128<sub>13</sub>  
» » lib. V, c. 17 . . . . . 202<sub>35</sub>
- VALENTINUS ET MARCIANUS imperatores Leoni I  
papae . . . . . 245<sub>29</sub>
- VIGILIUS, papa  
Epist. ad Eutychem . . . . . 119<sub>24</sub>
- VIRGILIUS  
Georgica I, 145. . . . . 93<sub>18</sub>
- DONATIO CONSTANTINIANA. . . . . 247<sub>34</sub>
- EXTRAVAGANTES COMMUNES  
lib. V, t. III (De haereticis) = Friedberg  
II, 1290-1 . . . . . 21<sub>5</sub>

## 5. EX IURISPRUDENTIBUS

- lib. V, t. VI (De crimine falsi) = Friedberg  
II, 1295-6 . . . . . 21<sub>5</sub>
- GRATIANI DECRETUM  
P. I, d. 12, c. 1 (Non decet) = Friedberg I, 27 . . . 8<sub>20</sub>  
P. I, d. 17, c. 2 (Regula vestra) = Friedberg I, 51 . . . 6<sub>20</sub>  
P. I, d. 17, c. 6 (Concilia) = Friedberg I, 52 . . . . . 6<sub>21</sub>  
P. I, d. 20, c. 3 (De quibus) = Friedberg I, 66 . . . . . 8<sub>2</sub>  
P. I, d. 21, c. 2 (In novo) = Friedberg I, 69-70 . . . 13<sub>7</sub>  
P. I, d. 21, c. 3 (Quamvis) = Friedberg I, 280 . . . . . 13<sub>7</sub>  
P. I, d. 22, c. 1 (Omnes) = Friedberg I, 971-2 . . . . . 13<sub>8</sub>  
P. I, d. 22, c. 2 (Sacrosancta) = Friedberg I, 73-4 . . . 13<sub>7</sub>  
P. I, d. 40, c. 6 (Si Papa) = Friedberg I, 146 . . . 8<sub>6</sub>; 15<sub>20</sub>  
P. I, d. 50, c. 53 (Considerandum) = Friedberg  
I, 198 . . . . . 13<sub>1</sub>  
P. I, d. 50, c. 54 (Fidelior) = Friedberg I, 198 . . . . . 13<sub>2</sub>  
P. I, d. 80, c. 2 (In illis civitatibus) = Friedberg  
I, 280 . . . . . 13<sub>3</sub>
- P. I, d. 93, c. 24 (Legimus) = Friedberg I,  
327-9 . . . . . 14<sub>16</sub>; 19<sub>25</sub>
- P. I, C. 2, Q. 7, c. 27 (Beati Petrus et Paulus)  
= Friedberg I, 494 . . . . . 8<sub>4</sub>
- P. I, C. 2, Q. 7, c. 33 (Ipsi Apostoli) = Friedberg  
I, 495 . . . . . 8<sub>4</sub>
- P. I, C. 2, Q. 7, c. 28 (Paulus) = Friedberg I, 493 . . . 8<sub>4</sub>
- P. II, Q. 7, c. 40 = Friedberg I, 496 . . . . . 15<sub>9</sub>
- P. II, Q. 7, c. 41 (Item cum Balaam) = Friedberg  
I, 496-7 . . . . . 15<sub>7</sub>
- P. II, C. 2, Q. 7, c. 7 (Sicut inquit) = Friedberg  
I, 499 . . . . . 8<sub>6</sub>
- P. II, C. 3, Q. 6, c. 7 (Quamvis liceat) = Friedberg  
I, 520 . . . . . 8<sub>15</sub>; 18<sub>3</sub>
- P. II, C. 3, Q. 6, c. 9 (Dudum) = Friedberg  
I, 521 . . . . . 8<sub>19</sub>; 18<sub>3</sub>
- P. II, C. 11, Q. 3, c. 3 (Praecipue) = Friedberg

- I, 643 . . . . . 8<sub>11</sub>; 17<sub>17</sub>  
P. II, C. 35, Q. 9, c. 3 (Quod quis) = Friedberg  
I, 1284 . . . . . 8<sub>16</sub>  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 1 (Achatius) = Friedberg  
I, 966 . . . . . 15<sub>20</sub>  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 4 (Audivimus) = Friedberg  
I, 967 . . . . . 6<sub>8</sub>  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 5 (Manet ergo) = Friedberg  
I, 968 . . . . . 5<sub>30</sub>; 6<sub>11</sub>  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 6 (Quodcumque) = Friedberg  
I, 976 . . . . . 3<sub>36</sub>; 6<sub>7</sub>  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 7 (Non turbatur navis) =  
Friedberg I, 969 . . . . . 5<sub>32</sub>; 6<sub>10</sub>  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 8 (Est aliud) = Friedberg  
I, 969 . . . . . 5<sub>32</sub>; 5<sub>34</sub>  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 9 (A recta fide) = Friedberg  
I, 969 . . . . . 8<sub>19</sub>; 17<sub>32</sub> 35  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 14 (Haec est fides) = Fried-  
berg I, 970 . . . . . 5<sub>26</sub>; 13<sub>15</sub>  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 16 (Cum Beatissimus Petrus)  
= Friedberg I, 971 . . . . . 5<sub>28</sub>  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 18 (Loquitur Dominus) =  
Friedberg I, 972 . . . . . 4<sub>31</sub>; 6<sub>33</sub>; 13<sub>10</sub>  
P. II, C. 24, Q. 1, c. 25 (Quoniam vetus) =  
Friedberg I, 976 . . . . . 5<sub>28</sub>; 6<sub>9</sub>; 13<sub>15</sub> 24  
P. II, C. 16, Q. 1, c. 39 (Hinc est etiam) =  
Friedberg I, 771-2 . . . . . 19<sub>25</sub>  
P. II, C. 7, Q. 1, c. 48 (Adversitas) = Friedberg  
I, 586 . . . . . 15<sub>24</sub>  
P. III, d. 1, c. 8 (Ecclesia) = Friedberg I, 1296 5<sub>1</sub>  
P. III, d. 1, c. 50 (Solent) = Friedberg I, 1307 20<sub>34</sub>  
P. III, d. 5, c. 26 (Discipulos) = Friedberg I,  
1419 . . . . . 20<sub>33</sub>
- GREGORII DECRETALES
- IX, lib. I, t. 1, c. 1 (Firmiter) = Friedberg  
II, 5 . . . . . 3<sub>36</sub>; 15<sub>17</sub>  
IX, lib. I, t. 6, c. 42 (Quia propter) = Friedberg  
II, 89 . . . . . 16<sub>29</sub>  
IX, lib. I, t. 7, c. 2 (Inter corporalia) = Friedberg  
II, 97-8 . . . . . 20<sub>20</sub>  
IX, lib. I, t. 7, c. 3 (Quanto personam) = Fried-  
berg II, 98 . . . . . 6<sub>24</sub>
- IX, lib. II, t. 17, c. 20 (Inter monasterium) =  
Friedberg II, 403-5 . . . . . 18<sub>31</sub>  
IX, lib. V, t. 38, c. 1 (Manifesta peccata) = F  
Friedberg II, 884 . . . . . 17<sub>22</sub>
- IULIUS PAULUS
- Sententiae V, 15 (De testibus) = Seckel-Kue-  
bler 139 . . . . . 5<sub>14</sub> 17<sub>14</sub>
- IUSTINIANUS
- C. I, 1, n. 7 (Inter claras) = Krueger 10 13<sub>18</sub>; 243<sub>38</sub>  
C. I, 14, 4 (Digna vox) = Krueger 68 . . . . . 7<sub>21</sub>  
C. I, 14, 5 (Non dubium) = Krueger 68 . . . . . 7<sub>6</sub>  
C. I, 14, 8 (Humanum esse probamus) = Krue-  
ger 68 . . . . . 7<sub>7</sub> 11; 17<sub>24</sub>  
C. III, 13 (De iurisdictione omnium iudicum)  
= Krueger 128 . . . . . 20<sub>14</sub>  
C. IV, 20 (De testibus) = Krueger 158 . . . . . 6<sub>24</sub>  
C. IV, 43, 1 (Liberos a parentibus) = Krueger  
179 . . . . . 18<sub>23</sub>  
C. VI, 23 (De testamentis) = Krueger 253 . . . . . 6<sub>24</sub>  
C. VI, 23, 19 (Omnium testamentorum) = Krue-  
ger 254 . . . . . 17<sub>27</sub>  
C. VI, 49 (Ad Senatus consultum Trebellianum)  
= Krueger 278 . . . . . 20<sub>35</sub>  
C. VII, 64, 10 (Omnem honorem) = Krueger  
326-7 . . . . . 18<sub>31</sub>  
C. VIII, 4, 1 (Recte possidente) = Krueger 332 20<sub>34</sub>  
C. IX, 29, 2 (Disputari) = Krueger 385 . . . . . 13<sub>22</sub>  
C. IX, 65, 1 (In corrigendis minoribus) = Krue-  
ger 379 . . . . . 18<sub>22</sub>  
D. IV, 8, 4 (Nam magistratus) = Mommsen 67 126<sub>2</sub>  
D. V, 1, 25 (Si legationis) = Mommsen 74 . . . . . 20<sub>13</sub>  
D. XI, 7, 44 (Cum in diversis) = Mommsen  
158 . . . . . 5<sub>16</sub>  
D. XIII, 4, 2 (Non utique) = Mommsen 176 20<sub>12</sub>  
D. XXVIII, 6 (De vulgari et pupillari substitu-  
tione) = Mommsen 388 . . . . . 9<sub>39</sub>  
Nov. CV, c. 2 (Subiaceat) = Kroell 507 . . . . . 7<sub>25</sub>  
Nov. CXXXI (Auth. CXIX), c. 2 (Ideoque san-  
cimus) = Kroell 655 . . . . . 13<sub>18</sub>  
Nov. CXXXI, c. 12 . . . . . 246<sub>34</sub>  
Sextus Decretalium, lib. I, t. 6, c. 3 (Ubi peri-  
culum) = Friedberg II, 946-9 . . . . . 20<sub>18</sub>  
Sextus Decretalium, lib. I, t. 13, c. 2 (Licet)  
= Friedberg II, 978 . . . . . 20<sub>16</sub>



## II

### INDEX NOMINUM PERSONARUM ET RERUM

(Ubi numerus lineae non notatur, ibi nomen pluries invenitur)

- ABRAHAM 200<sub>10</sub>  
 ACACIUS 196<sub>17</sub>; 206<sub>20</sub>  
 AGATHO (S), papa 49<sub>40</sub>; 50<sub>19 33</sub>; 51<sub>3</sub>; 72<sub>3</sub>; 79<sub>25</sub>;  
 80<sub>17</sub>; 81<sub>39</sub>; 82<sub>2</sub>; 97<sub>8</sub>; 102-4; 106<sub>41</sub>; 111<sub>31</sub>;  
 234<sub>70</sub>; 236<sub>12</sub>; 241<sub>28</sub>; 242  
 ALBERTUS, Romanorum rex 1<sub>2</sub>  
 ALEXANDER III, papa 168<sub>39</sub>  
 ALEXIUS (Cesari), ep. Clusinus (Chiusi) 263<sub>37</sub>  
 ALIPIUS 202<sub>21</sub>  
 ALOYSIUS (de Pirano) O.F.M., ep. Foroliviensis 33<sub>14</sub>;  
 56<sub>11</sub>; 67<sub>32</sub>  
 ALOYSIUS, abb. S. Pauli (Pisa) 264<sub>23</sub>  
 AMBROSIUS (S), archiep. Mediolanensis 127<sub>1</sub>; 202<sub>29 35</sub>;  
 203-4; 213<sub>15</sub>; 227<sub>1</sub>; 238<sub>18</sub>; 251<sub>4</sub>  
 AMACHIUS 210<sub>13</sub>  
 AMICUS (de Roccha), ep. Aquilensis (Aquila) 263<sub>8</sub>  
 ANACLETUS (S), papa 233<sub>34</sub>; 235<sub>14</sub>; 242<sub>30</sub>  
 ANDREAS (Chrysoberges) O.P., archiep. Colossensis  
 (Rhodus) 33<sub>14</sub>; 42<sub>36 38</sub>; 52<sub>8</sub>; 55<sub>31</sub>; 56<sub>3</sub>; 57<sub>17</sub>;  
 65<sub>11</sub>; 66<sub>21</sub>; 67<sub>8</sub>; 69<sub>34</sub>; 70<sub>33</sub>; 74<sub>15</sub>; 76<sub>41</sub>; 77<sub>20</sub>;  
 100<sub>22</sub>; 101<sub>17</sub>; 247<sub>37</sub>; 262<sub>33</sub>  
 ANDREAS (de Verulis), ep. Conversanus (Conversano)  
 263<sub>36</sub>  
 ANDREAS HISPANUS PORTUGALENSIS (d'Escobar)  
 O.S.B., ep. Megarensis (Megara) 263<sub>15</sub>  
 ANDREAS (Opalinski), ep. Poznaniensis (Poznan)  
 264<sub>2</sub>  
 ANDREAS DE SANTACROCE 1<sub>3</sub>; 2<sub>2</sub>  
 ANGELOTTUS (Fuscus), card. S. Marci 28<sub>25</sub>; 39<sub>23</sub>;  
 262<sub>21</sub>  
 ANGELUS (Cavazza), ep. Parentinus (Parenzo) 263<sub>24</sub>  
 ANGELUS (de Grassis), ep. Arianensis (Ariano) 263<sub>28</sub>  
 ANGELUS, abb. S. Michaelis de Pistorio (Pistoia)  
 264<sub>29</sub>  
 ANGELUS, abb. de Sexto 264<sub>19</sub>  
 ANTONIUS (Casinus), card. S. Marcelli 28<sub>24</sub>  
 ANTONIUS (Corrarius), card. ep. Ostiensis 28<sub>23</sub>;  
 262<sub>16</sub>; 268<sub>34</sub>  
 ANTONIUS, archiep. Heracleensis (Heraclea), vic. patr.  
 Alexandriae 29<sub>15</sub>; 265<sub>13</sub>  
 ANTONIUS (de Romulis) O.P., ep. Grassensis (Grassi)  
 263<sub>18</sub>  
 ANTONIUS (Malatesta) ep. Cesenatensis (Cesena)  
 263<sub>32</sub>  
 ANTONIUS (Martini), ep. Portugalensis (Porto in Lu-  
 sitania) 22<sub>26</sub>; 31<sub>7</sub>; 132<sub>25</sub>; 263<sub>4</sub>  
 ANTONIUS, abb. de Alfiolo 264<sub>16</sub>  
 ANTONIUS, abb. S. Capresii (Caprais) 264<sub>12</sub>  
 ANTONIUS, abb. Montis Piani (Montepiano) 264<sub>32</sub>  
 ANTONIUS, abb. S. Salvatoris et Vigiliii dioec. Senen-  
 sis (Siena) 265<sub>1</sub>  
 APOLLINARIS 207<sub>39</sub>  
 ARETINUS Leonardus 134<sub>21</sub>; 135<sub>1</sub>; 169<sub>21</sub>  
 ARISTOTELES 184<sub>12</sub>  
 ARIUS 53<sub>42</sub>; 66<sub>23</sub>; 151<sub>34</sub>; 164<sub>37</sub>; 189<sub>17</sub>; 207<sub>38</sub>  
 ATHANASIUS (S), archiep. Alexandriae 127<sub>25</sub>; 155<sub>38</sub>;  
 156; 160; 163<sub>24</sub>; 164<sub>35 40</sub>; 165<sub>11 12</sub>; 166<sub>2 16</sub>;  
 167<sub>26</sub>; 173-4; 179<sub>32</sub>; 187<sub>25 27</sub>; 201; 211-3; 219;  
 226<sub>40</sub>; 244<sub>21</sub>  
 ATHANASIUS, abb. gr. monast. Spectabilis (Deipar-  
 ae) 266<sub>10</sub>  
 AUGUSTINUS (S), ep. Hipponensis 127<sub>1</sub>; 131<sub>2</sub>; 163<sub>24</sub>;  
 199<sub>5</sub>; 202<sub>21</sub>; 204; 211; 227  
 AVINIO (urbs) 22<sub>20 29</sub>  
 AYMERICUS (de Segaudo) ep. Montisregalis (Mondo-  
 vi) 263<sub>40</sub>  
 BALCONUS, ep. 208<sub>4</sub>  
 BALSAMON Michael, cler. gr. 29<sub>22</sub>; 33<sub>20</sub>; 265<sub>41</sub>  
 BAPTISTA (de Romanis), el. Theatinus (Chieti) 263<sub>41</sub>  
 BARTHOLOMAEUS (Zabarella), archiep. Spalatensis  
 (Spljet, Spalato), postea Florentinus 262<sub>30</sub>  
 BARTHOLOMAEUS (da Vincio), ep. Valvensis (Valve)  
 263<sub>5</sub>  
 BARTHOLOMAEUS, ep. Cavalicensis (Cavaillon) 263<sub>30</sub>  
 BARTHOLOMAEUS, abb. de Bibbona 264<sub>35</sub>  
 BARTHOLOMAEUS, abb. Campifullonis 264<sub>17</sub>  
 BASILIUS (S), ep. Caesareae Cappadociae 140; 141;  
 144<sub>7</sub>; 148<sub>3 9</sub>; 150; 151<sub>6</sub>; 152<sub>33</sub>; 154<sub>36</sub>; 155<sub>15</sub>;  
 156<sub>15 20</sub>; 157<sub>17 37</sub>; 158-9; 160<sub>38</sub>; 161-5; 168-71;  
 174-5; 176<sub>16</sub>; 177<sub>32</sub>; 178-82; 183<sub>11 26</sub>; 184; 187;  
 189<sub>32</sub>; 192<sub>27</sub>; 193-4; 195<sub>11 32</sub>; 196<sub>6</sub>; 199<sub>22</sub>; 203;  
 209; 210<sub>10 35</sub>; 212<sub>4</sub>; 220<sub>6</sub>; 227<sub>2</sub>; 228<sub>25</sub>; 229<sub>1</sub>;  
 238<sub>34 249</sub>; 250<sub>28</sub>; 251<sub>2 17</sub>; 252  
 BENEDICTUS, abb. de Choneo 264<sub>21</sub>  
 BENEDICTUS, abb. S. Pancratii de Florentia 264<sub>26</sub>  
 BENOTIUS (Federighi), ep. Fesularum (Fiesole) 263<sub>13</sub>  
 BESSARION, archiep. Nicaenus 29<sub>18</sub>; 33<sub>20 35</sub>; 46<sub>19</sub>;

- 52<sub>33</sub>; 63<sub>19</sub>; 68<sub>24</sub>; 70<sub>22</sub>; 71<sub>27</sub>; 74<sub>15</sub>; 240<sub>2</sub>; 241<sub>15</sub>; 243<sub>5</sub>; 246<sub>38</sub>; 253<sub>7</sub>; 258; 259<sub>7 28</sub>; 265<sub>34 37</sub>
- BLASIUS (Molino), patr. lat. Hierosolymitarum 28<sub>27</sub>; 262<sub>25</sub>
- BLONDUS Flavius 265<sub>10</sub>
- BOHEMI 24<sub>25</sub>
- BONONIA (urbs) 223<sub>15</sub>
- BRANDA (de Castillione), card. ep. Portuensis (Porto), postea Sabinensis (Sabina); vocatus Placentinus 28<sub>24</sub>; 252<sub>31</sub>; 259<sub>4</sub>; 262<sub>18</sub>
- BURGUNDIA 87<sub>18</sub>
- CALLISTUS, archiep. Dristrensis (Silistria) 29<sub>20</sub>; 265<sub>33</sub>
- CAPPADOX Georgius, cler. gr. 29<sub>22</sub>; 266<sub>2</sub>
- CAROLUS (Angelini), ep. Senensis (Siena) 263<sub>14</sub>
- CAROLUS (Matthaei de Bojardis), ep. Mutinensis (Modena) 263<sub>16</sub>
- CHARISIUS 99; 101; 120<sub>8</sub>; 190<sub>33</sub>; 220<sub>24</sub>
- CHRISTOPHORUS (Garatoni), ep. Coronensis (Corona) 263<sub>35</sub>
- CHRISTOPHORUS (de S. Marcello), ep. Ariminensis (Rimini) 263<sub>7</sub>
- CHRYSOCOCCUS Manuel, cler. gr. 265<sub>38</sub>
- CLEMENS (S), papa 242<sub>30</sub>; 246<sub>10</sub>; 247<sub>11</sub>
- COELESTINUS, papa 41<sub>8</sub>; 85<sub>23</sub>; 97<sub>22</sub>; 127<sub>21</sub>; 204<sub>16</sub>
- CONSTANTINOPOLIS (urbs) 26<sub>25</sub>; 126<sub>15</sub>; 155<sub>23</sub>; 156; 158<sub>33</sub>; 193<sub>28</sub>; 202<sub>34</sub>; 234<sub>20</sub>
- CONSTANTINUS, patr. Armenorum 267<sub>3</sub>
- CONSTANTINUS, protopapas, locumtenens Moldaviae 266<sub>3</sub>
- CONSTANTINUS, imp. 19<sub>20</sub>; 232<sub>5</sub>; 247<sub>34</sub>
- CONSTANTIUS, imp. 128<sub>6</sub>
- CUSA, Nicolaus de 22<sub>27</sub>; 155<sub>24</sub>
- CYRILLUS (S), archiep. Alexandriae 45<sub>4</sub>; 60<sub>5</sub>; 63<sub>23 33</sub>; 81<sub>23</sub>; 83<sub>24 27</sub>; 84; 85<sub>33</sub>; 102<sub>29 41</sub>; 106<sub>41</sub>; 108<sub>32 41</sub>; 110<sub>13</sub>; 119<sub>26 31</sub>; 122<sub>2</sub>; 125<sub>12-3</sub>; 126; 127<sub>21</sub>; 129<sub>36 38</sub>; 130<sub>40</sub>; 131<sub>20-1</sub>; 157<sub>5</sub>; 177<sub>24</sub>; 189<sub>8</sub>; 190<sub>40</sub>; 191; 192<sub>5</sub>; 204<sub>17</sub>; 213<sub>36</sub>; 214<sub>5</sub>; 217<sub>21</sub>; 220<sub>3 37</sub>; 221; 227<sub>2</sub>; 241<sub>36</sub>
- DAMASUS, papa 128<sub>1</sub>; 201<sub>17</sub>; 246<sub>27</sub>
- DAMIANUS, archiep. Moldoblachiae 29<sub>21</sub>; 265<sub>30</sub>
- DAMIANUS (de Busellis) O.F.M., ep. Assisiensis (Assisi) 263<sub>25</sub>
- DANIEL (Scoto), ep. Concordiensis (Concordia) 263<sub>3</sub>
- DANIEL, abb. de Saviliano 264<sub>25</sub>
- DIDYMUS 210; 211<sub>5</sub>
- DIOGENES, ep. 130<sub>31</sub>
- DIONYSIUS, archiep. Sardensis 265<sub>28</sub>
- DIONYSIUS, abb. S. Mariae dioec. Sarzana 265<sub>5</sub>
- DIOSCORUS, archiep. Alexandriae 75<sub>24 33</sub>; 76; 106<sub>40</sub>; 122<sub>20 29</sub>; 235<sub>7</sub>; 244<sub>38</sub>
- DOMINICUS (de Capranica), card. S. Mariae in Via Lata 27<sub>35</sub>; 28<sub>12 26</sub>; 134<sub>15</sub>; 240<sub>41</sub>; 262<sub>24</sub>
- DONATUS (de Medici), ep. Pistoriensis (Pistoia) 263<sub>33</sub>
- DOROTHEUS, patr. Antiochenus 265<sub>19</sub>
- DOROTHEUS, archiep. Mitylenensis 29<sub>20</sub>; 165<sub>18</sub>; 168<sub>29</sub>; 240<sub>3</sub>; 265<sub>28</sub>
- DOROTHEUS, archiep. Trapezuntis 29<sub>18</sub>; 265<sub>22</sub>
- DOROTHEUS, mon. gr. locumtenens Vatopediu (Athos) 266<sub>6</sub>
- DOSITHEUS, archiep. Dramensis 265<sub>36</sub>
- DOSITHEUS, archiep. Monembasiensis, vic. patr. Hierosolymitarum 29<sub>16</sub>; 265<sub>20</sub>
- EPIPHANIUS (S) 138-9; 140<sub>7</sub>; 141; 142<sub>16</sub>; 144<sub>12</sub>; 145<sub>37</sub>; 173<sub>6</sub>; 209<sub>37 40</sub>; 210<sub>8 15</sub>
- EPICTETUS 155<sub>38</sub>; 156<sub>8</sub>
- ESAU 147<sub>16</sub>
- EUGENIUS IV, papa 25<sub>6</sub>; 262<sub>15</sub>
- EUNOMIUS 146<sub>5</sub>; 157<sub>18 36</sub>; 158<sub>6 18</sub>; 162<sub>30</sub>; 163<sub>4</sub>; 165<sub>29</sub>; 170<sub>38</sub>; 171; 179; 181-2; 184<sub>19</sub>; 195<sub>17</sub>; 196<sub>5</sub>; 212<sub>4</sub>
- EUSEBIUS, ep. Dorylaei 75<sub>32</sub>; 76<sub>6 9</sub>; 122; 130<sub>26</sub>
- EUTYCHES 75; 105<sub>12</sub>; 107<sub>3</sub>; 120<sub>24 30</sub>; 122<sub>21 31</sub>; 123<sub>3</sub>; 125<sub>2</sub>; 128<sub>30</sub>; 206<sub>21</sub>; 207<sub>11</sub>
- EUTYCHIUS, patr. Constant. 123<sub>15 16</sub>
- FANTINUS (Vallaresso), archiep. Cretensis 262<sub>31</sub>
- FELIX, papa 113<sub>13</sub>; 160<sub>17</sub>; 233<sub>24</sub>; 244<sub>22</sub>
- FERRARIA (urbs) 26<sub>34</sub>; 27<sub>14 15</sub>; 31<sub>38 37</sub>; 133<sub>4 12</sub>; 136<sub>5</sub>; 193<sub>36</sub>; 194<sub>23 25</sub>; 225<sub>23</sub>; 242<sub>7</sub>; 256<sub>35</sub>
- FIRMANUS, cf. DOMINICUS de Capranica
- FLAVIANUS, patr. Constant. 75<sub>22 29</sub>; 76; 107<sub>4</sub>; 122<sub>28 30</sub>; 123<sub>5 7</sub>; 130<sub>26</sub>; 136<sub>23</sub>; 244<sub>24</sub>
- FLORENTIA (urbs) 133<sub>4 16</sub>; 168<sub>34</sub>; 174<sub>3</sub>; 266<sub>14</sub>
- FRANCISCUS (Condulmarius), card. S. Clementis 28<sub>25</sub>; 240<sub>41</sub>; 262<sub>20</sub>
- FRANCISCUS, abb. S. Leonardi 264<sub>13</sub>
- FRANCISCUS, abb. S. Mariae de Pactiano (Pacciano) 264<sub>27</sub>
- FREDERICUS, abb. de Berceto 264<sub>14</sub>
- FREDERICUS, abb. S. Pantaleonis de Luca (Lucca) 264<sub>37</sub>
- GABRIEL, abb. S. Iacobi de Pontida 265<sub>4</sub>
- GARSIA (Martini de Waarmonde), ep. Tudensis (Tuy) 263<sub>38</sub>
- GEMISTUS Georgius 33<sub>20</sub>
- GENNADIUS, archiep. Ganensis (Ganos) 29<sub>20</sub>; 265<sub>35</sub>
- GEORGIUS, abb. de Ferentino 264<sub>15</sub>
- GEORGIUS, abb. S. Petri de Eugubio (Gubbio) 264<sub>43</sub>
- GERARDUS, Er. S. Aug. gen. 265<sub>8</sub>
- GERMANUS, abb. gr. monast. S. Basilii 266<sub>11</sub>
- GERONTIUS, abb. gr. monast. Pantocratoris (Constantinopoli) 266<sub>8</sub>
- GOMECIUS, abb. Florentinus 264<sub>10</sub>
- GRATIANUS, imp. 202; 203<sub>10 23</sub>
- GREGORIUS (S) I, papa 196<sub>13 15</sub>; 206; 207<sub>25</sub>
- GREGORIUS X, papa 41<sub>17</sub>
- GREGORIUS (S) Nazianzenus 217<sub>40</sub>; 218<sub>32 35</sub>; 219<sub>24</sub>; 220<sub>18</sub>
- GREGORIUS (S) Nyssenus 227<sub>1</sub>
- GREGORIUS Mammias, vic. patr. Alexandriae 265<sub>16</sub>
- GUILLELMUS (de Estoutevilla), ep. Andegavensis (Angers) 263<sub>23</sub>
- GUILLELMUS (Le Ferron), el. Leonensis (Saint Pol de Léon) 264<sub>1</sub>
- GUILLELMUS, abb. S. Salvatoris Burdegalensis (Bordeaux) 264<sub>42</sub>
- GUILLELMUS, O.F.M. gen. 265<sub>7</sub>
- GUNDISALVUS (de Vallebona) O.F.M., ep. Granatensis (Granada) 263<sub>39</sub>
- HADRIANUS, papa 236<sub>11</sub>; 241<sub>25</sub>; 243<sub>23</sub>
- HIERONYMUS (S) 204<sub>13</sub>; 210<sub>16 17</sub>; 251<sub>4</sub>

- HILARIUS (S) 227<sub>1</sub>  
HORMISDA, papa 206
- IACOB 147<sub>16</sub>; 149; 200<sub>9</sub>  
IACOBUS (Bertuzzi d'Obizzi), ep. Adriensis (Adria) 263<sub>1</sub>  
IACOBUS, abb. S. Petri de Massa 264<sub>40</sub>  
IACOBUS, abb. S. Salvatoris de Faventia (Faenza) 264<sub>31</sub>  
IACOBUS, abb. S. Salvii 264<sub>22</sub>  
IBERIA (Georgia) 30<sub>12</sub>  
IGNATIUS, archiep. Tornoviensis (Tirnov) 29<sub>19</sub>; 265<sub>27</sub>  
IMPERIALIS Paulus 267<sub>29</sub>; 268<sub>32</sub>  
INNOCENTIUS III, papa 255<sub>32</sub>  
IOACHIM, patr. Hierosolymitarum 265<sub>21</sub>  
IOASAPH, archiep. Amasiensis 29<sub>19</sub>; 265<sub>31</sub>  
IOHANNES Antiochenus 156<sub>12</sub>  
IOHANNES CHRYSOSTOMUS (S), patr. Constant. 227<sub>2</sub>; 244<sub>23</sub>; 250<sub>28</sub>; 251<sub>17</sub>; 255<sub>20</sub>; 259<sub>1</sub>  
IOHANNES DAMASCENUS (S) 248<sub>12</sub>; 249  
IOHANNES (de Bogia al. Rogia), ep. Agenensis (Agen) 263<sub>43</sub>  
IOHANNES (de Fossade), ep. Connerensis (Connor) 264<sub>5</sub>  
IOHANNES (de Mella), el. Legionensis (León, Hispania) 253<sub>2</sub>; 263<sub>22</sub>  
IOHANNES (de Tossignano), ep. Ferrariensis 263<sub>10</sub>  
IOHANNES (Krevel) O. Teut., el. Osilliensis (Oesell) 263<sub>44</sub>  
IOHANNES (Le Jeune), ep. Morinensis (Terouanne), orator ducis Burgundiae et Brabanciae, card. S. Praxedis 87<sub>31</sub>; 253<sub>1</sub>; 262<sub>27</sub>  
IOHANNES (Viviani), ep. Nivernensis (Nevers), orator ducis Burgundiae et Brabanciae 87<sub>34</sub>; 262<sub>29</sub>  
IOHANNES, ep. Arbensis (Arbe, Rab) 263<sub>12</sub>  
IOHANNES, ep. Cabillonensis, orator ducis Burgundiae et Brabanciae 87<sub>20</sub>; 88<sub>23</sub>  
IOHANNES (Gravantius), abb. de Ripolis 264<sub>28</sub>  
IOHANNES (de Ursis), abb. Farfensis (Farfa) 264<sub>11</sub>  
IOHANNES, abb. S. Martyrum Cordubensium 264<sub>41</sub>  
IOHANNES, abb. de Tyro (dioec. Ianuensis) 264<sub>24</sub>  
IOHANNES (de S. Toma) Er. S. Aug. 33<sub>16</sub>  
IOHANNES (de Montenigro) O. P., provincialis 33<sub>15</sub>; 42<sub>24</sub>; 135<sub>19</sub>; 179<sub>3</sub>; 231<sub>25</sub> 27; 241<sub>7</sub>; 253<sub>2</sub>  
IOHANNES (de Turcremata) O. P., 231<sub>25</sub>; 236<sub>15</sub> 16; 247<sub>24</sub> 39; 248<sub>1</sub>; 253<sub>2</sub>  
IORDANUS (de Ursinis), card. ep. Sabinensis (Sabina) 28<sub>23</sub>  
IOSEPH II, patr. Constant. 25<sub>8</sub>; 27<sub>4</sub> 21; 29; 30; 31<sub>23</sub>; 36<sub>24</sub>; 37<sub>9</sub>; 133<sub>3</sub>; 134<sub>15</sub>; 223-4  
IRENE, imp. 232<sub>5</sub>  
ISAAC 149; 200<sub>9</sub> 10  
ISAIAS, archiep. Stauropolis 29<sub>20</sub>  
ISAIAS, archiep. Stauropolis 29<sub>20</sub>  
ISIDORUS, archiep. Kioviensis, vic. patr. Antiocheni 33<sub>19</sub> 22; 179<sub>14</sub>; 221<sub>39</sub>; 240<sub>2</sub>; 251<sub>11</sub>; 253<sub>7</sub>; 265<sub>18</sub>  
IULIANUS (Cesarini) card. S. Angeli 263<sub>8</sub>; 27<sub>12</sub>; 28<sub>11</sub>; 33<sub>12</sub>; 39<sub>23</sub>; 43<sub>21</sub>; 77<sub>27</sub>; 135<sub>9</sub> 38; 169<sub>7</sub>; 179<sub>11</sub>; 233<sub>16</sub>; 248<sub>4</sub>; 253; 257<sub>14</sub>; 259<sub>28</sub>; 262<sub>22</sub>; 268<sub>35</sub>  
IULIANUS (Ricci), archiep. Pisanus (Pisa) 262<sub>22</sub>  
IULIANUS (Antonius de Monte Lupo) O. P., el. Citaridensis (Citharida) 264<sub>4</sub>
- IULIUS, papa 113<sub>11</sub>; 160; 244<sub>22</sub>  
IUSTINIANUS, imp. 126<sub>3</sub>; 206<sub>19</sub>; 243<sub>33</sub> 36; 244<sub>3</sub>  
IUSTINUS, imp. 206; 207<sub>9</sub>
- LATINUS (de Ursis) archiep. Tranensis (Trani) 262<sub>36</sub>  
LAURENTIUS (Petrus Iacopini) O. P., ep. Achayensis (Achaia) 263<sub>9</sub>  
LAURENTIUS, ep. Mediolanensis 11<sub>30</sub>  
LAURENTIUS, abb. de Culros (Scotia) 264<sub>36</sub>  
LEO I (S), papa 106<sub>14</sub>; 114<sub>8</sub>; 122<sub>9</sub> 13; 130<sub>15</sub> 16; 136<sub>23</sub>; 200; 201<sub>3</sub> 6; 207<sub>37</sub>; 208<sub>4</sub>; 215<sub>7</sub> 10; 221<sub>29</sub>; 227<sub>2</sub>; 232<sub>26</sub>; 233; 235; 241<sub>24</sub>; 243-4; 246<sub>27</sub> 29  
LEONTIUS, ep. Caesariensis 186<sub>36</sub>; 188<sub>39</sub>  
LIBERIUS, papa 122<sub>41</sub>; 113-4; 127<sub>41</sub>; 131<sub>9</sub>; 160  
LUCAS, abb. Ferrariensis 264<sub>39</sub>  
LUCAS, abb. S. Mariae in Alpibus (Sabaudia) 264<sub>38</sub>  
LUCENSIUS 232<sub>33</sub>  
LUDOVICUS (Barbo), ep. Tervisinus (Treviso) 263<sub>21</sub>  
LUDOVICUS (Scarampi), ep. Traguriensis (Trau), archiep. Florentinus 262<sub>35</sub>
- M., abb. S. Mariae de Diciano 264<sub>34</sub>  
MACARIUS, archiep. Nicomediensis 29<sub>18</sub>; 265<sub>25</sub>  
MACEDONIANUS 202<sub>32</sub>  
MACEDONIUS 151<sub>34</sub>  
MACRINA 228<sub>37</sub>  
MARCUS (S), evangelista 246<sub>18</sub> 22  
MARCUS, papa 113<sub>11</sub>; 160<sub>17</sub>  
MARCUS (Condulmarus), archiep. Tarentasiensis (Tarentaise), patr. Gradensis (Grado) 28<sub>29</sub>; 262<sub>26</sub>  
MARCUS (Eugenicus), archiep. Ephesus, vic. patr. Antiocheni 33<sub>19</sub>; 43<sub>22</sub>; 47<sub>14</sub>; 77<sub>13</sub>; 95<sub>39</sub>; 161<sub>14</sub>; 165<sub>24</sub>; 168<sub>30</sub>; 174<sub>4</sub>; 177<sub>13</sub> 14; 192<sub>34</sub>; 196<sub>26</sub> 32; 197<sub>2</sub>; 213<sub>23</sub>; 214<sub>22</sub>; 216<sub>15</sub>; 218<sub>35</sub>; 219<sub>25</sub>; 221-2; 224<sub>2</sub>  
MARTINUS, papa 242<sub>15</sub>  
MATTHAEUS, archiep. Melnicensis (Melnik) 29<sub>20</sub>; 265<sub>34</sub>  
MATTHAEUS (de Hermolao), ep. Sappatensis (Sappae, Nensiali) 263<sub>27</sub>  
MATTHAEUS (Testi) O. Serv., ep. Cortonensis (Cortona) 264<sub>3</sub>  
MAURICIUS, imp. 206<sub>31</sub>  
METHODIUS, archiep. Lacedaimoniensis 29<sub>18</sub>; 265<sub>26</sub>  
METROPHANES, archiep. Cyzici 29<sub>18</sub>; 265<sub>23</sub>  
MOSES, mon. gr. locumtenens Vatopediu (Athos) 266<sub>4</sub>
- NARSES 196<sub>12</sub>  
NATHANIEL, archiep. gr. Rhodiensis 29<sub>20</sub>; 265<sub>32</sub>  
NESTORIUS 44<sub>27</sub> 29; 52<sub>2</sub>; 60<sub>37</sub>; 61<sub>2</sub>; 62<sub>5</sub>; 63<sub>37</sub>; 81<sub>38</sub> 41; 83<sub>19</sub> 21; 84; 104<sub>36</sub>; 111<sub>6</sub>; 121<sub>35</sub>; 123<sub>27</sub>; 125; 131<sub>22</sub>; 190; 207<sub>11</sub>; 214; 215<sub>6</sub> 10; 221  
NICOLAUS (Albergati), card. S. Crucis 263<sub>6</sub>; 27<sub>11</sub>; 28<sub>24</sub>; 262<sub>19</sub>; 268<sub>34</sub> 35  
NICOLAUS (d'Acciapaccio), archiep. Capuanus (Capua) 262<sub>34</sub>  
NICOLAUS (Cesari al. de Caeciliano), ep. Tiburtinus (Tivoli) 263<sub>17</sub>  
NICOLAUS (de Venetiis) O. P., ep. Tricaricensis (Tricarico) 263<sub>42</sub>  
NICOLAUS, abb. S. Modesti Beneventini (Benevento) 264<sub>30</sub>  
NICOLAUS (Estensis), marchio 27<sub>18</sub> 26

- OSIUS, ep. Cordubensis 207<sub>39</sub>
- PASCHASIUS 232<sub>23</sub>
- PASCUASIVS, abb. S. Joh. Evang. (Borgo S. Sepolcro) 264<sub>20</sub>
- PACHOMIUS, abb. gr. monast. S. Pauli 266<sub>12</sub>
- PALAEOLOGUS (Demetrius) 30<sub>6</sub>
- PALAEOLOGUS IOHANNES VIII, imp. Constant. 25<sub>7</sub>; 27<sub>4</sub> 14; 30<sub>6</sub>; 31<sub>22</sub>; 37<sub>9</sub>; 133<sub>2</sub>; 134<sub>24</sub> 35; 176<sub>39</sub>; 177<sub>6</sub>; 179<sub>10</sub> 14; 196<sub>31</sub>; 223<sub>4</sub> 34; 224<sub>1</sub>; 231<sub>30</sub>; 240; 241<sub>13</sub>; 243<sub>4</sub>; 248<sub>3</sub>; 250<sub>41</sub>; 252<sub>34</sub>; 260<sub>3</sub>; 265<sub>12</sub>; 266<sub>14</sub>
- PAULINUS, ep. Antiochenus 201<sub>20</sub> 23
- PELAGIUS, 208<sub>29</sub>
- PETRUS (S), apost. 246; 247
- PETRUS (dall'Orto), ep. Massanus (Massa Maritima) 263<sub>29</sub>
- PETRUS (de Versailles) ep. Dignensis (Digne), postea Meldensis (Meaux) 22<sub>27</sub>; 263<sub>9</sub>
- PETRUS (Donato), ep. Paduanus (Padua) 263<sub>2</sub>
- PETRUS (Leonis), ep. Ausarensis (Ossero) 263<sub>26</sub>
- PETRUS, ep. Ravennatensis 11<sub>31</sub>
- PETRUS, abb. S. Felicis de Florentia 264<sub>33</sub>
- PETRUS (Elia) archidiaconus Trecensis, orator ducis Burgundiae et Brabantiae 264<sub>7</sub>
- PETRUS (Perquerii) O.F.M. 33<sub>15</sub>
- PHILIPPUS, dux Burgundiae 92<sub>15</sub>; 94<sub>34</sub>
- PHILOTHEUS, patr. Alexandriae 265<sub>14</sub> 17
- PLACIDUS O.S.B. gen. Vallisumbrosae 265<sub>9</sub>
- POMATUS 210<sub>13</sub>
- PONTANUS Ludovicus 2<sub>3</sub>; 266<sub>36</sub>
- PORPHYRIUS 151<sub>28</sub>
- PROCLUS 227<sub>2</sub>
- PROSPER (de Colonna) card. S. Georgii ad Velum Aureum (Velabro) 27<sub>35</sub>; 28<sub>25</sub>; 134<sub>15</sub>; 262<sub>23</sub>
- Ps.-DIONYSIVS Areopagita 219<sub>19</sub>; 248<sub>12</sub>; 249
- RAYMUNDUS (de Strongoli), archiep. Conezanus (Conza) 262<sub>37</sub>
- RICARDUS, rex 207<sub>34</sub>
- ROBERTUS (de Ademariis), ep. Vulturnanus (Volterra) 263<sub>31</sub>
- SABELLIUS 201<sub>2</sub>
- SAGUNDINUS Nicolaus, interpres 25<sub>26</sub>; 39<sub>11</sub>; 119<sub>9</sub>; 148<sub>29</sub>; 177<sub>6</sub>
- SCIPIO (de Maynentibus), ep. Mutinensis (Modena) 263<sub>34</sub>
- SEPULCRUS, abb. de Uzano 264<sub>18</sub>
- SILVESTER (S), papa 41<sub>7</sub>; 113<sub>11</sub>; 247<sub>34</sub>
- SOCRATES 210<sub>20</sub>
- SOPHRONIVS, patr. Hierosolym. 79<sub>27</sub>; 80<sub>17</sub>; 81<sub>40</sub>; 157<sub>6</sub>
- SOPHRONIVS, archiep. Anchiensis (Anchialo) 29<sub>30</sub>
- SYROPULUS Silvester, cler. gr. 29<sub>22</sub>; 266<sub>1</sub>
- TARASIVS, patr. Constant. 45<sub>22</sub>; 49<sub>40</sub>; 52<sub>3</sub>; 82<sub>15</sub>; 99<sub>10</sub> 11; 102; 105<sub>18</sub> 36; 119<sub>33</sub>; 126<sub>39</sub>; 127<sub>17</sub>; 232<sub>31</sub>
- THADDAEUS, ep. Acquatenensis 264<sub>6</sub>
- THEODORETUS 189<sub>9</sub>; 191; 192<sub>4</sub>; 210<sub>20</sub>; 221
- THEODORUS 103<sub>24</sub>; 127<sub>17</sub>
- THEOPHILUS 227<sub>1</sub>
- THEOTOKOS 48<sub>23</sub>; 50<sub>34</sub>; 51<sub>12</sub>; 60<sub>24</sub>; 64<sub>19</sub>; 105<sub>22</sub>; 106<sub>26</sub> 34
- THEODOSIVS, imp. 204<sub>17</sub>; 245<sub>27</sub>
- TIMOTHEUS 196<sub>17</sub>
- TIMOTHEUS, abb. S. Andreae de Mantua 265<sub>6</sub>
- THOMAS de Sarzana 253<sub>3</sub>; 257<sub>23</sub>
- THOMAS (de Venetiis) O. P., ep. Farensis (Hvar, Lesina in Dalmatia) 263<sub>6</sub>
- TRAPEZUNTUM 30<sub>12</sub>
- TRAVERSARI Ambrosius, O. Camald. gen. 137<sub>37</sub>; 169<sub>18</sub> 22; 173<sub>10</sub>; 180<sub>16</sub>; 216<sub>6</sub>; 264<sub>9</sub>
- VALENS, imp. 202<sub>30</sub>
- VALACHIA 30<sub>14</sub>
- VALENTINUS (de Narnia), ep. Hortanus (Orte) et Castellanus (Civita Castellana) 263<sub>11</sub>
- VALENTINUS, imp. 202<sub>30</sub>
- VENETIAE (urbs) 26; 27<sub>1</sub> 4; 31<sub>25</sub>; 255<sub>39</sub>
- VIGILIUS, papa 105<sub>12</sub>; 119<sub>27</sub>; 123<sub>13</sub>; 125; 127<sub>41</sub>; 131<sub>17</sub>; 196<sub>19</sub>
- XANTHOPULUS, Theodorus, cler. gr. 29<sub>22</sub>; 33<sub>20</sub>; 265<sub>40</sub>
- ZENONUS (de Castillione), ep. Bayocensis (Bayeux) 263<sub>20</sub>
- ZONARAS 118<sub>29</sub>
- ZOSIMUS, papa 156<sub>40</sub>; 157<sub>1</sub>; 160<sub>9</sub>; 161<sub>25</sub>

### III

## INDEX RERUM

(Ubi materia tractatur per plures paginas, prima pagina tantummodo notatur)

- ANDREAS DE SANTACROCE — Curriculum vitae, XI. Opera, V, XI, 25, 256. Methodus scribendi, 39
- APOSTOLORUM SYMBOLUM — 67, 70, 71, 103, 118, 128-9, 172
- ARMENI — Florentiae, 266. Epistola\* ad potestatem conferendam, 267. Nomina oratorum, 267. Epistola regentis civitatem Caffae de Armenis, 267. Tractatus cum Armenis, 266, 268. Decretum, 269
- ATHANASIUS — quaerit canones nicaenos, 112, 157, 160, 244
- BASILIIUS — Discussio de *Adv. Eunomium* Lib. III, 150, 154, 161, 168, 169, 179, 193. Discussio de (Ps.-Basili) *Adv. Eunomium* Lib. V, 140, 145. Discussio de *Homilia de Spiritu S.*, 169, 171, 175
- BESSARION — Sermo 8 oct. 1438, 34. Orator graecus in collationibus publicis, 46, 50. Declarationem facit de S. Eucharistia, 258. Lector decreti 6 iulii 1439, 259. Deputatus a parte Graecorum, 253
- CARDINALES — cum papa sunt Ecclesia, 17-8, 20
- CECULAE — De additione, 230, 254, 256. De processione Spiritus S., 224, 254, 256. De Eucharistia, 231, 255, 256. De primatu S. Sedis, 230, 231, 255, 256. De purgatorio, 225, 230, 254, 255, 256. Sermo card. Iuliani Cesarini de eis, 253. Acceptatio a Latinis, 256
- CHARISIUS — eius professio fidei, 73, 78, 96, 98, 101, 108, 115, 120, 124
- CODICES — Actorum latinorum, VI. Operum Basili, 83, 140, 145, 165, 168, 159, 193 et eorum comparatio, 170, 180. Conciliorum, 45, 86, 151. Decretorum Romanorum pontificum, 112, 114. Aliorum, 83, 143. Codices commodandi ad invicem, 156, 165, 222. Exhibendi integri in collationibus, 52, 161, 189. Codicum corruptio, 155, 156, 160, 161, 165.
- CONCILIA — potestas, 18. Definitiones legendae Ferrariae, 40, 41, 42, 43; lectae, 44. Concilium Antiochenum, 160; Basiliense, 2, 3-4, 18, 25, 26; ratio transferendi Ferrariam 21-3; abusus, 23-4; decretum *Sicut pia mater*, 31; necessitas conciliationis cum papa, 92, 94, 95: Carthaginense, 156, 160, 208: Chalcedonense, 98, 99, 106, 123, 125, 126, 127, 130, 151, 169, 196, 200, 206, 207, 213, 215, 221, 232; Constanciense, 8, 18, 22: Constantinopolitanum I, 86, 123, 126, 127, 132, 189, 220: Symbolum constantinopolitanum, 50, 54, 62, 73, 74, 76, 86, 102, 103, 113, 121, 124, 132: Constantinopolitanum III, 129, 131: Ephesinum, 98, 123, 127, 196, 213, 220, 244, 245; Ferrariense — Initium, 28. Sessiones in capella maiore apostolici palatii, 32. Materia discussionis, 40. Collationes, quomodo factae, 25. Translatum, 132. Divisio in «status», 256. Florentinum — initium, 135; decretum, 260: Lateranense, 255: Nicaenum I, 53, 85, 123, 126, 127, 129, 131, 153, 157, 219, 242; congregatum a Constantino imp., 19; prohibet mutationem fidei, 113, 131; canones quaesiti ab Orientalibus, 112, 157, 160, 244; Symbolum Nicaenum, 44, 50, 52, 62, 71, 73, 74-5, 76, 78, 79, 80, 82, 83, 102, 103, 109, 120, 121, 124, 129, 131, 214: Nicaenum II, 208: Sardicense, 207.
- DECRETUM UNIONIS — formulatio (cf. Cedulae), 257. Lectum Latinis, 257. Promulgatio, 259. Textus, 260
- DEPUTATI ORATORES — in collationibus publicis, 25, 33. In conferentiis privatis, 32, 135, 252. Ab unoquoque «statu», 257
- DIES AZYMORUM — 237
- EPICLISIS — 250-2, 255
- EPIPHANIUS — quaestio de intelligendo «Est» in citatione, 138, 139, 140, 143, 145, 166, 167, 173
- EUCCHARISTIA — Cedula, 231, 255, 256. Sermo I Iohannis de Torquemada O. P. de materia et forma, 236. Sermo II eiusdem de forma (ad difficultates a Graecis motas refellendas), 248. De pane, 253, 255, 261. De verbis consecrationis, 9, 237, 248, 251-2, 255. Declaratio a parte Graecorum de verbis, 250, 251, 256, 258.
- EUGENIUS IV — Pecuniae et labores pro unione soluti, 33, 41, 223. Male transtulit Conc. Basiliense Ferrariam iuxta Ludovicum Pontanum, 20. Bulla *Magnas omnipotenti Deo* (9 apr. 1438), 31; *Decet ycomenici concilii* (10 ian. 1439), 132; *Laetentur coeli* (6 iulii 1439), 260. Allocutio Latinis, 256, 257; Graecis, 223; Patribus, 239. Indulget Graecis quoad methodum disputandi, 43, 179,

188. Praeparat regressum Graecorum, 240, 255, 256.
- DISPUTATIONES — methodus sequenda, 40, 42, 52, 56, 96, 107, 136, 187, 188, 197
- FILIOQUE, ADDITIO — Cedula, 230, 253, 254, 256, 261. Extensio prohibitionis, 104, 105. Materia discussionis Ferrariae, 40, 84. Argumenta e conciliis, 43, 48, 54, 111; e Patribus, 49, 54, 57. Additio ab extrinseco, 47, 53, 65, 68; prohibita universali Ecclesiae, 51, 59, 62, 64, 71, 108. Convenit Ecclesiae potestas explicandi, 52, 70, 105, 106; immo Ecclesiae Romanae, 70. Etiam si verum, non licite additum, 41, 55, 57. Additio syllabarum prohibita, 49, 51, 64, 107, 108, 109. Patres prohibuerunt solum fidem contrariam, 60, 63, 81, 97, 99, 114, 131. Prohibitio intelligenda secundum mentem auctorum, 72, 74, 108, 120. Prohibitio spectat professiones fidei communes, non privatas, 121, 122. Prohibitio primo facta in conc. Nicaeno I, 113, 131. Prohibentur et *proferre* et *sapere*, 120, 125. Casus Charisii (cf. Charisius); Leonis, 75, 122, 130; Flaviani, 75, 122, 130
- GRAECI — Quare elegerunt partes pontificis, 21-3, 26. Eligunt materiam tractandam Ferrariae, 39. Tarditas, 98. Adventus Venetias, 25, 26; Ferrariam, 27, 28; Florentiam, 134. Exitus Florentia, 266
- INFALLIBILITAS ECCLESIAE — 17-8
- INTERPRETATIO — per Nicolaum Sagundinum (q.v.) 33, 39, 46
- IOHANNES VIII PALOAGEOLUS — Indoles philosophica, 163, 173. Relationes cum oratoribus Burgundiae, 95. Defendit suos, 98, 101, 107, 131, 148, 161, 173, 176, 177, 178, 188. Tractat privatim cum papa, 223. Urget regressum Constantinopolim, 240
- NOTARII — collocatio in sessionibus, 28. Scribant orationes, 45, 222. Comparent scripta, 51, 77, 222
- ORATIONES — Scribendae, 45, 222. Tradendae ad invicem, 51, 53, 78, 84, 99. Comparandae, 51, 77, 222
- ORATORES — Deputati pro sessionibus publicis, 25, 33. In conferentiis privatis, 32, 135, 252. Ducis Burgundiae, 87
- PALAMISMUS — 176
- PATRIARCHATUUM ORDO — 126, 231, 246, 255, 262
- PESTIS — Basileae, 266; Ferrariae, 132
- POTESTAS PRINCIPUM TEMPORALIUM — 13-4
- PRIMATUS S. SEDIS — Tractatus Andr  a de Santacroce, ratio, XIII. Primatus probatus e S. Scriptura, 2; obiectiones contra, 3; probatus e canonibus, 4; obiectiones contra, 7; probatus e S. Patribus et conciliis, 9; respondetur obiectionibus, 14. Primatus et Ecclesia orientalis, 19; et scandalum per papam obortum, 20; si papa haereticus, 18, 20. Occasio danda disputationibus, 86. Cedula, 230, 231, 255, 256. Sermo I Iohannis de Montenegro (explicatio vocabulorum cedulae), 231. Sermo II eiusdem ad difficultates a Graecis motas refellendas, 241. Decretum, 253, 262
- PROFESSIO FIDEI — Agathonis, 74, 81, 102. Orientalium, 109, 110. Sophronii, 81. Tarasii, 99, 102, 105, 115, 126, 127. (Cf., sub Filioque, Charisius, Leo)
- PURGATORIUM — Cedulae, 225, 230, 254, 255, 256. Discussiones mense iunio 1438, 32. Sermo Iuliani Cesarini, 225. Decretum, 261
- SAGUNDINUS, NICOLAUS — Epistola ad Andream de Santacroce, XII. Magna indoles interpretationis, 39. Correptus se defendit, 46. Iussus ab imperatore tacere, 177. Non bene exponit, 148. Fessus, 247
- SPIRITUS S. PROCESSIO — Cedula, 224, 254, 256. Decretum, 260. Quid sibi vult vox « processio », 137. Utrum Spiritus accipiat esse a Filio, 137, 166. « Esse ab alio » = « accipere esse ab illo »? 139, 141, 171, 173. Deinde utrum a substantia vel a persona, 140, 143, 147. Explicantur essentia et persona, 142, 151-3; generatio, 142, 149, 153; substantia, 148, 151. Estne substantia producens causa? 148, 151. Qualis sit ordo inter tres personas SS. Trinitatis, 161, 166, 173. Vox « simulat » Basilii utrum se referat ad traditionem Patrum an ad illationem Eunomii, 164, 165, 168, 181. De missione temporali Spiritus, 167, 168, 169, 175, 184. Latini declarant unum principium Spiritus, videl. Patrem et Filium, 195, 219. Recapitulatio argumentorum Graecorum e S. Patribus, 184. Recapitulatio argumentorum Latinorum e S. Scriptura, 197; e Patribus latinis, 200; e Patribus graecis, 209; et respondetur argumentis Graecorum, 217
- STAUROPHOROI — 29
- SYLLOGISMUS PRINCIPALIS ANDREAE RHODIENSIS (de additione) — 47, 52, 53, 57, 69
- TRAVERSARI, AMBROSIUS — Scientia linguae graecae, 169, 173, 180. Legit auctoritates graecas in collatione XXI, 216
- VESTITUS — Latinorum, 28. Graecorum, 29

IV

INDEX GENERALIS

INTRODUCTIO

I De titulo operis . . . . .	V
II De codicibus . . . . .	VI
III De auctore Andrea de Santacroce (Sancta Cruce) . . . . .	XI
IV Dispositio operis . . . . .	XIII
V Quid et quomodo opus Andreae de Santacroce ad historiam Concilii Florentini conferat . . . . .	XVI
VI Descriptio summaria Concilii Florentini secundum mentem auctoris Andreae de Santacroce . . . . .	XVIII
VII Concordantiae verbales vel paene verbales inter Santacroce et <i>Acta graeca</i> . . . . .	XXXV
VIII Concordantiae inter Santacroce et alia documenta Concilii Florentini (praeter <i>Acta graeca</i> ) . . . . .	L
IX De ratione edendi adhibita. . . . .	LII

DEDICATIO OPERIS . . . . .	1
----------------------------	---

DIALOGUS DE PRIMATU SIVE DE LEGITIMITATE CONCILII FLORENTINI . . . . .	2
--	---

COLLATIONES PUBLICAE FERRARIENSES

Prooemium . . . . .	25
Sessio conciliaris 8 oct. 1438 . . . . .	32
Collatio I. . . . .	40
Collatio II . . . . .	41
Collatio III. . . . .	43
Collatio IV . . . . .	46
Collatio VI (In textu ipso collatio V a Santacroce omissa est) . . . . .	46
Collatio VII . . . . .	50
Collatio VIII. . . . .	56
Collatio IX. . . . .	67
Collatio X . . . . .	77
Sermo abbatis Clarevallensis . . . . .	87
Collatio XI. . . . .	95
Collatio XII . . . . .	107
Collatio XIII . . . . .	120

TRANSLATIO CONCILII . . . . .	132
-------------------------------	-----

COLLATIONES PUBLICAE FLORENTINAE

Ordo receptionis Graecorum . . . . .	134
Sessio particularis . . . . .	135
Collatio I (XIV) . . . . .	135
Collatio II (XV) . . . . .	144
Collatio III (XVI) . . . . .	154
Collatio IV (XVII) . . . . .	165
Collatio V (XVIII) . . . . .	174
Collatio VI (XIX). . . . .	184
Collatio VII (XX) . . . . .	196
Collatio VIII (XXI). . . . .	209

ACTA FLORENTINA POST COLLATIONES PUBLICAS . . . . .	223
---	-----

Concordia inter Latinos et Graecos de processione Spiritus sancti . . . . .	224
---	-----

Mors Patriarchae Ioseph II, 10 iunii 1439 . . . . .	224
Cedula concordiae et sermo Iuliani Cesarini Card. de Purgatorio . . . . .	225
Formulae sive cedulae de Additione ad symbolum, de materia SS. Eucharistiae conficiendae, de Primatu . . . . .	230
Sermo prior Iohannis de Montenegro, de Primatu . . . . .	231
Sermo prior Iohannis de Torquemada, de materia et forma SS. Eucharistiae . . . . .	236
Sermo alter Iohannis de Montenegro, de Primatu . . . . .	241
Sermo alter Iohannis de Torquemada, de forma SS. Eucharistiae . . . . .	248
Acta die 26 iunii 1439 . . . . .	252
Sermo Iuliani Cesarini Card., 27 iunii 1439 . . . . .	253
Sermo Papae, 27 iunii 1439 . . . . .	256
Sermo Iuliani Cesarini Card., 4 iulii 1439 . . . . .	257
Declaratio Bessarionis de consecratione SS. Eucharistiae, 5 iulii 1439 . . . . .	258
Promulgatio decreti unionis Graecorum, 6 iulii 1439 . . . . .	259
Decretum . . . . .	260
De unione Armenorum. . . . .	266

## INDICES (auctore Iosepho Gill S. I.)

I Index citationum	
1 E s. Scriptura . . . . .	273-280
2 Ex Conciliis . . . . .	273-275
3 E ss. Patribus et Ecclesiae doctoribus. . . . .	276-278
4 Ex aliis scriptoribus . . . . .	278-279
5 Ex iurisprudentibus. . . . .	279-280
II Index nominum personarum et rerum. . . . .	281-284
III Index rerum . . . . .	285-286
IV Index generalis . . . . .	287-288







## ORIENTALIA CHRISTIANA PERIODICA

(Or. Christ. Per.)

Anno 1935 primum edita sunt haec periodica quae bis singulis annis prodeunt et circiter 500 paginas continent.

In his eduntur lucubrationes, notae, librorum recensiones quae theologiam, historiam, liturgiam, ius canonicum, archaeologiam, artem, etc. Orientis Christiani spectant. Agitur etiam de rebus islamicis.

Subnotationis annuae pretium est 3500 lib. it. in Italia et vel 3800 lib. it. vel 6 doll. extra Italiam.

## ORIENTALIA CHRISTIANA ANALECTA

(Or. Christ. An.)

In his eduntur et textus orientales et etiam ampliores lucubrationes quae Orientem Christianum spectant.

Recentiora:

Nº 136 - G. HOFMANN, S. I., *Das Papsttum und der griechische Freiheitskampf (1821-1829)*. Rom 1952. pag. 210. L. it. 1800; Doll. 3.

Nº 137 - I. HAUSHERR, S. I., *Philautie. De la tendresse pour soi à la charité, selon S. Maxime le Confesseur*. Rome 1952. pag. 160. L. it., 1200; Doll. 2.

Nº. 138 - I. REZAC, S. I., *De monachismo secundum recentiore legislationem russicam*. Romae 1952. pag. xv, 320, L. it. 3000; Doll. 5.

Nº. 139 - T. O'SHAUGHNESSY, S. I., - *The Development of the Meaning of Spirit in the Koran*. Rome 1953. pag. 75. L. it. 1000; Doll. 2.

Nº. 140 - A. COLOMBO, S. S. C., *Le origini della gerarchia della Chiesa copta cattolica nel sec. XVIII*. Roma 1953. pag. xv, 252. L. it. 3500; Doll. 6.

Nº. 141 - M. GORDILLO, S. I., *Mariologia Orientalis*, Romae 1954. pag. xx, 282. L. it. 2100; Doll. 3.30.

Nº. 142 - G. HOFMANN, S. I., *Rom und der Athos*, Romae 1954. pag. 118. L. it. 1500; Doll. 2.50

## ANAPHORAE SYRIACAE

QUOTQUOT IN CODICIBUS ADHUC REPERTAE SUNT

Vol. I, fasc. I - *Introductio* A. RAES, S. I., - *Anaphora Timothei Alexandrini*, A. RÜCKER. *Anaphora Severi Antiocheni*, H. G. CODRINGTON. Pag. LII, 96. Romae 1939. L. it. 3300; Doll. 5.50.

Vol. I, fasc. II. - *Anaphora Gregorii Nazianzeni*, I. HAUSHERR, S. I., - *Anaphora Ioannis Chrysostomi*, H. G. CODRINGTON. - *Anaphorae Duodecim Apostolorum, I<sup>a</sup> et II<sup>a</sup>*, A. RAES, S. I. Pag. 167. Romae 1940, L. it. 4200; Doll. 7.

Vol. I, fasc. III. - *Anaphorae Dioscori Alexandrini, I<sup>a</sup> et II<sup>a</sup>*, G. DE VRIES, S. I. - *Anaphora Cyrilli Hierosolymitani*, A. RAES, S. I. - *Index verborum primi voluminis* A. RAES, S. I. Pag. 154. Romae 1944. L. it. 4200; Doll. 7.

Vol. II, fasc. I. - *Anaphorae Iacobi Sarugensis prima-tertia*, H. G. CODRINGTON. *Anaphora Ioannis Sabae*, A. RAES, S. I. Pag. 104. Romae 1951. L. it. 4200; Doll. 7.

Vol. II, fasc. II. - *Anaphora Sancti Iacobi fratris Domini*, O. HEIMING, O.S.B. - *Anaphora Minor Sancti Iacobi*, A. RAES, S. I. - *Anaphora Gregorii Ioannis*, A. RAES, S. I. Pag. 126. Romae 1953. L. it. 5000; Doll. 8.50.

Alia Volumina parantur.





DO NOT CIRCULATE

UNIVERSITY OF MICHIGAN



3 9015 07833 9234

